16~

ALLIGRA-
HIA ROMANA.

..â velut THESAVRO *Lin-*
.atinæ omnes Phrases, & Formulæ elegantiores,
..uotquot exstant in optimis Linguæ Romanæ
Classicis Auctoribus;

..iam & usum Philologiæ studiosorum per
certos Titulos LOCORUM COMMUNIUM
colliguntur, ac disponuntur.

Studio & operâ

JOH. PHILIPPI PAREI.

EDITIO SECUNDA:

Alterâ parte auctior: multóque accuratior.
Cum Indice locupletissimo.

FRANCOFURTI
In Officinâ hæredum IONÆ ROSÆ.

ANNO MDCXX.

Cl. Viro Dn. Erycio Puteano
dat Auctor.

Nobilitate generis, pietate, ac studio florentissimis
Adolescentibus Frr.

ISTOPHORO à GROROD.

LIPPO à GROROD.

Magnifici, & Amplissimi Viri

JOH. BERNHARDI à GROROD
Electoralis Palatinatûs Præfecti in VTZBERG
& VMBSTAT. &c.

Ad omnia summa natis Filiis:

Novam hanc & copiosam Calligraphiam Linguæ Latinæ

DONO. DICO. COMMENDO.

JOH. PHILIPPVS PAREVS.

DVo potissimùm sunt, Adolescentes Nobilissimi, quæ hominem doctum reddunt, & litteratum: LECTIO inquam, & AUDITIO: quæ individuo quasi quodam nexu cohærere mihi videntur: ita tamen, ut non æquabiliter ab omnibus promiscuè requirenda esse censeam. Nam Auditionem Tyronibus propriè destinandam, summéque commendandam esse, nemo sanus inficiabitur. Provectioribus verò, & jam in arte, linguarumque cognitione nonnihil exercitatis, utramque, si quidem ita res & occasio ferat, sedulò conjungendam esse, prudentiorum omnium consentientem opinionem esse existimo: hâc tamen lege & conditione, ut quæcumque audita sunt, atque lecta, fideliter memoriæ tem-

plo infigantur, & tanquam inærario quodam tutissimo reponantur, indéque ad Usum, qui laborum omnium Cynosura est, & Helice, depromantur. Atque hinc est, quòd Veteres USUM Musarum Parentem, MNEMOSYNEN verò earundem Matrem sapienter statuerunt: quippe cùm neutra sine alterius ope consistere queat. Quoniam verò Memoria quamplurimis sæpè incommodis labefactari, atque debilitari solet, prudenter omninò ab studiosis Adolescentibus, quorum messis adhuc in herbâ est, EXCERPTA omnium eorum, quæ vel ab aliis audivissent, vel ipsi observatione laudabili digna legissent, conscribenda censuerunt. Sic enim gravissimè scribit Seneca Epist. 84. *Nos apes debemus imitari, & quacunque ex diversâ lectione congessimus, separare. Meliùs enim distincta servantur. Deinde adhibitâ ingenij nostri curâ & facultate in unum saporem varia illa libamenta confundere: ut etiamsi apparuerit, undè sumptum sit, aliud tamen esse quàm undè sumptum est, appareat: quod in corpore nostro videmus sine ullâ operâ nostrâ facere Naturam.* Idem sensit Plutarchus de Aud. Poëtis *Sicut inter pascendum Apis florem, Capra germen, Sus radicem, aliæ bestiæ semen, fructumve captant: ita legendis Poematis, alius historiam decerpit: alius ELEGANTIAE, & APPARATUI VERBORUM inhæret: alius verò quæ de moribus utiliter sunt dicta: consectatur.* Hujusmodi Excerpta Græci olim ἐκλογὰς, *sive* χρηστομαθείας, *itemque* σημειώσεις & παρεκβολὰς appellarunt. Latini vel *Adversaria*, vel *Commentarios* nominare voluerunt. Artifices LOCOS COMMUNES vocarunt. Optimè; meâ sententiâ. Nam ut omnia naturæ tacito suo instinctu quodam in proprium suum locum feruntur; eâdem prorsus ratione, quæcumque ex quotidianâ hominum conversatione, assiduâque bonorum Auctorum lectione elicimus, ea in Commentarios, sive Locos Communes, tanquam in centrum, & locum proprium conjicimus, undè postmodùm singula, si opus sit, eruere iterùm valeamus.

Non placet aliquibus Viris doctis hæc ratio; scio. Sed profectò illi Excerptorum contemtores, pravam consuetudinem Atheniensium mihi imitari videntur, qui ab eo tempore, quo Hyperbolus, abjectissimus nebulo, ostracismo Alcibiadis fabricâ est condemnatus, neminem, cujus auctoritas urbi esset suspecta, eo genere pœnæ, & exilii damnare voluerunt. Certè enim

nim ingentem utilitatem hujus studii nondum pervidere illi potuerunt, qui operam istam excerpendi susque deque habere solent. Quomodo enim ad ELOQUENTIÆ studium (ut de hoc primùm dicam) longè præcellentissimum, quisquam aspirare poterit? quomodo dicendo tenere hominum cœtûs, mentes allicere, voluntates impellere, quò velit, undè autem velit, deducere valebit, nisi talem sibi promum condum adornarit, illoque semper sit instructus? Quomodo afflictos, iratos, crudeles, oratione suâ excitabit, delinibit, mansuetos reddet, nisi arma idonea ad eam rem sibi conquisiverit?

Sæpè equidem mirari soleo, quin & quandoque deplorare non desino, tot juvenes studiosos inveniri, qui gravatim in hoc amœnissimo florum fragrantissimorum Hortulo spatia faciant, ac potiùs ludo, ac joco, tempus consumere ament ἐν ταῖς λέσχαις, sive etiam popinis, quàm in hoc Musarum amplissimo campo se & ætatem suam firmare. Quid-ni enim? Antigonus Rex Syriæ dicere solitus erat, se à libris accipere, quod à nullo amicorum rescire posset. Veriùs id ego pronunciari posse credo de Excerptis, sive Locis Communibus: illos videlicet ea nobiscum communicare, quæ non ab amicis modò, verùm etiam ab ipsis libris nullo modo rescire possumus. Tametsi enim Memoria multa complecti soleat, & debeat; non tamen illa omnia repetere possumus, uti quidem ante παράπλωμα τῶν πρωτοπλάστων Parentum facultas illa ab Deo nobis concessa fuerat. Abiit illud tempus: mutata est hæc ratio. Quin potiùs sic sibi mecum persuadebunt omnes Musarum Mystæ, Excerptorum Titulis adnotatis, summâque industriâ auctis, ceu imaginibus cereis nos torpentem ac languentem memoriam adjuvare, excitare, irritareque posse: ut omnia, de quibus dicere animus gestiat, animo priùs percursa, & propè decantata habeamus: varia exempla, tàm veterum, quàm recentiorum adducamus: agenda, vel fugienda, dicenda, tacendave percalleamus: futura præsagiamus, causas rerum teneamus, malisque imminentibus præteritorum recordatione occurramus: de quibus omnibus copiosè & abundanter loqui valeamus. Nam ut in tabernâ medicamentariâ capsulæ singulæ in singulis locis, è quibus varia medicamenta depromi possunt, sunt collocatæ: non aliter studiosus ex ejusmodi Titulis sua verba juxtà & res aufert, quas ex-

si adhuc diffusas,& dissipatas reperit: ita tamen dilatare & explicare eas potest,ut auditores nihil illis instructius,nihil ornatius comprehendant. *Antisthenes* olim cuidam plorãti librum amissum,in quem quicquid didicisset,retulerat, ita suggessit: *Atqui ista oportuit animo commendare, non chartis.* Verè quidem. Sed quæso te!num Memoria tibi tam firma, tam constãs, ut quævis tibi audienti, legentive tàm subitò expromat? Usq; adeò profectò labilis illa est,ut omnia continere,divinitatis potiùs sit,quàm mortalitatis:quemadmodum scitè loquitur Imperator Justinianus *Constit. Tanta.* §. 18. *de confirm. digest.* quæ inserta Codici *de Vet. Iur. enucleand.*

Consideremus omnium *Artium* latifundia,& deprehendemus,nullam earum adminiculis istis carere facilè posse. Hæc nãque si desint, administratorem Reipublicæ morosiorem nullum, Theologum, Medicum, Philosophum ineptiorem neminem,jure meritò dicas. Proindè summi illi viri, *Aristoteles*, Plato, Xenophon ὁμοθυμαδὸν juvenes adhortari consueverunt, ut contrà senectutis infirmitatem,& memoriæ inconstantiam,in herbescente suâ ætate, ejusmodi Commentarios Verborum, & Rerum sibi conficiant. Non alio certè fine Ciceronem legimus integrum sibi Procemiorum librum ex variis Oratoribus concinnasse,quibus in Eloquentiæ suæ studio commodè uti posset. Hortensius Orator summus Theses quasdam, & Quæstiones generales pro testibus & contrà testes sibi collegit. Eâdem diligentiâ Valerius Maximus variorum exemplorum thesaurum comportavit. Idem factitarunt *Athenæus*, ac Stobæus: & infiniti alij ex veteribus. Commemorarem quoq; è recentioribus Viros magnos, qui solo hoc Excerptorum studio ad summum Eruditionis fastigium conscenderunt, nisi in oculis omnium litteratorum cottidiè jam versarentur. Neq; sanè est, quòd delicatuli multi sibi adblandiãtur in eo, dum lucubrationes virorum doctorum sibi præstò esse clamitãt: cóque tædiosâ illâ diligentiâ nihil opus esse, sibi præposterè persuadent. Quis enim illum hominem non monstrum putet, qui alienis pedib. incedit, aut alienis oculis videt? Quis illum, qui spem & fiduciã rerum suarum in alio collocat, non dicat stultè planè agere? Similes prorsùs mihi videntur Æsopico rustico, qui segetes suas demetendas amicorũ fidelitati credidit: aut stolido illi Calvisio

Sabino

ui effœtis & exoletis viribus, non proprio, sed servo-
ore armatus in Campum Martium prodire ausus fuit.
laudabilior Persarum fuit consuerudo? qui probro
utarunt, si ferinâ vescerentur carne, quam paterfami-
oprio saltu non confecisset. Quapropter Plato in suâ
icâ sapienter hoc Edictum tulit, ne quis ex alieno puteo
quam hauriret, quàm Magistratui probasset, se diligen-
ram navasse, ut sibi in ædibus suis puteus foderetur, nec
is sumtib. impetrare potuisse. Nimirùm rectè ab Aristo-
onunciatum est: τὸ ἴδιον ἐςὶν ἀγαπητότατον. Et Achilles
s inquit: τὰ ἀυτοφυῆ ἔχει τὴν ἡδονήν. Nam quemadmodũ
i feram aliquam in campo spatioso insectantur, multò
electationis percipiunt, quàm si ex Persarum aut Roma-
m consuetudine in Amphitheatris amœnissimis & orna-
ais, explicatis vestib. tabulis & signis propalàm collocatis
rentur; ita etiam qui Locorum Communiũ sylvam, pro-
Marte, quod ajunt, adstruunt, ita ut divitiæ, atq; ornamen-
rum ingeniorum per quædam involucra atq; integumen-
erspiciantur, sibi meliùs consulunt, quàm si iis, quæ alieno
ore parata sunt, fruerentur. Neq; verò eadem est ratio stu-
rum nostrorum, quæ stirpium aut plantarum. Hæ etenim
nslatæ, & in alienam arborem insitæ, uberiores sæpè fructus
fferunt, quàm fortè naturali in loco protulissent: illa autem
ivatâ magis, quàm alienâ, domesticâ, quàm externâ ope ex-
lendescunt. Nemo utiq; tam insulsus erit, qui in alieno potiùs
omicilio, ubi lites, iræ, odia, vindictę vigent, quàm in proprio,
anquillè vivere eligat: ubi propriâ suâ supellectile ad omnem
usum liberrimè instructus esse possit.

Non mirabimini, lectissimi Adolescentes, me tanto conatu
commendare vobis ἐκλογὴν, sive Electorum curam, quam ab
omni ævo quisq; litteratorũ sibi semper quàm commendatissi-
mâ habuit. Proprio equidẽ exẽplo edoctus affirmare vobis pos-
sum, quantum studiis meis hæc diligentia à primis annis adju-
menti attulerit.

Vt autem omnes sanos in hoc, ad sententiam meam accede-
re aideo, hujusmodi χρηςομαθείας ad litterarum telam feliciter
pertexendam, esse perquàm necessarias: ita paucos video, qui i-
dem consilium in iis fructuosè adornandis sequi soleant. Ego
verò salvis omnium aliorum judiciis, quid ipse heic studiosis

adolescentibus consulere soleam, brevissimè & simplicissimè enarrabo.

Non hîc requirimus ambitiosam pompam, ceu multos curiosulos factitare scimus: neq; subtiliorem aliquam methodū Dialecticam attendendam esse arbitramur; sed sufficere judicamus, si Tituli quidam generaliores conficiantur, sub quibus quasi per Saturam sine ullâ compositionis illecebrâ, aut verborum delectu, exiliter, aridè, concisè, ac minutè adnotari possint ea, quæ quisque ex usu suo olim futura persentiscere queat.

Omnis autem hæc ratio privati scrutinii (ut Apulejano utar vocabulo) versatur, vel in eruendis Verbis: vel observatione Rerum. Hoc ceu filum Ariadnæ in perturbato studiorum suorum labyrintho, sequi necesse est omnes Musarum candidatos. De Rebus posteriùs dicam. Verborum observatio etsi levis videri potest, tamen ad omnem squalorem fœditatemq;, quæ vel Silenos Alcibiadis exsuperet, abjici non potest, cùm omnes Eloquentiæ cincinni ex iis contexti sint, & rerum ipsarum momenta indè pondus non exiguum sortiantur. Vt enim Musicæ occultæ (inquit fax illa Germaniæ nostræ *Philippus Melanchthon*) ita mutæ atque infantis doctrinæ nulla est gratia.

In Verbis igitur consideratio suscipi debet, vel Grammatica, vel Rhetorica. Grammatica ἐπιτήρησις vel est simplex, vel conjuncta. Simplex verborum ἐξεργασία versatur in eruēdâ significatione vocabulorum singulorum: eâq; vel propriâ vel trāslatâ. Ubi diligenter notandum, quæ quibus attribui soleant: ac sicubi insolentior aliquis sensus iis indatur, non insuper habēdus is humanitatis studioso. Atq; huic curæ peculiaris libellus assignandus, quem LEXICON appellare licet. Conjunctionem vocabulorum vulgò è Græco φράσιν nominā̄t. Latini *Formulas.* Huic quoq; observationi certum dabimus libellum: in quo sub Titulis synonymis, omnes Elegantiæ ex præstantissimis Auctoribus consignari debent. Dedimus istius Καλλιγραφίας Linguæ Latinæ luculentū specimen: quod vobis, adeoq; omnibus Philologiæ & Eloquentiæ studiosis nunc jam magnoperè cōmendamus. Rhetoricum studium occupabitur in eruēdis iis Formulis, quæ ad partes Orationis sive exornandas, sive amplificandas, pertinere videbuntur. Atq; hæc cura facilior est, neque tantum apparatum desiderat. Ostenderem hoc exemplis, nisi

vivâ id potiùs voce, quàm ſcripto explicandum judicarem.

De Excerptis Realibus idem ſentiendum. Tituli quoq; univerſaliores conficiendi ex omnibus diſciplinis, tam Theoreticis, quàm Practicis: in quibus ea, quæ ſub aciem oculorum & mentis ſeſe nobis ingerunt, conſignari debent: hoc tamen ordine, ut axiomata ſive Theſes, & *τοϱίσματα* primo loco ponantur, dehinc exempla ſubjiciantur. Vbi non poſtrema cura quoque eſſe debet ANTIQUITATIS, ſive Conſuetudinis omnium populorum. Huic verò ſtudio non quatuor, quinque, ſex, ſeptem Volumina comparanda dixerim, ſed Unicum duntaxat: in quo unuſquiſque, quod ſuo inſtituto maximè cõſentaneum viſum fuerit, excerpet. *Non eſt quod mireris*, (inquit Seneca Epiſt. 108.) *ex eâdem materiâ ſuis quemque ſtudiis apta colligere. In eodem prato Bos herbam quærit, Canis leporem, Ciconia lacertum.* Sæpè mirari ſubit vulgi errorem: quando quidam anxiè admodùm in hoc ſtudio Adverſariorum verſantes, omnium diſciplinarum præcepta, & Canones adnotare ſatagunt. Quam quidem curioſitatẽ rectè, ut opinor, Agellius in familiari quodam ſuo reprehendit lib. 14. cap 6 à quo cùm fortè librum, ex multis, & variis ac remotis lectionibus elaboratum, accepiſſet, & ſine arbitris diligentiùs evolviſſet: *Pro Iuppiter!* inquit, *Quæ miracula? Quo nomine fuerit, qui primus Grammaticus appellatus eſt, quot fuerint Pythagoræ nobiles: quot Hippocratæ & cujuſmodi Homerus fuiſſe dicat in Vlyſſis domo Σειϱῆνες: quamob cauſam Telemachus cubans junctim ſibi cubantem Piſiſtratum non manu attigerit, ſed pedis ictu excitarit*: & quæ inibi ſequuntur alia vaniſſimæ curioſitatis argumenta. Talia negligi facilè poſſunt: *quæ*, ut Seneca ait de brev. Vitæ cap. 13. *ſive contineas, nihil tacitam conſcientiam juvant, ſive proferas, non doctior videberis, ſed moleſtior.* Cæſaris Auguſti exemplum hîc imitandum puto, qui, teſte Tranquillo, *in evolvendis utriuſque linguæ Auctoribus nihil æquè ſectabatur, quàm exempla, & præcepta publicè & privatim ſalubria: eáque ad verbum excerpta, aut ad domeſticos, aut ad exercituum, provinciarumq; rectores, aut ad urbis magiſtratus plarumq; mittebat, prout quiq; monitione indigerẽt.* Specimen hujus ſtudii Realis ſtudioſis Adoleſcentibus exhibuimus in eo libro, quem ELECTA PLAUTINA inſcripſimus.

 Vidis

Vobis verò, Juvenes nobilissimi, ΚΑΛΛΙΓΡΑΦΙΑΝ nostram, Linguæ Romanæ uberrimum quasi quoddam Cornucopiæ, propriè donare ac consecrare visum fuit, ut hâc ratione publicè mei erga vos Amoris hoc documentum prostaret: atque ita in Eloquentiæ studio, cui operam sedulam nunc datis, paratam aliquam dicendi copiam, ac varietatem orationis haberetis.

Agite igitur, GRORODII Fratres, & Magnifici vestri Parentis vestigia insistite, qui suo exemplo ad Virtutis, & Honoris Templum vos pari gressu vult incedere: adeòque litteratæ Nobilitatis, cujus flos estis illibatus, omne punctum cum summo familiæ vestræ Ornamento quondam reportate. Facite, Facite! Sic voveo in Deo: cujus benedictio spiritualis pariter ac corporalis vos cumulatissimè beet! In Illustri Neapoli Nemetum ANNO CHRISTI M DC XVI. Kall. Martij.

JUSTI

JVSTI LIPSII
JVDICIVM DE EXCERPTIS.

Quo ordine ea instituenda: & à quibus singula carpenda.

Epist. Institut. cap. XII.

QVID *seligas & A quibus*, partem feci alteram. de quâ etsi exemplis dicere faciliùs possem, quàm scriptis, tamen breviter hæc habe. Lectionem ipsam non sufficere, ne repetitam quidem, imò nec in felicissimâ memoriâ: sed opus esse *EXCERPTIS* quibusdam & *Notis* Rerum Verborumq; singularium, quas imitemur: quæ Excerpta Memorialib. libellis, tanquam AErario, cõtineri velim, undè Sermonis illæ opes per tempus & ad usum promantur. Fieri autem Libellos triplices: Vnum, quem *Formularum* dixerim; Alterum, quem *Ornamentorum*; Tertium, quem *Dictionis*. Duo illi ad Sermonem universum magis pertineant, tertius ad distinctum.

ctum. In primo, Formulæ mihi duplices: Ad contextum istæ: *Ordiendi, Narrandi, Continuandi, Transeundi, Abrũpendi, Claudendi*: Ad materiem, istæ: *Rogandi, Gratias agendi, Operam Offerẽdi, Laudandi, Vituperandi, Asseverandi*: & quicquid istarum rerum communium est, quæ in epistolam creberrimè incurrunt. Secundus, *Ornamentorum* liber est, in quo distinctè & per capita collocaverim hæc: *Similitudines, Allegorias, Imagines, Acutiora dicta, Sententias*, & si qua ejusmodi illustria lumina sermonis. Tertius, *Dictionis*, quam divido in duas partes, *Phrasium* & *Verborũ*. Phrases quidem enotari velim, quæcumque insigniores aut nitidiores occurrent: Verba, quæcumq; rara, nova, aut novo sensu sive flexu usurpata.

In *Phrasibus* dispositionem non video; nisi quòd *seorsim eas poni velim, pro discrimine Scriptorum: Tullij solas: Plauti, & Terentij solas: Historicorum solas.* quod quisque pro judicio suo aut industriâ facito.

In

In Verbis ordinem solùm servem Alphabeti.

Hæc sunt quæ selegi velim. Sed à quibus? non enim promiscuè ab omnibus: sed ad judicium paucis tibi sic præibo.

Formularum liber à Cicerone maximè compleatur; addo Plinium, Politianum: aut si quid aliundè transferre, aut haurire poteris opportunè.

Ornamentorum, à Cicerone, Fabio, Plinio, Historicis, Senecâ: etiam à Græcis, & inprimis Plutarcho.

Phrasium exempla à Cicerone maximè, & Comicis petantur: nonnihil ab Historicis, atq; etiam ab aliis, quos non attigi: Varrone, Agellio, Suetonio, Jurisconsultis, imò & interdùm Appuleio.

Verborum, uno verbo, ab omnibus: nec inutiliter etiam à Grammaticis, & Glossariis antiquis.

LECTO-

LECTORI PHILOLOGO.

IN alterâ hâc Editione CALLIGRAPHIÆ nostræ ROMANÆ præter Formulas, quæ ex Cicerone; Plauto, & Terentio *depromptæ sunt, accesserunt aliæ ex* Crispo Sallustio, Julio Cæsare, & Q. Aurelio Symmacho: *optimis scilicet Linguæ Latinæ Auctoribus. Ne verò ignorares, polite Lector, quibus Editionibus in iis colligēdis potissimùm usi simus, operæ-pretium judicavimus, ejus rei indicinam tibi facere.*

CICERONIS quidem exemplum in manu nobis fuit illud, quod à Roberto Stephano *in formâ octavâ, quam vocant, Parisiis est excusum Anno* 1543.

PLAUTINA exempla plæraque petita sunt è nostrâ secundâ Editione, cum Optimis Europæ Manuscriptis libb. qui adservantur in Regiâ Bibliothecâ *Palatinâ,*

de antiquâ & religiosâ, diligentissi-
nimò superstitiosissimè à me compara-

TERENTIANA, SYMMA-
IANA, ut & SALLVSTIANA,
ras quoque repræsentât Editiones, quas
ulas accuratâ industriâ à nobis elabo-
as nuper protrusimus.

In CÆSARE Basileensem editionem
pressimus, quæ prodijt Anno 1566.

Porrò sub finem Mantissæ vicem in gra-
iam Eloquentiæ & Philologiæ studioso-
rum à Typographo adjectæ sunt utilissimæ
quædam REGVLÆ de variis Elegantiis
styli Latini, ac potissimùm Ciceroniani, ex
optimis Dicendi Magistris collectæ à IO-
HANNE BVCHLERO: & OBER-
TO GIFANIO: aliisque. Illis omnibus,
Lector Philologe, utere, fruere, & feliciter
VALE.

ANDR.

ANDR. SCHOTTVS LIB. II. Observ. Hum. cap. LVIII.

AD HANC FERE FORMAM CONCINNARI EXOPTEM SYNONYMA, SEU POLYONYMA LINGUÆ LATINÆ, LOCIS AUCTORUM BREVITER ADSCRIPTIS.

CALLI-

ALLIGRAPHIA ROMANA.

ptimis Linguæ Latinæ Auctoribus: M. Accio
ato: P. Terentio Afro: M. Tullio Cicerone:
C. Crispo Sallustio: C. Julio Cæsare: Q.
Aurelio Symmacho:

Accurato studio congesta

à

JOH. PHILIPPO PAREO.

A

Abalienandi. Alienandi. Alieni. Abducendi. Avellendi. Removendi.

Wenden/Abwendig machen/Abführen/Absondern/Feind schlig machen/Verstossen/Wegführen/Enteussern/Entfrembden.

PROFECTO *nullo pacto possum vivere, si illa à me abalienatur, atque abducitur.* Pseud. 1.1.℣.92.
Hanc alienam ab se videt. Hecyr. 1.2.℣.83.
Lares disiunxit illum ab illâ. Hecyr. 1.2.℣.85.
Ita nos abalienavit. So gar hat er uns verstossen. Heaut. 5.2.℣.26.
Quid? ego vobis, Geta, alienus sum? Phorm. 3.3.℣.12.
Nec istuc in animum inducas tuum, alienum esse te. id est, nos esse meum filium. Heaut. 5.4.℣.5.

A Hic

Hic animus partim uxoris misericordiâ
Devictus, partim victus hujus injuriâ,
Paullatim elapsus est Bacchidi, atque transtulit
Amorem Hecyr. 1.2. ℣.92 ℣. 93. 94.

Alius ab oculis meis illam in ignotum abducet locum: Phorm. 3.3. ℣ 15.
Quoquò hinc asportabitur terrarum, certum est persequi ibid 3 3. ℣. 18.
Sperat, e à me avellere. Eunuch 1.3 ℣. 14.
Neque potuisse unquam ab hac me expellere.
Et in deterrendo voluisset operam sumere. Hecyr. Prol. ℣. 17.
Itane tandem quæso, Menedeme, ut pater omnem de me ejecerit animum patris? D. ist es dann in einem Ungnad seyn bey meinem Vatter. Heaut. 5.2 ℣. 1
Ita nos abalienavit. **So gar will er sich unser eussern/und entschlagen.** Ibid.
Alienus est à nostrâ familiâ. **Stellet sich frembd gegen uns.** Adelph. 3.2.
Abducere cognationem à consuetudine. Tusc. 156 a
Aciem mentis à consuetudine oculorum abducere. de Nat 54. b
Animum à cogitationibus abducere. de Fin. 145 a
Animum à solicitudine abducere. Epist. 48. a
Animos à defensione abducere. de Orat. 136. a
Aliquem à meretricio quæstu abducere. pro Qu. 15. b & in Ant. 169. a
· *Se ab angoribus & molestiis abducere.* Epist. 70. a
Servum ab aliquo abducere pro Dejot. 149 b
Discipulum à doctore abducere. de Orat. 112. a
A religione ad quæstum abducere. de D. 99. b
Odorer quàm sagacissimè, quò judices deduci oratione facillimè posse videantur. Or. 45 b
Vt is qui audit, ad fletum, misericordiamque deducatur. de Orat. 125 b
Illud quod eò, quò intendas ferat, deducatque, cognoscendum est. de Or. 96. a
Vectigalibus abalienatis, sociis vexatis Ibid. p 131.
At verò Pompeij voluntatem à me abalienabat oratio mea Phil. 11. p. 353.
Totum se à te abalienavit Dolabella. Ad Attic. lib 14. p. 456.
Qui vos, quos favendo retinere potuerunt, invidendo abalienarunt. Epist. ad Fam. lib. 1. pag 16.
Qui à Senatu hominem clarissimum abalienaverunt. Epist. ad Fam. lib. 1. p. 19.
Ne te auferant aliorum sententiæ; id est, *retrahant, & abducant te à sententiâ Reipub defendenda,* **Abhalten** 2.6
Qui non idem consilium, quod tu, secuti sunt, eos video in duo genera esse distractos. 4. 7.
Me nec domesticus dolor, nec cujusquam injuria, à Repub abducet. 5.1.
Egi cum Claudiâ uxore tuâ, & cum vestrâ sorore, ut eum ab illâ injuriâ retraherent. 5.2.
Abduxi exercitum, ad infestissimam Ciliciæ partem. 2. 10.

Nonni-

antem, te ab se abalienatum, &c. *illâ epistolâ retinuisti.* 1. 7.
ndo abalienarunt. Ibidem.
lescentem non tam allicere volui, quàm alienare nolui. 2. 14.
nunquam fecisti, quàm valdè Bibuli voluntas à me sine causâ id est, *alienasset.* Ibid.
lienior. Ibid.
hominis, & fugientis congressum. 3 6.
enare à te voluntatem meam Ibid.
hominum, & te nonnunquam, à me alienarunt, & me alimutarunt. 5 8.
confugiam? Quorum alij occiderunt, alij nescio quo pacto abducti, alieni à me facti sunt. 5. 15.
e alienum institutis meis 5. 17.
um alij interierint, alij absint, alij mutati voluntate sint, id est, Haben von mir gesatzt 5. 21.
enum necessitudine nostrâ. 6, 17.
e alienissimum est, subimpudens videbare, id est, *quò in te nihil venit,* welchs ich an dir gar nicht gewohnet bin. 7. 17.
a versum illum ab hac cogitatione ad alia consilia video se con
1 4.
nos potest, nisi tu, quod certè abest à virtute tuâ, & fide, id est, *a-* dar zu du viel zu ehrlich bist. 11. 2.
minem cognosces, & prudentem, & à cupiditate omni remotissi-
r.
quod apud te valet plurimùm, à nostris studiis non abhorrens.

ris non abhorret. 13 23.
uit unquam remotus, & naturâ, & ratione, atque doctrinâ, ab e, & sermonibus vulgi, ego profectò is sum 15. 4.
educimus perterritos à timore; & consolamur afflictos. de N.

impellare quò velis: unde autem velis deducere. de Orat.

conditio pecunia ab summâ integritate continentiaque deduxe- r. 2 91. a
e animi deducere aliquem. Qu. de F 211. a
ut referre de religione, ab eo deduci non potest Epist. 2. b
improbissima pœnâ deductus est, quo minus, &c. Epistol.

i deduci aliquem. At. 25. a
cere aliquem. in Ver. 71. a
utate deducere. in C. 110. b
ilioque deduci aliquem, in V, 27. b. *pro:* amentem, aut demen-
1.
animum auditoris à nobis al enat. Ad Heren. lib. 1. p. 7.

Non alienos animos habemus. De Amicit. p. 195.
Alienatus est à Collegâ nostro Metello. De Amicit. p. 211.
Voluptates sæpe majores partes animi à virtute detorquent. Off. lib. 1. p. 78.
Agros vectigales pop. Romani abalienare. contra Rullum p. 128.
Voluntate alienati. Jug. cap. 66.
Partim vi, alia metu, aut præmia ostentando avertere ab hostibus. Jug. 89.
Metuere ne fluxâ fide usus popularium animos averteret. Jug. 111.

Aberrandi. *Vide etiam* Erroris, Errandi.

Fehlen/Verfehlen/Irre gehen.

P*Uer aberravit inter homines à patre.* Men. Prol. ℣. 31.
Si aberrare ad alia cœperit, ad hæc revocetur oratio. Offic. lib. 1. p. 54.
Vereor ne nihil conjecturâ aberrem. Ad Attic. lib. 14. p. 462.
Animus aberrat à sententiâ, suspensus curis majoribus. Phil. 7. p. 476.
Abesse non potest, quin: Tantum abest ut: Tantum abest ne Elegantes formulas efficiunt, quas vulgus ignorat. Discantur itaque ex Cicerone. Idem valent quod: *Alienum & disjunctum esse, abhorrere, aberrare. Ger.* Es fehlet sich nicht/Es wird kaum fehlen. *Galli sic efferunt:* Il ne s'en faut gueres.
Abesse non potest, quin ejusdem hominis sit probos improbare; qui improbos probet. Orat. 220. a
Prorsus nihil abest, quin sim miserrimus At 180 a
Aberit non longè, quin hoc à me discerni velit. At. 143. b
Tantum abest ut libertatis inimicos ornem, ut effici non possit, quin eos tam oderim, quàm Rempublicam dilige. in A. 233. a
Tantum abest ut aliquam bonam gratiam mihi quæsisse videar, ut multas etiam simultates intelligam me suscepisse. pro Clu. 17. b
Tantum abest ut id consentaneum esset, ut maxime etiam repugnaret. A. 8. b
Is enim qui occultus & rectus dicitur, tantum abest ut se indicet, perficiet etiã ut dolere alterius improbè facto videatur. de Fin. 76. a
Tantum abest ut malum mors sit, ut verear ne homini nihil sit non malum aliud certè, sed nihil bonum aliud potius. Tusc. 164. b
At Philosophia quidem tantum abest, ut perinde ac de hominum vita est merita, laudetur, à plerisque neglecta, à multis etiam vituperetur. Tusc. 164. b
Tantum abest ut scribi contra nos nolimus, ut id etiam maximè optemus. Tusc. 173. b
Tantum abest ut hæc bestiarum caussa parata sint, ut ipsas bestias hominum caussa generatas esse videamus. de N. 58. a
Tantum abest ut amicitia propter indigentiam colantur, ut ij qui opibus & copiis, maximè virtute præditi, in qua plurimum est præsidij, minimè alterius indigeant, liberalissimi sint & beneficentissimi. de Am. 106 a

, *ne (quod ii, qui hec aut magistrorum inopiâ, aut ingenii tardi-*
ris fugâ non sunt assecuti, solent dicere) enervetur oratio com
borum, ut aliter in ea nec impetus ullus, nec vis esse possit. Or.

abfuit, ut inflammares animos nostros, somnum isto loco vix
de Clar. 190. b

uberat, ut binos scriberent, vix singulos confecerunt. Att. 111 a
l plurima vincula tecum summa conjunctionis optare, & sunt
sima: tantum abest, ut ego ex eo quo adstricti sumus, laxari a-
Att 89. b

mo sunt, totos se ad studia doctrinae conferunt: quâ in vita tan-
voluptates consectentur, etiam curas, sollicitudines, vigilias
: Fin. 138. b

---

scedendi. Absentiæ. Discedendi. Eundi, Exeundi.
cris. Migrandi. Secedendi. Proficiscendi.
Peregrinandi.

Abweichen / Abtretten / Außtretten / Verkriechen /
n / Weggehn / Herausigehn / Herauszfallen / Schei-
eiden / Heymgehn / Von dannen gehen / Zu Hauß
n / Abwesend seyn / Verreisen / Außgehn / Verrucke /
Hinaußmachen / Außlauffen / Außfallen / Durch-
Herfürtretten.

us Formula est discedentis apud Plautum sæpius repeti-
am Terentio usurpata. Amph. 3 ℣. 45. *Vide Lexicon Pl.*
r. 1 Satyr. 9. ℣. 6. Terent. Eun. 2. 3. ℣. 48. *Rogo numquid ve-*

em discedit. Asin. 3. 3. ℣. 13.
iem efferat. Capt. 2. 3. ℣. 96.
proripuisse foras ex aedibus dicam? Capt. 3. 4. ℣. 1.
est jam é fano foras. Curc. 2. 1. ℣. 1.
is, paulum ab illis. Epid. 2. 7. ℣. 53.
cessi tuis. Pro, *ab oculis.* Epid. 5. 2 ℣. 16.
u. Pack dich von Hauß. Bacch. 4. 2. ℣. 11.
per bonam gratiam. Mit gutem Willen scheiden. Mil. 4. 3.

meo manu. Most 1. 3. ℣. 133. *Abstinere manu,* est, *non accedere*
Contrarium est: Adite manum: *pro, ad aliquem aggredi.*
riam domum. Pers 3. 3. ℣ 4.
is procul è conspectu meo. Gehe mir auß dem Gesicht. Pers. 4.

Abire hinc non properas grandi gradu. Truc.2.2.℣.31.
Cesso hinc me aboliri. Truc. 2.7.℣. 68.
Concede huc à foribus. Men.1.2.℣. 48.
Sese commodùm huc advorterat in plateam nostram. Eunuch. 2.3.℣. 42.
Non domo exsulo nunc. Eunuch.3.5.℣.63.
Ab eâ sese revellere Hec.4 1.℣. 50.
Iam ut limen exirem. Wie ich zur Thür hinauß gieng. Hecyr. 3.3.℣.18.
A fratre qua egressa est meo: id est, ex ædibus fratris. Phor 5.1.℣.5.
Quod si fit, ut me excutiam, atque egrediar domo, id restat. Phorm. 4. 1. ℣.10.
Qua me propter exanimatum citius eduxi foras. Ich hab mich bald hinauß gemacht. Hecyr.3.3.℣. 4.
Foras simul omnes proruunt se. Sie lauffen alle hinauß. Eunuch. 3. 5. ℣.51.
Homo ipse nusquam est. Man kan jhn nirgends finden. Eunuch.3.4.℣.5.
Iter hac habui. Eunuch.5.9.
Evénit senibus ambobus simul iter, illi in Lemnum, ut esset, nostro in Ciliciam ad hospitem antiquum. Phorm.1.2 ℣.15.
Pergam quó cœpi hoc iter. Hecyr.1 2.℣.119.
Ain' tu tibi hoc incommodum evenisse iter? Hecyr.3.4.℣.11.
Ille autem bonus vir nusquam apparet. Eunuch. 4.3.℣.17.
Profectò hoc verè dicunt: si absis uspiam, aut ubi si cesses evenire ea satius est, quæ in te uxor dicit, & quæ in animo cogitat irata, quàm illa, quæ parentes propitij uxor, si cesses, aut te amare cogitat, aut amari. Adelph. 1.1.℣.3.4. 5.6.7.
Præterquàm tui carendum quòd erat. Heaut. 2.4 ℣.20.
Modò me intrò ut corripui timidus. Hecyr.3.3.℣.5.
Audi ne longè abeam, moriens quid dicat Epicurus de Fin.84.b. *Vbi observetur formula:* longè abire: *Latini, quod alio modo dicitur*, alte repetere, *aut ut Barbari dicunt*, petere aut sumere aliquid à longinquo, remotiora exempla petere.
Quasi vero mihi difficile sit, quamvis multos nominatim proferre, ne longius abeam, vel tribulis, vel vicinos meos pro Sext.Rosc.25.b
Vt ne longius abeam, declarat ista asscriptio esse aliquid pro Cæcin.303.b
Non longè abieris: num jus civile vestrum ex libris cognosci potest? Epistol. 104. b
Etsi hoc fortasse non poterit sic abire. de Fin.125.b. *Vbi peculiaris formula notanda, pro quâ vulgus dicit:* Hoc non sic transibit: tu plus audies.
Ad summum non possunt isthæc sic abire Att. 222.b
Mirabar, si hoc sic abiret. Terent. in And.
Non hoc tibi sic abibit. in Catil.
Videte quò descendam, judices. pro Font.276.a
Viri boni, cùm experiundi potestas non est, timide & pedetentim huc descendunt. pro Qu 9 a
Subitò nunc mutata voluntate ad accusandum descendere. in V. 53.a

Non

inimicitiarum ad accusandum, sed qui studio accusandi ad ini-
-f enderent. pro Muræn.137.a
is judicem non descensurum quenquam ad hanc accusationem
-rum vellet, liceret. pro Cæl.37.b
ut est ad juris civilis per discendi occupationem descendendum. de
3
pido sit, descensurum ad extrema. &c Epist 166.a
ad conditionem descendere vult Cæsar, ut &c. Epist.118.b
nimi remissionem ludumque descendere. in V.96.a
uli Ro jam descendit in caussam. in A.125 a
aliquod certamen. Tusc.1.8.b
magnam dimicationem vita. ad He. 27.b
agoras & Ægyptum lustravit, & Persarum magos adiit? cur tan-
s Barbarorum pedibus obiit? de Fin b.145.a
Legatus Ægyptum & Syriam de Som.127.
llus obire, & mecum lecticula concursare possis Epist 96.b
non licet fundos suos obire, aut res rusticas invisere? de Orat.

provincias contra Rull.73.a
& nostras obire domos, & ipse à suis coli posset pro Cæl.41.a
totam L diebus obiit. in V.133.b
est, cùm tribuatur rebus aut negotiis quæ exequimur aut peragi-

iteris ad res suas obeundas conceditur temporis pro Arch.189.a
privatam rem maritimam, neque publicam jam obire possemus.
p.14.a
.a.pro Pomp 10.b
modò re iperet, quantum videret se obire posse Qu de Pet.121.a
erat deliberationis, tamen obire non potui id est, mare transire.
b
litisset urbis, quantum flamma obire non potuisset. in Catil.

loco nos moverent Qu.Fr.308.a
quem senatu pro Clu 42.b
de Canusio moverat. At.134.b
possessionibus, amicissimis sedibus ac diis penatibus, negant oporte-
a Rull 77.a
redes moveat, in eorum locum ipse succedat. Offic 67.a
eas istinc tam infirmâ valetudine Ep.77 b
stra ex aliquo loco, & vasa colligere. in V.209.a
ogenes liberius, ut Cynicus, Alexandro roganti, ut diceret, si quid
esset: Nunc quidem paululum à Sole absis officiebat videlicet apri-
Tusc.246 b
validiora petentes, mare transmittunt. de Nat.53.a
stamus. At.1,4 a

Per Macedoniam Cyzicum petebamus. Ep.235.a
Naves Rhodum petentes vidi. Off.62.a
Iter à Vibone Brundusium petere contendi. pro Plan.279.b
Dyrrachium petere contendi pro Plan.280.a
Si potuissemus, quò contendimus, pervenire. Or.206.a
Tarsum veni, inde ad Amanum contendi. At.79.a
Mihi dubium non est, quin Brundusium contendam. Att.127.a
Plato Ægyptum peragravit. de Fin 145.a
Agros & nemora peragrare. de At. 149 a
Cùm quidam omnes provincias se peragrasse gloriaretur de Or.132.b
Arabes autem, & Phryges, & Cilices, campos & montes hyeme & æstate peragrantes, de Divin.100.a
Ægyptum peragrare, lustrare, pedibus obire. de Fin.145.a
Et ob eam causam urbe relictâ, rura peragrantes, sæpe soli sumus. Off.52.b
Eloquentia omnes peragravit insulas: & peregrinata totâ Asiâ est. de Clar. 169.a
Possum omnes latebras suspicionum peragrare dicendo pro Cor. 48.b
Oratorem dicendo peragrare per animos hominum, sensus, mentesque pertractare. de Or.104 a
Maria pedibus peragrare, classibus montes Or.88.a
Fama de interitu Clodij fines imperij Rom. jam peragravit. pro Mil 420.b
Cn. Pompeij res gestæ omnes gentes cum clarissimâ victoriâ terrâ marique peragrarunt pro Cor.57 b
In his locis, quæ à Brundusio absunt propius quàm tu, biduum aut triduum, nihil auditur novi. Att.232.a
Tu illam manum mihi cura ut præstes, quoniam propius abes. Att. lib. 1. p.5.
Propius à morte abesse. de Senect.92.a
Antiquitas, quæ quò propius aberat ab ortu, & divina progenie, hôc melius ea cernebat. Tusc.153 b
Cùm cœlum discessisse visum est, atque in eo animadversi globi de D 100 a.b
Marsico bello cœlum discessit. h. e. ut vulgus : Cœlum se aperuit. de Div 111.a
Ita ut nec terra fremitus, cœli discessus, &c. terrebunt. de D. vin.128.a
Cœlum discessu meo discessit à sese de Cla. 199.a
Qui cùm terra discessisset, magnis quibusdam imbribus in illum hiatum descendit. Offic.59.b
Is magnitudine timoris à constantia, atque à seipso discessit. de D. 132. a *A se discedere*, pro: immutari, & sui dissimilem fieri, *sæpe usurpatur.* Vulgò dicitur: *in ecstasin incidit.*
Modò audivi quartanam à te discessisse. At.122.b
Si istius hæc tanta injuria impunita discesserit. in Verr. 215.b
Mihi placebat si firmior esses, ut te Leucadem deportares, &c. Epistol. 256.b
Studium nihil prodest perveniendi aliquò, nisi illud, quod eo, quò intendas, ferat, deducatque, cognôris. de Or.96.a
Hoc

Iter aliquò conferre. Ep 174.a.

Iter aliquò versus conferre At. 10.b. *Vulgò* vertere, *aut* convertere se aliò, Viam suam vertere aliò.

Cùm autem anno post è Siciliâ me recepissem Brut. p 606.

Ego me de Cumane movi ante diem. Jch hab mich vor tag vfgemacht. Ep. Att. l. 4. p 121.

A rectâ conscientiâ non transversum unguem discedere. Nicht eines fingers oder haar breit abweichen. Ep. Att. l. 13 p 410.

Transversum digitum discedere. Acad. l 2. p. 32.

A sensu latere nunquam discederem. de Attic. p 18g.

In vestra tecta discedite. In Catil p. 205.

Qui simul ac pedem limine extulerat Cœl. 104.

Per montes asperos magnis itineribus in agrum abducit. Sall. Cat. cap. 57.

Romam contendere Iug. cap. 13.

Quocumque ire placet ferro iter aperiundum est. Cat. c. 58.

Per montes iter facere. Cat. c. 56

Ad Cirtam oppidum iter constituunt Jug c. 81.

Baulos Lucrenâ sede mutavimus. Lib. 1 Ep. 1 Symm.

Ac primò Neapolim de hinc brevi intervallo Beneventum me recepi. 1 3.

Bajanum sinum rursus accessi 1 3.

Quàm vellem delitijs vestris improvisus obrepere. 1. 5.

Tollite gradum 1 8

Contendere viam. Ibid.

Quoquò versum pedem gradumque contulero. 1. 10.

Capessere iter Appia 1. 11.

Iter adornare 1. 20.

Itiones longas & mansiones asperas vitare. 1. 20.

Bajas concesseratis. 1 48.

Amplissimo ordini consendi autoritas derogatur. 1. 79.

Nisi iter apricis diebus & auris salubribus egeris. 1. 100.

Celerem alicui reditum suadere. 2. 7.

Capuam paramus excurrere 2. 26.

Spe bona valetudinis mari vicina delegimus 2. 55.

Vos Appiam Dijs auspicijs inchoate, eâ dimensione, ut iter nostrum proximus vestigiis urgeatis 2. 3

Preparare alicui via instrumenta. 2 17.

Tibi peregrinationem serio esse, invitus audivi. Ibid.

Brevi iter in Asiam secundis auspiciis ordietur. 2. 24.

Redire in patriam desiderio & amore remanentium. 2. 26.

Sedem dominæ communis Parentis quasi fanum aliquod Dei salutaris accessi 2. 32.

Tu in diei unius iter promoves 2 34.

Nos & patriam post tergum relinquis Ibid.

Iter in patriam Dijs auspiciis ordiemur. 2. 50.

Cras igitur viam nobis usce, relegendam. Ib. d.

Iter

...is gracilitatis sua oblitus intravit.2.57.
...tem cœptando itineri.2.51.
...domo decreveram.2.5.
...n visere atq; adire.2.83.
*...um tuum alacer occurris.*Ibid.
...xisset fratrem nostrum Elpidium ad proficiscendum aff.ctio,

...na digredi.3.3.
...re optatu reditum nunciasti.3.14.
...perniciter.3.23.
*...iger.*Ibid.
...n larem venire.3.25.
...n patriam relegere cœpimus.3.62.
...m rure mutaveram.3.50.
...mam commodum repetis.3.50.
...post longiùs abire paro.3.55.
...ria latâ peregrinatione mutavi. 3.63.
...ta pervenimus.3.62.
...sque obversatus, postquam me ad urbanam sedem recepi, &c.

...fricam reditum Paregorius cliens noster instrueret.3.76.
...sti 3.83.
*...ere.*Ibid.
...mpania accesseram.4.21.
...am quis tantùm via ob rem privatam mihi ignoratus arripiat.

...dem sedibus commoraris: dum aut Treviros civicâ religione, aut provincias otij voluptate commutas.4.30.
Galliâ imperatum sibi à socero iter te procul agente respondit.

...ri Nemesii pia ad larem patrémque properatio desideravit, &c.

...vicina itinera perstrinxeris, flectere ad nos habenas longum putasti.

...peregrinari 4.62.
...superest itineris, spero præstatâ Dei veniâ sine labore peragendum.

...ope Dei in Lucanos saltus vela facimus 5.13.
...gressus es 5 30.
...et mihi plurimùm via.5.28.
...mihi non defuit itineris ordiendi sed tarda evocatio perveniendi tem-
...arctavit.5.14.
...ere urbem.5.40.
...grina discedere.5.70.
...proxima urbi digrederer 5.73.

Ingres-

Ingressi iter. Ibid.
Hinc Puteolos mox petemus.5.93.
Quibus properandi causas, inopia urbis adjecit.6.2.
Recursum sine justi temporis expectatione moliti sunt. Ibid.
Quod iter ad proxima urbi pradia distulisti.6 6.
Vrbe discessit inconsultis atq; ignorantibus nobis 6.8.
Ire rus.6.11.
Nunc illis proficiscendi attulit causam medicorum coactu imperata coactio. 6.17.
Stabias ire desiderant. Ibid.
Filiam meam vexari itinere non oportet 6.15.
Festinatio ejus jumentorum adminiculis juvetur.6.15.
Peregrinationis amara sustinere.6.21.
Itinere privato aliquid pravenire.6.29.
Peragrare ubiq; littora.6 23.
Interea ad Formianum littus iter promoves, & Romam citius excurre. 6.36.
Suadeo igitur maturè iter instruas. Ibid.
Desiderio vestro urbe digressus est.6.41.
Iter ad vos inchoare cœpissem. Ibid.
Iubeat sanctitas vestra diligentissimos scrutatores usq; Salernitanum littus accedere.6.42.
Stomachi tui imbecillitatem, quam esse imparem scribis itineri promovendo. 6.59.
Domo proficisci.6 60.
Vt possumus, modò abscessu, modò reditu, variamus locorum distinctionem 6. 61.
Latus, quò itur ad balneas.6.66.
Ipsi multis obstantibus curis, iter ad vos nequimus arripere.6.74.
Partim iter placuit ad minuendum laborem.6.75.
Fuit animus Fundes praterire, si vos Formias accessisse didicissem. Ibid.
Itineris ulterioris ambiguus 6.76.
Ad ulteriora contendere 6.78.
Iter ad nostra relegemus 7.4.
Hujus epistola portitores lento itinere mulos reduces prosequentur.7.5.
Cursim praterire.7.10.
Tandem sextum Kal. Martias Mediolanum per Ticini longinqua perveni. 7.13.
Si te superbum Tibur explevit, Laurentibus sylvis amana commuta.7.15.
Ordiri iter 7 17.
Aut unquam Formias vicinâ urbe, longinquiore mutavimus.7 18.
Proxime de Formiano sinu regressus in larem Cœlium, jam aiu te abesse comperi.7 Ibid.
Vrbana res Vaticano, in quantum licèt, declino.7 21.
Expeditius visum est, ut à te potiùs gratiam continuandi itineris posceremus. 7.24.
Erit

a intendere iter, an relegere.7.24.
m mutatione processurum aliquid optatis.7 32.
, & in conspectum vestrum tandem redire meditamur.7. Ibid.
r emetiri ad nos viam muneratâ conditione deberes ad satietatem,

invitus abscesseris 7.37.
r in Campania longinqua sequeremur.7.38.
nera, ut Romam revisas hortor, & postulo, reddasq; nobis jucun- præsentia tua.7.39.
r 7.40.
unitas æstatis invitat, iter festinus usurpa, ut longa absentia tua andem optato reditu sarciantur Ibid.
eli gressum referimans 7.43.
ivi ardui præteriisset.7.69.
ua decretum locum. Ibid.
optamus ab Idus Octobris.7.74.
cusat incerta.7 81.
us meis ad Hispania longinqua pergentibus, suffragia digneris ad. 82.
i affamus longa peregrinationis gratum fecit.7.83.
dinem non posse proficisci.7.89.
eregrinationis fecit optabilem.7.114.
a peregrinationis injuriam justo dolore suscepit.7.120.
cælestium favor, ut mandatu patria absoluti, iter felix ad ludorum em solemne relegatis.8 14.
morbo conjugem, vacuo secessu, & intutâ ablegatione macerare.

utationis vicinorum totum hunc mensem producere; atque ita, si verint voluntatem, relegere Appiam potero molesta accessu hyemis.

upiens urbe nostrâ processeram.8.23.
cra, mox ulterius progredi ibid.
bitratu dehinc legi oram, qua Formias & Cumanum littus inter- bid.
uis invitationibus, aut in Baulos, aut in Nicomachi Gaurana mi- a Ibid.
ad vos iter avidissimè studeo.8.25.
si benè destinata Dij juverint, Capuano itinere, venerabilem nobis m, laremq; petemus 8.27.
tinere villa præstringitur.7.15.
o ferarum cubilia plano ac patulo accessu. Ibid.
atte morbi instar est 8.31.
reditus itinere petere.8.42.
inte ad Campaniam filij mei assertione cognoveram.8 55.
u advocatis iter paramus ordinis.8 58.

A vobis

A vobis spe sociandi itineris retentatur. 8.57.
Iter Capuam promovemus. 8.61.
Cùm proximè urbe digrederer. 8.63.
Offenderat bonos, quòd immaturè antè discesseras. 8.64.
Relegere urbi propinqua meditamur. 8.70.
Qui refovendi patrimonij mei gratiâ laboriosam peregrinandi necessitatem recepit 9.10.
Hispanias longinquâ sede mutasti. 9,23.
Si tibi suppetit facultas itineris celeriter ad Campaniam promovendi. 9 29.
Sæpè urbanam commorationem proximo rure distinguimus. 9.62.
Relegere ad suos iter. 9.44.
Vereor, ne te diu ab orbe protermines. 9.69.
Mox agrum Laurentem petiturus. Ibid.
Animi curas migratione discutere. Ibid.
Nihil valetudini tua labore itineris deminutum. 9.73.
Vtrum peracto itinere ad destinata pervenisses. Ibid.
Emenso itinere. 9.101.
Transire Capuam. 9.111.
Neapolis mutatâ sede suscepit. Ibid.
Galliarum longinqua paucis diebus penetrarem 9.112.
Exime itineris apparatum. Ibid.
Purgat absentiam meam longus itineris tractus. 10.3.
Vbi opportunitas veris moliverit itinerum difficultatem. 10. 10.
Nos qui consulatui tuo variâ occupatione defuimus. 1.103.
Et certè haud multum itineris interjacet. 3.13.
Intervallo maris atque terrarum distinemur. 3.24.
Qui procul degimus. 5.59.
Quos à proprio lare peregrinatio longa disterminat. 4 23.
Ego hujus tædio amore ocij abesse plusculum cupio. 5 28.
Fraudari nos, conqueror, societate tuorum consiliorum, 5.2
Procul degere. 5.69.
Longo à vobis itinere discernimur. 6.1.
Paucis à patriâ diebus afuimus. 6. 66.
Nimiùm hactenus afuisti. 7.36.
Multo itinere discernimur 8 21.
Abesse longùm. 8 65.
Longinqua absentia tua desideratum mihi negavit officium. 9. 107.
Diuturnam minaris absentiam 9.126.

Abigen-

i. Amoliendi. Amovendi. Arcendi. Depellendi. De-
ciendi. Deturbandi. Expellendi. Extrudendi.
Fugandi. Resistendi.

:n / Wegjagen / Abschaffen / Hinaußwerffen / Ableh-
außjagen / Verstossen / Verjagen / Abwerffen / Vmb-
stossen / Vmbreissen.

foras extrudit. Aul prol. ỷ 38
tu mihi adornas ad fugam viaticum. Epid. 5 1. ỷ 9.
dem uxorem abegi à januâ Men. 1. 2. ỷ 18.
trum, h e. longè abigit. Merc. Arg. 2. ỷ 12.
em plenissimè eos, qui adversum eunt, cispellito Merc. 1. 2. ỷ. 5.
im invitam domo extrusit ab sese Merc. 2. 3. ỷ. 22.
imponam seni Jch will den alten abschaffen Most. 1, 2. ỷ. 28.
occeperit, illam extrudet. Cist. 2. 1. ỷ. 55
es nostra amoliri omnia Pseud 2. ỷ 67.
, odium, invidiam, metum, cupiditatesq; omnes amovere. Pro Au-
cent. p. 73.
ercle ego te, ex hac decuria Pers. 1. 3. ỷ. 63.
mandavit, exturbasti ex adibus. Trin 1. 2. ỷ. 00.
visset me ex his adibus, absq; te foret. Trin. 5. 2 v. 3.
meis dictis malis his foribus atq; hac repuli, rejeci hominem. Bacch.
19.
u daturum pœnas dices , si illam ejecerit scilicet *domo*: Phorm.
1.
uctores fuêre, ut præcipitem hanc daret: id est , ejiceret, expelleret.
20.
tem invitum Pamphilum extrudit pater Hecyr. 1. 2. ỷ 98.
issem illa hic maneret potius, tu hinc isses foras. Du hettest hinauß
Hecyr. 2. 1. ỷ. 25.
ani statuam istius deturbarunt in V. 221. a.
tes disturbabas Par. 129. 2.
imentum bonum non haberem, deturbarem ædificium. Quint. Fr.

re aliquem de possessione Parad 121. a.
u omnibus P. Quintius deturbandus est pro Quint. 8. a.
m istius deturbant, affligunt, comminuunt, dissipant. in P. 99. a.
mi spe & possessione. Ep 198. b.
*tio, tuos veteres hostes, novos amices, vehementer literis perculsos,
magna spe deturbatos jacere* Ep. 63. b.

Quaro

Quaro qui sint isti optimates, qui me exturbent, cùm ipsi domi maneant. At.134.2.
Cùm Senatum à gubernaculis dejecisses, populum è navi exturbasses. pro Dom.218.a.
Exturbare homines è possessionibus. pro Syl.180.b.
Exturbari & expelli ex agris. contra Rul 82.a.
Exturbare aliquem bonis patriis. in V.118.a.
Miserum est, exturbari fortunis omnibus, pro Qu.17.b.
Exturbari domo, & expelli domo. pro Clu.20.b.
Consules ex Italiâ profugisse, cunctum Senatum, totam Italiam esse effusam. pro Dejot.145.b.
Magno timore perculsa civitas tota ad te se cum conjugibus & liberis effundebat. ad Att.274.2.
Antonij immanem & fœdam crudelitatem è jugulis nostris, membris & visceribus avertit Phil.14.p.541.
Cujus acerrimum impetum cohibere potuit. Phil.14.Ibid.
Ab aris & focis ferrum flammaq; depellit. Sest.p.45.
De manibus vestris effugit. Pro Sext Rosc.p:48.
Ex urbe aliquem repellere. Auß der stadt jagen pro L Flacc.p.264.
Ipsum cantorem alieni periculi suis propriis periculis terruisset Sest.p.9.
Magni animi est, quem de susceptâ causâ nulla contumelia, nulla vis, nullum periculum possit depellere Ligar.p 202.
Ita avocatur à Mutinâ, ut ab urbe tanquam pestiferâ flammâ arceatur. Phil.6.p.431.
Vt possessores suis sedibus pellantur. Offic.lib.2.p.96.
Vt avaritia pellatur etiam minima suspicio. Offic.lib.2. Ibid.
Qua magis arceat homines ab improbitate omni. Par.3.p.219.

Abliguriendi. Absumendi. Consumendi. Dilapidandi. Ganei. Heluandi. Intemperantiæ. Libidinis. Luxuriæ. Luxus. Patrimonij. Prodigalitatis. Profusionis.

Vide etiam Sumptuum.

Verschwenden / Verschwelgen / Verzehren / Verthuen / Verfressen / Verpausiren / Schwelgen / Gut verprassen / Durchjagen.

N*Emo illorum explere tartaream ingluviem potest.* Aul. sc. Feram̃ ſ velis. p.93.

Tuis

s falsidicis fallaciis delaceravisti, deartuavistique opes. Capt. 5.

ut filius Trin. 1. 2. ℣ 71. Horat lib. 1. Sat. 2. ℣ 62. *Rem patris ob-*
Sein gut verfeihlen.
em. Sein gut verfressen Trin. 2. 4 ℣ 15.
formula utitur Qui comedit, quod fuit, quod non fuit. Trin. 2. 2.

mptus suppeditare ut possis. Asin 4. 2. v. 10.
n absente patre absumit. Most. Arg. ℣. 2.
re cibum, Stich 4. 1. ℣ 48
rnam me adjutrice perdidit. Trin Prol. ℣. 13.
ria abligurierit bona. Eun 2. 1 ℣ 4.
tu um censes, quàm assiduè exedent: Heaut. 3. 1. ℣. 53.
, bibite, græcamini, amicas emittite libertate, pascite parasitos, ob-
ollu ibiliter Most. 1. 1 ℣ 61.
ctu beri sui si se abdiderunt, luxuriantur, lustrantur, comedunt, quod
. Pseud. 4. 7. ℣. 5.
erm. sum est bibi, scorta duci, græcari, fidicinas, tibicinas ducere.
4. 2 ℣. 43.
altdè capi hic meretricem: illicò res exulatum ad illam ibat clam pa-
ercat . rol ℣. 42.
valde suam rem. Ibid. ℣. 48.
idem hercle egebit, qui suum prodegerit Merc. 5 4 ℣. 63.
ohibuerit, plus perdet clam quam si prohibuerit palàm.
exhaurire me, quod qui rem ab se, domum
te pessumâ, atque lenonis optumâ:
quodmodo, quo juvenis ipse parserit:
deret fundare ac perdere. Merc. Prol. ℣ 56. & seqq.
uomo do occapistis, bibite, pergræcamini, Este, effercite vos, saginam
Most. 1. 1. ℣ 61.
es, estur, bibitur, nec quisquam parsimoniam adhibet, sagina planè
lost 1. 3 ℣ 79. *Vide Lexicon Plautinum* Sagina.
n & suavem aliquam cantionem occipite comœdicam, ubi perpruri-
us, usque ex unguis ulis. Stich. 5. 5 ℣. 19.
um οἴχεται: periit, evanuit. *Vide Lexicon Plautinum:* Argentum.
n. 1. 4. ℣. 17.
mpus ad eam rem tulit, sivi animum ut expleret suum. Andr. 1, 2.
7.
morem gessere. And 4. ℣ 17.
sumptuosa, adolescens luxu perditus. Adel. 4. 7. ℣. 42.
universum abripiet, haud existimans, quanto labore partum. Phor. 1.
11.
dare argentum. Phor. 5. 8. ℣. 4.
perdere talentum hoc pacto satius est, quàm illo minam. Heaut. 3. 1.
56.

B Sumo'.

Sumat, consumat, perdat: decretum est pati. Heaut. 3. 1. ℣. 56.
Priusquam dilapidet nostras triginta minas. Phor. 5. 8 ℣. 4.
Vtinam tam aliquid facilè invenire possis, Phedria, hoc quàm peribis. Eunu. 2. 1. ℣. 4.
Rei minùs temperans. Phor 1. 5.
Itidem patria qui abligurierat bona. Eun. 2 2. ℣. 4.
Duo sunt genera decertandi: unum per disceptationem, alterum per vim. Off. 7. b

Cum multis consularibus tantâ contentione decertavi, quantâ nunquam antea Epist. 64. a

Demosthenes & Aeschines inter se decertare soliti sunt. de Fin. 125 a

Depugnare cum aliquo. Att. 106 a.

Aiax depugnaturus cum Hectore. Tusc. 219 a

Si voluptatis caussâ Torquatus cum Gallo apud Anienem depugnavit provocatus. de Fin. 80. a.

Vtrum turpi pace nobis, an misero bello esset utendum. Att. 331. b

De manibus audacissimorum civium delapsa arma ceciderunt. Offic. 16. a.

Concessa plebi à patribus ista potestate arma ceciderunt, restincta ista seditio est. de leg.

Omnibus istis latronibus auctoritate ipsâ senatus iam pridem de manibus arma cecidissent in An.

Qui-

Quibuscum bellum gerimus. ad Her. l.4. p.84.
Socij nostri cum belligerare nobiscum vellent. ad Heren. l.4. p.87.
Arma qui tulerint. ad Her. l.4. p.115.
Exercitus in Macedoniam contra Philippum mittitur. de Invent. lib. 1. p. 145.
Quàm maxima contra Annibalem copia sunt. de Invent. libro primo, p.14.
Tenere arma. Or. l.1 p.277.
Ad pugnandum arma sunt sumpturi. de Or. l.2. p 368.
Quod Reipublica causâ eum ex senatusconsulto ad arma vocasset. de Orat. l 2. p 382.
Non vidit bello flagrantem Italiam. de Or. lib.3 p.454.
Cur de perfugis nostris copias comparant contra nos? Orat. ad Brut. p 692.
Vis belli ac turba movetur. Pro S.R. p.68.
Ab armis recedere Pro S.R. p.80.
Prælium cùm committunt boni Imperatores, hoc solent facere, ut in eo loco, quo fugam hostium fore arbitrentur, milites collocent, in quos, si qui ex acie fugerint, de improviso incidant. Pro S. R. p.89.
Arma capere Pro S.R. p.80.
Facere bellum populo cuidam. in Verr. p. 189.
Civitati bellum indicere atq; inferre Ibid.
Bellum indicere alicui. in Ver. p.446.
Bello ardet Italia. in Ver. p. 480.
Arma capere. & bellum facere. in Ver. p.497.
Nationum Allobrogum & reliquias armis suis conficiat atq; opprimat. Pro Font. p 579.
Nefario furore audaciaq; instinctum bellum sacrilegum semper impiumq; habuit indictum In Ver. p.265.
Ad arma ire. In Ver. p.204.
Arma Saturnini oppressa sunt, etiamsi è repub. Remp. non vulnerarunt. Pro Mil. 297.
Neq; ego illa nec ulla unquam arma secutus sum pro Marc. 286.
Arma ab aliis posita sunt, ab alijs erepta. Marc. p 291.
Meo iudicio & voluntate ad ea arma profectus sum, quæ sumpta erant contra te. Pro Lig. p.295.
Omnium gentium arma in se convertere Pro Deiot p.312.
Cum hoc isto tempore stans cum gladijs in conspectu Senatus. Phil. 2. pag. 341.
Cum hostibus de vitâ dimicatur. ad Heren. lib 2. p.150.
Pro legionibus in hostes se immisit medius. ad Heren. l.4 p.121.
Auxilia quædam in oppidum recepit. de Inv. l. 2. p.247.
Nullum novis certamen cum [illegible] esse debet. de Or. lib. 2. p.384.
Telum iacere venenatum Pro Q. p 3.
Res ad manus atq; ad pugnam venit. in Ver. p.498.

Fusi

Fusi plerique sine mente ac sine ullo sensu iacent, & cum aspexisset, non se Prætoris convivium, sed ut Cannensem pugnam nequitia videre arbitraretur. in Verr. p. 408.

Cum Fonteio ferrum ac manus contulerunt, multo eius labore, ac sudore sub populi Romani imperiumque ditionemque ceciderunt. Pro Font.. p. 369.

Pugnare inter se, atque contendere. Pro Arg. Poet. p. 353.

Repente Antonius in aciem suas copias de vico produxit. Ep. ad Fam. lib. 10. p. 310.

Verebar ne si antequam ego incepta perficerem, prælium confectum esset. Ep. ad Fam. l. 10. p. 316.

Committere prælium. Ibid.

Ex prælio integer discessit. Ep. ad Fam. l. 10 p. 319.

Acriter & vehementer præliatus sum Ep. Att. lib. 5. p. 23.

Quas ego pugnas & quantas strages edidi? Ibid. p. 24.

Vt in præsentiâ tecum committere prælia velit. Ep. Att. l. 8. p. 258.

Certare cum alijs pugnaciter de aliquâ re Acad. l. 2. p. 35.

Non obtestandi causâ cum aliquo pugnare Ibid. p. 43.

Pugnas omnino, sed cum adversario facili. Ibid.

Intendi longiùs acies non potest. Ibid. p. 42.

Cùm autem Posthumus Dictator cum Octavio Manilio Tusculano prælio dimicaret in nostrâ acie, Castor & Pollux ex equis pugnare visi sunt. de Nat. Deor l 2 p 82.

Voluptatum calculis subductis prælium ineunt. de Fin. lib. 2. pag 153.

Cùm pericula præliorum iniret audaciùs. de Div. l. 1. p. 177.

Ne tuam causam, in quâ tibi cum Diodoro magna luctatio est, deseras. de Fato. p 278.

Maximè tibi de hoc ipso cum Diodoro certamen est. Ibid.

In medios se immittere hostes Q. Tusc. l. 1. p. 344.

Ferro decertare. Qu. Tusc. lib 2 p. 274.

Pugnare inter se viderentur Off lib 2 p 67.

Quia nunquam posset utilitas cum honestate pugnare. Offic. libr. 3. pag. 103.

Quod non utilia cum honestis pugnarent Off. lib. 3 p. 112.

Ibi vero non modò cum hostibus, verùm etiam cum fluctibus dimicare melius fuit Offic. l. 3. p. 138.

Omni studio ad bellum incumbere. Pro Leg Man. p. 635.

Bello aliquem lacessere, ac tentare. Ibid. p. 616.

Dico eius adventu maximas Mithridatis copias omnibus rebus ornatas, atque instructas esse deletas, summis obsidionis periculis liberatam urbem. Ibid. p. 635.

Sæpiùs cum hoste conflixit, quàm quisquam cum inimico concertavit, plura bella gessit, quàm cæteri legerunt, plures provincias confecit, quàm alij concupiverunt. Ibid p 638.

Africa testis, quæ magnis oppressa hostium copiis eorum ipsorum sanguine redundavit. Ibid. p 639.

Italia

Italia cum servili bello tetro periculosoque premeretur. Pro Lge. Man. p. 639.

Bellum extenuare, imminuere, tollere, sepelire. Ibid.

Longè à domo bellare, & propugnacula imperij. Ibid. p. 640.

Bellum alicui transmittere. Ibid. p. 644.

Hic ad omnia vestra memoria bella conficienda divino quodam consilio natus esse videtur. Ibid p. 649.

Bellum conficere. Ibid p. 652.

Pro salute communi arma capere. Pro C Rabir. p. 159.

Arma contra aliquem ferre. Pro C Rab. p. 162.

Arma capere. Pro C. Rab. p. 164.

Inferre bellum patria in I Cat. p. 74.

Bellum alicui indicere in L. Cat. p. 182.

Nunquam in acie pertimuit, armatus sapè in hostium manum multitudinemque immisit. Pro Font. p. 585.

Bellum intestinum ac domesticum, post hominum memoriam crudelissimum ac maximum me uno togato duce & imperatore sedetur. in L. Catil. p 191.

Bellum alicui facere. In L. Cat. p. 202.

Armis expellere aliquem. in Cat. p. 203.

Bellum gerere cum aliquo. Ibid.

Æternum bellum suscipere in L Cat. p 216.

Agitare rem militarem. in L. Mur. p. 227.

Cùm armis pellendum à suis mœnibus censuissent. Pro L. Flac. p. 287.

Cùm fugitivis fortiter bellum gesserat. Pro L. Flac. p 305.

Ad ferrum, ad flammam vocari. Ibid.

Dimicare armis Orat ante exilium p. 364.

Cum apertis hostibus bellum gerere. Orat. post reditum p. 391.

Acerbum bellum intestinumque suscipere. Pro Dom. p. 424.

Speravit eisdem se copiis cum illo posse confligere. Pro Dom. p 426.

Cum his furiis & facibus, cum his inquam exitiosis prodigijs ac penè huius imperij pestibus bellum mihi inexpiabile dico esse susceptum de Arusp. Res. p. 463.

Cum salutis defensoribus bellum sibi esse gerendum indicarunt. Sest. 4.

Vicatim homines conscribebantur, decuriabantur ad vim, ad manus, ad cædem, ad direptionem incitabantur. Sest. 15.

Non ille mihi legitimam aliquam contentionem, sed vim, arma, exercitus, Imperatores, castra denunciavit. Sest. 21.

Veteres copia & effusa ac superata illa Catilina manus importuna est renovata Sest. 22.

Contendere contra tribunum Plebis privatis armis. Sest. 22.

In hanc Reip navem fluitantem in alto tempestatibus, armata tot classes incursura videbantur. Sest. 23.

Classibus se eam navem oppressuros minitabantur ibid.

E terrestri præsidio milites colligere, quos in navibus collocet. in Ver. pagin. 595.

Est vobis auctor, vir bellorum omnium maximarumq; rerum peritissimus Servilius, cuius tantæ res gestæ terrâ mariq; extiterunt, ut cum de bello deliberetis, auctor vobis gravior esse nemo debeat Pro Leg. Man. p 654.

In re militari cùm summi consilij, & maximi animi, tum verò usu quoq; bellorum gerendorum in primis eorum hominum, qui nunc sunt, exercitatus. Pro Font p 58.

Virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem, ad usum, ad disciplinam peritum, ad consilia prudentem, ad cursum fortunamq; felicem, domi vobis ac liberis vestris retinete Pro Font. p. 583.

Ducem se militibus præbuit. Vat. 87.

Vigebant studia rei militaris. Cæl 94.

Milites dimittere. Ep ad Fam lib 3 p. 63.

Movere castra Ep. ad Fam. lib. 3. p. 69.

Exclusi eos, qui me in castra, & qui trans Taurum persequi non possent. Ep ad Fam. l. 3 p. 74.

Quid erat quod me persequerentur in castra. Ibid.

Diffidere militibus. Ep ad Fam. l. 7 p. 187.

Postquam itum est ad arma. Ep. ad Fam. l. 10. p 311.

Brutum decem ac septem cohortes, & duas non frequentes tyronum legiones, quos conscripserat, Antonium habere audio. Ep. ad Fam. lib. 10. p. 318.

Quamvis in magnam descendat vita dimicationem. ad Herenn. lib. 4 p. 118.

Non luctabor tecum Crasse amplius. de Orat. li. 1. p. 188.

Contendere cum aliquo. pro QR p. 1.

Tecum mihi res est. Pro S. R. p65.

Contendit humilitas cum dignitate, de amplitudine. Pro Sext. Rosc. p. 84.

Si certamen inter aliquos sit, cui potissimum delatio detur. in Ver. pag. 110.

In agendo inferiores non futuri sumus. pro Cæc 556.

De capite, de famâ & liberis dimicare Sest. 3.

Tota deniq; Italia ad omnem contentionem expedita est. Sest. 19.

Erat mihi contentio non cum exercitu, sed cum operis conductis, ad diripiendam urbem concitatis. Sest. 20.

Cum amentissimo Tribuno plebis cùm decertassem, cum consulibus dimicarem Sest. 22.

Ad arma vocarent, qui ne vestitu quidem defendi Remp. sivissent. Sest. 23.

Instructa acie pro salute populi Romani victoriaque vevissem. Sest. 25

Cadem à vobis vestrisq; liberis, vastitatem, incendia, rapinas meo dolore luctuq; depuli Ibid.

Cum propè vim pistorum armorum profugisset. Sest 26.

Externa bella regum, nationum, iam pridem extincta sunt. Ibid.

Consi-

Consilio & auxilio bonorum oppugnare Rempublicam Sest. 27.
Antiochus Magnus magni belli contentione terrâ mariq; superatus est. Sest. p. 30.
Cum Armeniorum Regem Tigrane grave bellum perdiuturnum que gessimus, ibid.
Ille iniuriis in socios nostros inferendis bello propè nos lacessivit. Ibidem.
Atq; etiam cùm ad fluvium Sagram Crotoniatas Locri maximo pralio devicissent. de Nat. Deor. l. 2. p. 52.
Respublica à facinorosissimis sicariis & à servis est oppressa, atque occupata. Sest. p. 41.
Fuissane ad arma iturit Ibid.
Ad ferrum, ad faces, ad quotidianam cadem se cum exercitu contulit. Sest. 44.
Bellum intulit quiescentibus. Sest. 47.
In Hispania duriissimo bello cum Metello & in classe, & in exercitu fuit. Cor. 127.
Acerrimis illis & maximis praliis Sicyonensi & Dariensi interfuit, Ibid.
Maxima bella nobis inferantur Corn. 142.
Bella maxima gessit, & confecit. Corn 147.
Bellum nobis propè iustum intulerunt Prov. 152.
Bellum cum maximis tyrannis consulari exercitu & imperio confectum est. Prov. 162.
Instaurata sunt maximi belli reliquia & incitata. Prov. 164.
Bellum in Galliâ gestum est maximum. Ibid.
Omnia flammâ & ferro delere voluerunt Prov. 165.
Ipsis indixi bellum & inimicitias Ibid.
Ortum repentè bellum Allebrogum, atq; hac sceleratâ coniuratione excitatum pralijs fregit. Prov. 169.
Sibi cum ijs, quos armatos vidit, contra populum Romanum bellandum esse duxit. Ibid.
Cum acerrimis nationibus & maximis praliis feliciissimè decertavit Ibid.
Noster exercitus & arma populi Romani has regiones peragrarunt. Prov. 160.
Arma in templo Castoris constituebantur ab eo latrone. Pis. 181.
Mihi certamen fuit cum Mario. Pis. 186.
Arma in templo Castoris luce, & palàm comportantur. Pis 187.
Bellum hoc hic ordo aut populus suscepit Pis. 199.
Nefarium & crudele bellum istis intulisti. Pis 214.
Dyrrhachij milites domum, in quâ istum esse arbitrabantur, obsidere coeperunt. Pis. 218.
Omnia bella iure gentium conquiescebant. Rab. 279.
Cùm ad illa arma fato nescio quo Reip. lo. misero funestoq; compulsi sumus. Marc. 285.

Civile bellum tantum & tam luctuosum excitaverunt. Marc. 287.
Iudem in armis fuit. Ligar. 296.
Contra te ipsum Caesarem est congressus armatus Ibid.
Quid tuus ille districtus in acie Pharsalica gladius agebat? Ibid.
Belli civilis incendium salute patriae restinxisti. Marc. 291.
Perfuncta est Respublica hoc misero fatalíq; bello. Marc. 141.
Bellum subitò exarsit. Lig. 294.
Tecum in acie fuit contra Pharnacem. Deiot. 311.
Omnia omnium arma contra te unum excitavit. Deiot 312.
Iste ardebat studio ipsius belli. Deiot 117.
Deiotarus familiam vestram abiectam, & obscuram, è tenebris in lucem vocavit Deiot. 317.
Familiis omnibus bellum nefarium indixere Deiot. 718.
In Ciciliâ & Syriâ bella gesserunt Deiot. 318.
Qui non bellum eodem tempore mihi indixerit Phil. 2 pag. 338.
Cùm inferri patriae bellum nefarium viderem Phil. 2. 347.
Ob eam causam meâ culpâ civile bellum natum est Ibid.
Civile bellum natum, conflatum, & susceptum est tuâ operâ. Phil 2. 365.
Ter depugnavit Caesar cum civibus in Thessaliâ, Africâ & Hispaniâ. Phil. 2. 367.
Bellum nefarium contra fortunas nostras ab homine profligato, & perdito non comparatur, sed geritur. Phil. 2. 384.
Armis decernere Phil 3. 398.
Hoc bellum non ex dissensione partium, sed ex nefariâ spe perditissimorum civium excitatum est. Phil 5. 419.
Huius singulari clementiâ & mansuetudine bellum acerbissimum est restinctum. Phil 5. 422.
Pacis nomine bellum involutum reformido Phil 7 442.
Non illi senatus, sed ille populo Romano bellum indixit. Phil 7 p 445.
Bellum contra Antonium suâ sponte suscepit Ph l 8 p. 447.
Quisquam bellum timet, qui nos coacti id suscepimus. Philip. 10 pagin. 471.
Pro populi Romani salute arma ceperunt Ibid
Iidem acerrimi pro salute Bruti bellum gerunt. Phil. 10. p. 472.
Pro salute communi arma capiunt. Ibid. p. 473.
Cum Dolobellâ hoste decreto bellum est gerendum Phil. 11. p 483.
Tum populum Romanum ad privatum bellum detulit. Philip. 11 pagin. 484.
Veterani pro Republicâ arma ceperunt Ibid. p 491.
Cum impijs sceleratisq; civibus bellum suscepimus. Phil. 13. p. 507.
Civile bellum concupiscit. Ibid. p. 408.
Magnas res gessi bellicas. Ibid. p. 514.
Maiora bella gesserunt Ibid.
Bellum contra patriam nefarium suscepisti. Ibid p. 527.

Bellum

Bellum contra se gerunt. Ibid.
Conflare bellum. Ep ad Fam.lib.5.p.118.
Si hoc expectandum sit, totum bellum conficiam. Epist.ad Fam.lib.5.p. 128.
Sumere arma Ep ad Fam.l.6.p.163.
Suadere institui, ut bellum duceret. Ep.ad Fam.l.1.p.187.
Occultum bellum mihi indixit. Ep. ad Fam.l.8.p.234.
Civitas ad arma ijt Ep. ad Fam.lib. 8.p.238.
Lepidum castigare non destiteram, ut extingueret bellum. Ep.ad Fam.lib.10. p.301.
Componere bellum Ep. ad Fam.lib.10. p.317.
Cum exercitu meo à confluente Rhodano castra movi. Epist.ad Fam.libr 10. p.319.
Ultra me castra posuit. Ibid.
Nos si alia hortarentur, ut bellum suscitare velimus. Epistol. ad Famil.lib. 11.p 323.
In primis rogo te, ad hominem ventosissimum Lepidum mittas, ne bellum nobis redintegrare possit. Ep. ad Fam. lib. 11 p 328.
Bellum Reipublicæ indicere. Ep.ad Fam.l.11.p 337.
Nos confecto bello renovatum bellum gerimus. Epist.ad Fam. lib.12.pag. 357.
Ille ex turbulentâ Republicâ, hic ex pace & victoriâ bellum excitavit. Ep.ad Fam.l.12.p.359.
Si contra importunissimos latrones arma cepit. Epist. ad Fam. lib. 12 pag. 360.
Omnibus meis bellum primus indixi. Ep ad.Fam.lib.12 p.366.
M. Anneio legato imperavi, ut cum quinque cohortes ad reliquum exercitum duceret, coactoque in unum locum exercitu castra in Lycaoniâ apud Iconium faceret. Ep.ad Fam.lib.15 p 466.
Concitare bellum Ep ad.Fam.l.15 p.467.
Depugnantem potius cum summo non dicam exitio, sed periculo vestro. Sest. 24.
Adducta res in certamen est Pis 221.
Ferro inter se comminus decertarunt Pis 211.
Cum illâ ipsâ deterrimâ poste sæpissimè pro tua gloria contendi. Mil. 149.
Deinceps cum hoste conflixit, & cum maiore numero hostium contendit. Ph. 14 p.546.
Disceptare armis Ep.ad Fam l 4 p.113.
Si m.... non sem...fuit homo contra me arma tulit, & eum bello cepi. Ep.ad Fam. lib 5 p 128
Tum enim bella gerere nostri imperatores & duces incipiunt, cùm auspicia posuerunt. de Nat.Deor.l.2.p 51.
Nisi eius augurio Rex Hostilius maxima bella gessisset. de Nat.Deor. l. 2.p. 51.

Tum ergò cum Zenone, ut accepimus, Arcesilas sibi omne certamen instit u Acad. Q l.1.p.94.

Cùm bello Latino Ludi votivi maximi primùm fierent: civitas ad arma repentè est excitata. de Divin.l.1.p.128.

Cùm contra Hannibalem Legiones duceret. de Divinat. libro 1. pag. 187.

Committere prælium. ibid.

Vt pro vitulis contra Leones summâ vi impetuq; contendant. de Fin. lib 3. p.207.

Magnum & difficile certamen inire de Fin.l.4. p.215.

Quarum præsidio iniret illud difficile magnumque prælium. de Fin. lib.4.p. 216.

Concertationem alicuius vel tollere. Q Tusc.l.2.p.349.

In certamen descendere. Q.Tusc l.2.p.373.

Helvetij sine dubio sunt in armis, excursionesq; faciunt in provinciam. Epist. Att l 1.p.38.

Totam Italiam flagraturam bello intelligo. Epistol. ad Attic. libr. 7. pag. 224.

Bellum nullum nostri administrant. Ep Attic.lib.7.p.226.

Bellum Italia terra mariq; inferemus. Ep.Att.l.9.p.266.

Bellum crudele, & exitiosum à Pompeio suscipi intelligebam. Epistol. Attic. lib.9.p 274.

Cùm tàm pestiferum bellum pararet. Ep.Att.l.9.p.293.

Quos contra me senatus armavit. Ep At.l.10.p.316.

Tibi bellum aliquod magnum & periculosum administranti. Epist.ad Quin. Frat.lib.1.p. 569.

Cum ijs bellum suscepimus sempiternum. Epistol. ad Quint. Frat.lib. 1. p. 581.

Ad Mithridaticum bellum missus à senatu. Acad. Q l.2.p.3.

Cum victor à Mithridatico bello revertisset, triumphavit. Acad. Qu.lib. 2. p.4.

In bello magno rei militaris occupatio esse solet. Ibid p.5.

Nec verò, ut fabulæ ferunt, dij bellis prælijsq; caruerunt. de Nat. Deor. lib.2. p.78.

Bellum cum aliquo gerere. de Fin.lib.2.p.145.

Aut quod bellum susceptum est ab eâ sine consilio deorum. de Divin. lib. 2. p 156.

Bellum alicui inferre. de Div.l.1.p.177.

In aciem Latinorum irrupit armatus. Ibid.

Cùm fano Delphici Apollinis bellum nefarium intulisset. de Divin.lib.1.pag. 190.

Ex quo factum, ut & viderentur virgines ferre arma contra, & nive Gallorum obruerentur exercitus. Ibid.

Quibus portentis populo R. magna bella, perniciosaq; seditiones denunciabantur. Ibi. p.197.

Aut

Aut belli administrationem prudentius, quàm Imperator coniecturâ assequatur. Ibid. p. 216.
Manum sibi, & copias festinas temperavit Sest. 43.
Maioribus praesidijs & copiis Respub. oppugnatur, quàm defenditur. Sest. p. 50.
Omnis noster exercitus superbissimo delectu, & durissimâ conquisitione collectus, interijt. de Prov. p. 158.
Tantum habebas exercitum, quantum tibi Senatus non dederat, sed quantum tua libido conscripserat Pis. p. 193.
In Macedoniam magnum exercitum transportavit. Pis. p. 198.
Castra movere. In Verr. p. 430.
Non est tibi cum Pompeianis, sed cum totâ Repub. bellum. Philip. 13 pagin. 529.
Ferre contra patriam arma illi cum Coriolano debuêre. de Amicit. pagin. 197.
Contraque us arma fert. Phil. 13 p. 530.
Propter cuius periculum ad saga ivimus Phil. 14. p. 532.
Bellum inexpiabile infert Consulibus omnium latronum teterrimus. Phil. 14. 14. p. 514.
Gerit idem bellum cum Senatu populoq; Romano. Phil 14. 534.
Bellum grave Octavianum insecutum est. Ph l 14. p 540.
Cum tribus Antonij legionibus equitatu conflixit. Philipp. 14. pagin. 542.
Amisit maximam partem exercitus. Pis. p 198.
Dimisit reliquum exercitum. Ibid.
Ex Syriâ exercitum educit. Pis. p. 199.
Ille exercitum Cn. Domitij amplissimi viri suis tectis & copiis sustentavit. Deiot p. 311.
Qui contra consulem privato consilio exercitus compararunt. Phil. 3 p. 380.
Invictum exercitum ex Hispaniâ militibus conduxit Philip 4. 401.
Tenetur, premitur, urgetur nunc ijs copiis, quas tam habemus, mox ijs, quas paucis diebus consules compararunt. Phil. 4 p. 405.
Civem sceleratum & perditum Gallorum & Germanorum exercitu, peditatu, equitatu, & copijs instruis Phil 5. p. 408.
Exercitum tantum tàm brevi tempore summo studio municipiorum coloniarumq; provincia optimè de Rep. merita & merentis conscripsit, & comparavit. Phil. 5. p. 420.
Milites veteranos summo Reip. tempore conscripsit. Phil 5 p 424.
Contra vim & auspicia obsesso senatu ad opprimendam Rempublicam Brundusio legiones accersivit. Phil. 6 p. 430.
Contra patriam exercitum duxit. Phil. 13. p. 513.
Copias suo labore & periculo ad Reip. non ad suum praesidium per se confecit. Phil. 10. p. 460.
Parthos times, quia diffidis copiis nostris. Ep. ad Fam. lib. 2. p 46.
Vexare aliquem copiis. Ibid.

Pergratum mihi feceris, si istas exiguas copias, quas habuisti, quàm minimè imminueris. Ep Fam.l.3p.63

Vt coniungeretur copias rogavit Ep.Fam.lib.10 p.201.

*Magnam perditi hostes sibi accessionem fecissent, si quas copias à Lepido abstraxissent.*Ibid p 295.

Audita re Hircius cum cohortibus viginti veteranis redeundo Antonio, in sua castra occurrit, copiasque delevit omnes. Epistol. Famil. lib.10.pag. 311

Itaq; quem exercitum neq; vendere vllis premiis volui, nec eorum periculorum metu, quæ victoribus illis portendebantur, diminuere debeus existimare, retentam Ep.Fam l 10.p.315.

Loquebantur omnes te habere copias Ep.Fam l 12.p 354.

Parvis omnino iam copiis obsidebatur, quod magno præsidio Bononiam tenebat Antonius Ep Fam l.12.p.355.

*Magnas Romæ Pansa copias ex delectu Italiæ comparat.*Ibid.

Nisi alicuius exercitu Ep Fam.l.12 p.358.

*Quem ego exercitum quibuscunq; potero rebus, ornabo.*Ibid.

Censebant vt in Italliæ supplementum meis & Bibuli legionibus scriberetur. Supplementum *dicebantur milites, quicunq; ad complendum Legionum numerum addebantur* 3.3

Antonium præfectum evocatorum misit ad te.

*Evocati dicebantur milites, qui ex diversis locis scribebantur.*3 6.

Signa tirone, & collectitio exercitu, cum legionibus robustissimus contulit, id est tironibus, & copiis temere undecunq; collectis, 7.3.

Bibulus in Amano, nescio quid cohorticularum amisit. 8 6.

Copias adduce, & genere & numero, & fidelitate firmissimas 12.9.

Nisi ille veteranos celeriter conscripsisset. 10.28

Tantum equitatum & levem armaturam ostendis, id est, *velites.*10 30.

Militem non modo legionarium, sed ne auxiliarium quidem illum quoq; misi. 10 32.

*Legio, Cornu dextrum, & sinistrum, cohors, copia &c.*10.30.

Cum parvulam manum peditum haberet inermium. 11.10.

Satis magnum numerum videtur effecisse. Ibid.

*Ricurri ad me scopiolas.*11.13.

Summa laus, & tua, & Bruti est, quod exercitum præter spem existimo mihi comparasse 12 4.

Cum legati mihi nuntiassent, regis Parthorum filium, ad Euphratem cum maximus Parthorum copiis, multarumq; præterea gentium magna manu venisse.&c.15 3.

*Video orbem terrarum imperiis distributis, ardere bello.*4.1.

Pestiferum bellum cavendum. 4. 5.

Quicunq; rempub oppresserit Armis &c. Ibid.

*Vidi, neq; te consilium civilis belli ita gerendi, neq; copias Imperij, neq; genus exercitus probare.*4.7.

Bellum maximum conflare. 5.2.

Homo

Homi si missis contra me arma cepit, & rem bello cepi. 5.10.
Usu armorum, & militum robore inferiores eram us. 6.1.
Quem exitum acies habitura sit, divinare nemo potest. 6.3.
Susceptum bellum est, quiescente me, depulsum ex Italia manente me. 6.6.
Explorata victoria arma sumere. Ibid.
In bellum ingredi. 5.12.
Bellum ducere. 7.3.
O castra praclara. 7.12.
Occultum bellum mihi indixit. 8.13.
Civitas ad arma ijt. Es ist ein auffstehen worden. 8.16.
Oppressus est bello repentino: quod bellum commotum à scapula, ita postea confirmatum est à Pompeio &c. 11.
Planè nesciebam te tam peritum esse rei militaris, 9.25.
Stare in acie. Zu felde ligen. 10.13.
Aciem instruere. Schlachtordnung machen. 10.30.
Postea quam itum est ad arma. 10.31.
Commeatus. 10.32.
Quo die prælium Pansa commisit 10.33.
Ita porro festinavit uterq; confligere Ibid & 11.12.
Illum intellexi non modo aperte, sed etiam libenter cum Repub. bellum gerere. 11.5.
Tua praclara eruptio 11.14.
In optatissima pace bellum Reip indicere. 11.18.
Bellum gerere contra arma, verbis. 2.22.
Nondum Legati redierant, quos Senatus ad bellum denuntiandum miserat. 12.25
Cognovi ex multorum amicorum literis ad arma rem spectare nimium, propter dissidia Cæsaris & Pompeij. 14.5.
Cum litera de bello à Parthis in provinciam Syriam illato quotidie afferrentur 15.2.
Exercitus omnes, qui in Syria fuêre, teneo Ep.Fam.lib.12.pag.360.
Neq; quò fugiat habet, neq; diutius ibi poterit tantum exercitum Cassij sustinere. Ibid.p.365.
Resistere copiis. Ibid.l.14.p.447.
Media nocte cum magna copia venit Clodius, cùm haberet fugitivorum delectas copias. Ibid.l 4.p 114.
Exercitum lustravi apud Iconium Ep.Att.l.5.p.157.
Magnum numerum hostium concidimus Ibid.
Exercitum tenet multa spe, & promissis. Ep Att l.7 p 218.
Quot in præsentia cohortes erga te habet Cæsar? Ep.Att.l.8.p.257.
Populi Romani exercitus Cneium Pompeium circumsidet, & vallo septum tenet. Ep Att.l 9 p.292.
Contra te his ordo Consulibus arma dedit, qua non effugisses, nisi te ad arma Cæsaris contulisses Phil.2 p.358.

Ego arma contra Consules, contra patriam tuli. Phil 2. p. 366.
Quid est aliud civili hosti omnia arma ad bellum largiri? Philip. 5. pag. 408.
Saga sumsimus: arma cepimus. Phil 12. p. 500.
Cum iam in armis essemus. Epistol. Att. l. 8 pag. 252.
Illi armis disceptari noluerunt. Ibid.
Vt contra eum arma ferat. Ep. ad Att. l. 9 p. 278.
Ne contra Caesarem pugnares Ibid p. 280.
Si Sextus in armis permanebit Ibid lib. 14 p. 444.
Contra metum, & vim suos se armis defendere. de Nat. Deor. lib. 2. p. 100.
Expedire arma. Q. Tusc. l. 2 p. 362.
Consilio, diligentiâ nostrâ celeriter de manibus audacissimorum civium delapsa arma ceciderunt. 1. Offic. p. 32.
Qua res gesta est, nunquam in bello tanta? quis triumphus conferendus? Ibid.
Diceret se tertium triumphum deportaturum fuisse, nisi meo in Remp. beneficio, ubi triumpharet, esset habiturus. Ibid.
Qui arma contra ferunt. 1. Off. p. 35
Qui nos in hostium numero habeat. Ep. At. l. 10 p. 333.
Circumsidemur omnibus copiis. Ep. Att. l. 15 p. 473.
Romam veni: cum magnâ manu Ep. Att. 16. p. 506.
Cohortibus armatis circumseptus senatus. Ep. Att. p. 645.
Exercitum in gravissimo bello animadversionis metu contineret. de Fin. l. 1. p. 110.
Vt in expeditionem exercitum educerent. de Divin. lib. 1. p. 186.
Et cùm Imperator exercitum, Consul populum lustraret. de Divinat. lib. 1. p. 197.
Cùm in expeditionem educturus esset de Div l. 2 p. 238.
Qui maximas copias duxit ad Troiam Q. Tusc l. 1 p 336.
Suis fructibus exercitum alere non posset. 1 Off. p 12.
Paratiores habuerunt exercitus, & fortiores. 1. Off. p 31.
Tantum enim abfuit, vt illorum præsidio nostram firmaremus classem, vt etiam à Rhodijs urbe, statione, qua extra urbem est, commeatu, aquâ deniq; prohiberentur nostri milites Epistol. ad Fam. libr. 12. pagin. 367.
Cinximus vallo & fossâ, aggere maximo, vineis, turre altissimâ, magnâ tormentorum copiâ, multis sagittarijs, magno labore, apparatu, multis saucijs nostris, incolumi exercitu negotium confecimus. Epistol Att. lib. 5 p. 158.
Magnum bellum impendet à Parthis. Ep. Att. lib. 6 p. 180.
Qui hoc bello contra patriam arma cœperunt Brut. p. 538.
Civibus arma cogitas inferre, à quibus exercitum abducis, adversus quos acies instruis Ep. Octav p 647.
Tantus Imperator in omni genere belli fuit, prœliis, oppugnationibus, na-

nalibus pugnis, totius belli instrumentis & apparatu. Acad. l. 2. p. 4.
Certamen cum aliquo instituere. Q Tusc. l 3. p. 398.
Arma sumere Qu Tusc. lib. 4. p. 431.
Toto pectore tremente provocare ad pugnam, ibid.
In has clades incidimus. Off l. 2. p. 75.
Cumque de imperio certamen esset, cum rege generoso ac potente. Off. lib. 3. 133.
Non suscepisset bellum civile Cæsar. de Divin. l. 2 p 220.
Rem bellicam administrare majores nostri nisi auspicatò voluerunt. de Divin. l 2. p. 242.
Patriæ bellum inferre de Divin. l. 2. p. 257.
Qui ipsi bellum sibi indixissent. de Fin. l. 5. p. 261.
Bellum gerere cum aliquo Qu Tusc. l 3. p. 307.
Arma contra aliquem sumere Qu Tusc l. 1. p. 330.
In prælium aliquem mittere. Qu Tusc. l 1. p. 3,8
Qui consuetus es in armis ævum agere. Quæst. Tuscul. libr 2. p. 368.
Bello potiti sunt. 1 Off p. 11.
Convenit dimicare pro patriâ. Qu Tusc. l. 4 p 430.
In Republ câ maximè conservanda sunt jura belli. 1. Offic. p. 16.
Suscipienda quidem bella sunt ob eam causam, ut sine injuriâ in pace vivatur. ibid
Posset aliquando ad bellum hostes ipse adhortari. ibidem.
Qui armis positis ad imperatorum fidem confugiunt, quamvis murum aries percusserit, recipiendi sunt. ibid.
Nationes devictas bello in fidem receperunt. 1 Offi p. 17.
Ex hoc intelligi potest, nullum bellum esse justum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut renunciatum antè sit, & indictum ibid.
Pompilius Imperator tenebat provinciam, in cujus exercitu Catonis filius Tyro militabat, cùm autem Pompilio videretur unam dimittere legionem, Catonis quoque filium, qui in eadem legione militabat, dimisit. ibid.
Monet ut caveat, ne prælium ineat. ibid.
Bella cum aliquo gerere. ibid.
Arma contra aliquem ferre. ibid.
De imperio decertatur, belloque quæritur gloria. ibid.
Ea bella, quibus imperij gloria proposita est, minùs acerbè gerenda sunt. 1. Off. p 18.
Civiliter contendimus. ibid.
De imperio dimicabatur. ibid.
Cum altero certamen honoris, & dignitatis est, cum altero capitis & famæ: sic cum Celtiberis, cum Cimbris bellum, ut cum inimicis gerebatur. Ibid.
Multi bella sæpè quæsiverunt propter gloriæ cupiditatem. 1. Offic. p. 30.
Sunt ad rem militarem apti Ibid.
Bella gerere 1 Off p. 32.
Eorum consilio sæpè aut non suscepta aut confecta bella sunt, nonnunquam etiam illata. 1. Off. p. 32.

Bellum ita suscipiatur, ut nihil aliud nisi pax quæsita videatur. Ibid.

Temerè in acie versari & manus cum hoste confligere, immane quiddam & belluarum simile est. 1. Off. p. 33.

Decertandum manu est. Ibid.

Bella aut de sociis aut de imperio gerebantur. 1 Off. p. 74.

Tantum Italicum bellum propter judiciorum metum excitatum est. Off. 2. p. 95.

Carthagini malè jam diu cogitanti bellum inferatur de Sen. p. 155.

Castra ad Cybistra, quod oppidum est ad montem Taurum, locavi. Ep. ad fam. l. 14. p. 462.

Ex eo loco castra movi. Ep. ad fam. l 15. p 464

Cùm quidem C. Posthumius Aruspex oraret illum, ut ex expeditione educeret exercitum, id cùm Sylla fecisset ante oppidum Nolam florentissima Samnitum castra cepit. de Divinat lib. 1. p. 186.

Cùm Aretium versus castra movisset. de divin. l. 1. p 187.

In foro etiam castra posuit. paradox. 4. p. 433.

Itaque non uti antea cum prædatoria manu, sed magno exercitu comparato bellum gerere capit & aperte totius Numidiæ imperium petere. Cæterum quà pergebat urbes agros vastare, prædas agere suis animum hostibus terrorem augere. Sall. Iug. cap. 20.

Haut longè à mari prope cirtam utriusque exercitus consedit, & quia diei extremum erat prælium non inceptum Sed ubi plerumque noctis processit obscuro lumine etiam tum milites Iugurthini signo dato castra hostium invadunt: semisomnos partim alios arma sumentes fugant funduntque. Iug. cap. 21.

Bellum uno die inter duos reges captum atque patratum foret, ni multitudo togatorum quæ Numidas insequentes mænibus prohibuisset. Iug. cap. 21.

Senati populique Romani verbis nuntient velle & censere eos ab armis discedere, de controversiis jure potius quam bello disceptare Iug. cap 21.

Atherbal ubi intelligit eò processum uti regnum aut relinquendum esset aut armis retinendum necessario copias parat & Iugurtha obvius procedit. Iug. cap. 21.

Exercitus qui in Africam portare suum scribitur stipendium aliaque quæ bello usui forent decernuntur. Iug cap. 27

Multa bonaque in Consule artes animi & corporis erant, quas omnis avaritia præpediebat patiens laborum acri ingenio satis providens, belli haut ignarus, firmissimus contra pericula & insidias Iug cap. 28.

Initio paratis commeatibus acriter Numidiam ingressus est, multosque mortales & urbes aliquot pugnando cepit. Iug. cap. 28.

Albinus renovato bello commeatum stipendium aliaq; quæ militibus usui forent maturat in Africam portare. Iug cap. 36.

Ibidem. *Statim ipse profectus est uti ante comitia quod tempus haut longe aberat armis aut deditione aut quovis modo bellum conficeret* Iug cap. 36.

Ibidem. *Neque ex tanta properantia tam facile tractum bellum socordia magis quam dolo crederent.* Iug cap. 36.

Ki

Ramora in spem abductus Aulus aut conficiundi belli aut terrore exercitus ab rege pecunia capiunda milites mense Ianuario ex hybernis in expeditionem evocat, magnisque itineribus hyeme aspera venit ad oppidum Suthul ubi regis thesauri erant quod quanquam & savitia temporu & opportunitate loci neque capi neque obsideri poterat, tamen vineas agere, aggerem jacere aliaque qua incepto usui forent properare. Jug. cap. 37.

Interea per homines callidos die noctuq; exercitum tentabat centuriones ducesque turmarum partim uti transfugerent corrumpere, alij dato signo locum uti desererent. Iug. cap 38.

Qui bello praclari sape fuerant Iug cap. 39.

Ad bellum quod gesturus erat animum intendit. Iug. cap. 43.

Milites scribere, prasidia undique arcessere: arma, tela, equos & catera instrumenta militia parare, ad hoc commeatum affatim, denique omnia qua in bello varie, & multarum rerum egenti usui esse solent Iug. cap. 43.

In Iugurtha tantus dolus, tantaque peritia locorum & militia erat, ut absens an prasens, pacem an bellum gerens perniciosior esset in incerto haberetur. Jug. cap 46.

Quàm maxumas potest copias omnium generum parat. Iug. cap 48.

Verbis pax nunciabatur, caterum re bellum asperrimum erat. Iug. cap. 48.

Repente signo dato hostes invadit. Iug. cap 50.

Vtrinque magno clamore concurritur. Iug cap. 53.

Romani pro ingenio quisque, pars eminus glande, aut lapidibus pugnare, evadere alij: alij succedere, ac murum modo suffodere, modo scalis aggredi, cupere prælium in manibus. Iug. cap 57.

Cateri Romani, domi, militiaque intenti, festinare, parare. alius alium hortari: hostibus obviam ire: libertatem, patriam, parentesque armis tegere. Cat. cap. VI.

Iurgia discordias, iras, simultates cum hostibus exercebant. cives cum civibus de virtute certabant. Cat. cap 9.

Qui contra imperium in hostem pugnaverant, quique tardius revocati pralio excesserant. Cat cap. 9.

Quia Cnejus Pompejus, invisus ipsi, magnum exercitum ductabat, suivis opes voluisse contra illius potentiam crescere. Cat. cap XVII.

Arma capere contra patriam Cat. cap. 33.

Ab armis discedere. Cat cap. 34.

Vetus certamen animos eorum arrexit Cat. cap. 39.

Armis, cadaveribus, cruore atque luctu etiam compleri. Cat. cap. 51.

Magnum imperium, exercitum, novum bellum sibi exoptabat. Cat. cap. 54.

Hostibus occasionem pugnandi non dare. Cat. cap. 56.

Ad urbem castra movere. Cat. cap. 56.

Erat militaribus armis instructa. Cat. cap. 56.

Cateri ut quemquè casus armaverat, sparos, lanceas, alij praacutas sudes portabant. Ibid.

Ex

Ex omni copia, duas legiones instituit, cohortes pro numero militum complet. Cat.cap.56.

Magnas copias habere. Ibid.

Arma, queis corpus tegitur, ab hostibus avertere. Cat.cap.58.

In agro Piceno præsidebat. Cat.cap.57.

Sub ipsis radicibus montium consedit. Ibid.

Fortunam belli tentare. Cat.cap.58

Statuit cum Antonio quamprimum confligere Ibid.

Montibus atque copiis hostium sese clausum videt. Cat.cap 58.

Prælium inire. Cat cap.58.

Octo cohortis in fronte constituit. Cat.cap.58.

Signa canere jubet, atque instructos ordines in locum æquum deducit. Cat. cap.59.

Exercitum pro loco atque copiis instruit Ibid.

Exercitum tumulti causa conscribere Ibid.

Optimum quemque armatum in primam aciem subducit. Cat. cap.59.

Prælij Catilinarij instructior. Vide *descriptionem ejusdem prælij.* Cap.60.

Tubâ signum dat Cat.cap.60.

Unde prælium committi posset. Ibid.

Conficere prælium 61.

Bellum cum aliquo gerere. Jug. cap 5.

Magnum, atrox, variâque victoriâ Ibid.

Cùm P. Romano equitum, atque peditum auxilia mitteret. Jug.cap.7.

Dimittere auxilia cap.8.

Cum magnâ manu venire. Jug cap 12.

Fretus multitudine militum, parabat armis contendere, ubi res ad certamen venit, victus prælio profugit. Jug cap.13.

Spes omnis in armis erat Jug.cap.14.

Semperne in sanguine, ferro, fugâ versab'mini? Jug cap.14.

At ille quod se parem armis non existimabat, prius omnia pati decrevit, quàm bellum sumere, quia tentatum secus antea cesserat. Sall. Iug cap.19.

Ipse acer bellicosus, at is quē petebat, quietus, imbellis, placido ingenio, opportunus, injuriæ metuens magis quam metuendus ex improviso fines ejus cum magna manu invadit, multos mortales cum pec.re atque alia præda capit, ædificia incendit, pleraque loca hostiliter cum equitatu accedit: Deinde cum omni multitudine in regnum suum convertit existimans ipsum injurias manu vindicaturum, eamque belli causam fore. Sal. Iug.cap 20.

Castra properè movit, ac sub ipsis radicibus montium consedit. Cat.cap.57.

Magnam cladem in congressu facere. Iug. cap. 59.

Apud Zamam magna vi certabatur. Iug cap 60.

Repente magna vi murum aggreditur; & jam scalis adgressi milites, prope summa ceperant, cum oppidani concurrunt, lapides, ignem, alia præterea tela ingerunt, nostri primo resistere, deinde ubi una atque altera scala comminuta, qui superstiterant afflicti sunt, cæteri quoque modo potuere, pauci integri, magna pars confecti vulneribus, abeunt. Iug cap.60.

Ubi

Sæpè

Sæpè antè paucis strenuis adversùs multitudinem benè pugnatum. Iug. 107.
Bellum ego populo Romano neque feci, neque factum unquam volui. Iug. 110.
Posse bellum conditionibus poni. Iug 112.
Armis solicitare. Frag lib.1.
Diem bello circumspicit. Frag. lib. 1.
Exercitu admoto. Ibidem.
In armis esse, & armis cogat ipse Frag.lib.1.
Militia peritus. Frag.lib.1.
Doctus militiam. Frag.lib.1.
Bellum positum est grave cum Etruriâ. Frag.lib.1.
Manus conserere Frag.lib.1.
Arma ab externis in nosmet versa. Frag.lib.1.
Quærere tyrannum. Frag.lib.1.
Maturaverunt exercitum Dyrrahitum cogere. Frag lib.1.
At inde nulla munitionis, aut requiei morâ, processit ad oppidum. Frag.lib.1.
Et ponere validam urbem multos dies testantem pugnando vicit. Frag.lib.1.
Domitium cum omnibus copijs, quas paraverat, arcessivit. Frag.lib.1.
Arma sumenda, & bellum pati. Frag.lib.1.
Antequam regressus Sertor instrueret pugna suos. Frag. lib.1.
Et mox Aufidius adveniens cum legionibus &c Frag lib.1.
Neque se recipere, aut instruere prælio quære. Frag. lib.1.
Instruebantur auxilia. Frag lib.1.
Circumventi dexta, unde ferrum erat, saxa, aut quid tale capiti affigebant. Frag lib 2.
Cæsar ad oppidum constitit, juxtaque murum castra posuit. 1.C 295.
Ea castra, ut fumo atque ignibus significabatur, amplius millibus passuum octo, in latitudinem patebant. 2.56.
Horum adventu altera castra ad alteram oppidi partem ponit. 1 C296.
Illi animadverso vitio castrorum, tota nocte munitiones proferunt, castraque castris convertunt 319
Vna castra jam facta ex binis videntur. 1.C.325. Auß zweyen ist eins worden.
Montem excelsissimum capiunt, ibique una fronte contra hostem castra muniunt. 1.C.328.
Vbi Cæsaris castra posita, tabernaculaque constituta animadvertere. eod.
Et procul ab aqua, & natura in quo loco castra ponunt 329.
Eo die Cæsar tabernacula statui passus non est. 1.C.329. Hat denselben Tag die Gezelt nicht lassen vffschlagen.
Sesuosque in castra continuit 2.C.388.
Vnum diem se castris tenuit. eodem. Ist einen Tag im Läger blieben.
Tabernaculis detensis. &c. 3. C. 421. Als die Zelt seyn abgenommen worden.
Castra movet, justumque iter conficit. 299.
Castra ex eo loco movet. 1.8.
Delectus tota Italia habitis, & exercitus conscripti sunt. 1.C.286.

Vt tota Italia delectus habeatur. 289.

Delectum tota provincia habere instituit. 7.191.

Ex finitimis regionibus, quas potest, contrahit cohortes ex delectibus Pompejanis 1 C.164. **Er bringt auß deß Pompeji Volck zu sammen so viel Rotten als er kan.**

Domitius ex Marsis, & finitimis ab regionibus per se circiter viginti cohortes coëgerat. 1 C.285.

Cohortes ex uno delectu confecerat 300.

Delectu habito, duas legiones effecerat. 304.

Celeriter magnas copias, & promtissima civium voluntate, & sua diligentia confecerat. 4 457.

Qua voce pop. Romanus ad arma sit vocatus 1 290.

Ibi exercitum lustravit. 8.280. **Da hat er die Musterung gehalten oder geherr schawet.**

Cæsar nonnullos signiferos ignominia notavit, & loco movit. 3. C.412. **Hat etliche Fenderich außgemustert/ vnd abgesatzt.**

Patientiam proponit (Cæsar) *suam, cum de exercitibus dimittendis ultro postulavisset.* 304.

Literas ad Senatum mittere, ut omnes ab exercitibus discedant. 1.C.291.

Ipsi exercitus dimittantur, discedant in Italia omnes ab armis. 1.C.292.

Parte circiter tertia exercitus eo biduo dimissa. 333.

Æquis conditionibus ab armis disceditur. 301.

Illo auctore & agente, ab armis discessum est. eodem.

Cum recentes atque integri, defessis succederent. 3 C 424.

Defatigatis invicem integri succedunt. 7.239.

Hostes diuturnitate pugnæ defessi, cum prælio excedebant, alij viribus integris succedebant. 3.74

Horum adventu, tanta est facta rerum commutatio, ut nostri etiam, qui vulneribus confecti procubuissent, scutis innixi, prælium redintegrarent. 2 66.

Belli renovandi consilium capere. 73.

Hi nostros disjectos adorti, prælium renovarunt. 3.83.

Rursus copias comparare alias, & bellum renovare. 419.

Vana religio jurisjurandi, rem ad pristinam belli rationem redegit. 1.327. *Cicero.*

Ad hominem ventosissimum Lepidum mittas, ne bellum vobis redintegrare possit. 11.9.

Bellum istic renatum homines mirantur. 11.14.

Nos bello confecto, ut arbitrabamur, renovatum bellum gerimus. 12.8.

Aliquem ad bellum esse paratissimum 126

Intelligebat omnes ferè Gallos novis rebus studere, & ad bellum mobiliter, celeriterque excitari. 3.77.

Subitum bellum in Gallia coortum est 1.25.

Totus & mente, & animo in bellum Treverorum insistit 6.162.

Maximè hac re permovebantur, quòd civitatem ignobilem, atque humilem Eburonum, sua sponte Pop. Rom. bellum facere ausam, vix erat credendum 5.138.

Cæsar evocat ad se Massiliensium XV. primos, cum his agit, ne initium inferendi belli à Massiliensibus oriatur. 306.

Bellum in hyemem ducere cogitabant. 319 Gedachten den Krieg auffzuziehen biß in Winter. item. 354.

Cato queritur, se projectum ac proditum à Pompejo, qui omnibus rebus imparatissimis, non necessarium bellum suscepisset. 1. C. 303.

Omnes animo atque opibus, in id bellum incumbunt. 7. 233.

Huic superiore tempore, cum reliquis civitatibus, continentia bella intercesserant 4 149 Hatten stets mit jhnen gekrieget.

Sese bello civitatem persecuturum demonstrat. 5 124.

Aliàs bellum inferre, aliàs illatum defendere. 2 67.

Postero die, Vercingetorix, concilio convocato, id se bellum suscepisse, non suarum necessitatum, sed communis libertatis causa demonstrat. 7. 241.

Pompeium rem ad arma deduci suadebat. 1. C. 288.

Bellum paratum est. 16. 11.

Ille ex turbulenta republica hic ex pace & victoria bellum excitavit. 12. 10.

Ille bellum sustinere non potest. 16. 11.

Totum bellum conficere 5. 10.

Saloni ad extremum auxilium descenderunt, servosque omnes puberes liberaverunt, & præsectis omnium mulierum crinibus tormenta effecerunt. 3. C. 375.

Tormenta in muris disponit certasque cuique partes ad custodiam urbis attribuit. 1. C. 295.

Qui sibi id muneris depoposcerant, iij manus ferreas, atque harpagones paraverant, magnoque numero pilorum, tragulorum reliquorumque telorum se instruxerant. 1 C. 317.

Usum tormentorum, quibus ipsi magna speraßent, spacio propinquitatis interire vident.

Cæsar scalas, musculosque ad repentinam oppugnationem fieri, & crates parari jussit. 3. C. 417.

Si prius quàm aries murum attigisset, se dedissent. 2. 61. Wenn sie sich ergeben hetten/ ehe man zu Sturme geloffen wer.

Antecedebat testudo, pedum sexaginta, æquandi loci causa facta. 344.

Turres cum ternis tabulatis erigebat, easque multis tormentis, & omni telorum genere completas, ad opera Cæsaris appellebat, ut rates perrumperet, atque opera disturbaret. 1. C. 301.

Nostri ut superioribus diebus suus cuique erat locus attributus, ad munitiones accedunt, fundis libralibus, sudibusque, quas in opere disposuerant, ac glandibus Gallos perturbant. 7. 267.

Aggerem subtrahebant cuniculis eo scientius, quòd apud eos sunt magnæ ferrariæ. 203. Trugen den Tham oder Wall darumb desto besser ab/ daß grosse Eysengruben bey jhn seyn

Storias ex funibus ancorarijs tres, in longitudinem parietum turris, latas quatuor pedes, fecerunt: easque ex tribus partibus, quæ ad hostes vergebant, eminentibus trabibus, circum turres prapendentes religaverunt: quod u- num

num genus tegumenti, alijs loci erant experti, nullo telo, neque termino traijci posse. 2. C. 348.

Multa praustæ sudes, magnus muralium pilorum numerus instruitur, turresque contabulantur, pinnæ, loricæque attexuntur. 5. 144.

Indignè, inquit Cicero, oppidum captum & bellum jam confectum, relinquere sum coactus. eodem. Ich must böszlich vnd vbel abziehen / da ich vast alles gewonnen / vnd den Krieg vollbracht hat.

Ne videret mea pertinacia bellum alere. 10. 23.

Bellum non modo non restinctum, sed etiam inflammatum videtur 11. 12.

Exercitus Afranij, omnium rerum copia abundabat; multum erat frumentum provisum, & convectum superioribus temporibus, multum ex omni provincia comportabatur, harum rerum omnium facultates, sine ullo periculo, pons Ilerda præbebat. 1 C. 313.

Frumento exercitui provisio profectus est. 6. 184. Alß das Kriegsvolck mit Getreyde versehen war / zog er darvon.

Ratione inita frumentum se exiguè dierum triginta habere, sed paulo etiam longius tollerare posse parcendo 7. 230. Da man Rechnung macht / befind er / daß er kümmerlig auff dreissig Tage Getreyde hette / doch kondte es wenig länger wehren / wann man sparte.

Commeatum supportare. Profand zuführen.

Trium mensium molita cibaria, sibi quemque domo afferre jubet. 1. 3 Et Cicero 2. Tusc 182.

Ferre plus dimidiati mensis cibaria, dixit.

Neque de frumentis reliquisque commeatibus erat provisum. 3. 72.

Commeatibus Italicis desperans. 395.

Frumentum in his locis, in hyemem provisum non erat 4. 107.

Commeatibus nostros intercludere instituunt. 3. 84 Sie wollen den vnsern kein Profand lassen zukommen.

Cæsarem duobus exercitibus & locorum angustijs facile intercludi posse, frumentoque prohiberi.

Facillimè inopia frumentaria sese mederi posse existimabat. 5. 136.

Cæsar & ab oppido, & ponte, & commeatu omni, quem in oppidum contulerant, se interclusurum adversarios confidebat. 3 C.

Erat summa inopia pabuli, adeò ut folijs ex arboribus strictis, & teneris arundinum radicibus contusis, equos alerent. 3. C. 403.

Milites à mane diei sub armis steterunt jejuni, defatigati. 5. 513.

Cæsar re frumentaria angustè utebatur. 380.

Rei frumentariæ ad summam inopiam adducti, panico vetere, atque hordeo corrupto alebantur, quod ad hujusmodi casus, antiquitate paratum, in publicum contulerant. 2. C. 357.

Cæsar adversarios, re frumentaria intercluserat. 1. C. 324.

Pabulationis, frumentationis & aquationis.

In Sicore flum ne pontes effecerat duos, his pontibus pabulatum mittebat. 1. 308. Ließ vber dieselben Brücke auff die Futerey ziehen.

Pabulandi & frumentandi causa proficisci. 314.

Illi angustius pabulantur. 1. C. 329.

Equitatum, per causam pabulandi emissum, confestim decumana (: de ea, præcipua & alijs potentiore) porta, in castra se recipere jussit.

Frumentatione confecta &c. 6. 181.

Repente ex omnibus partibus ad pabulationes evolarunt 5. 132.

Omnes nostras pabulationes, frumentationesque observabant 7. 199.

Pabulatum, frumentatumque longius erat proficiscendum. 8. 259.

Frumentatione non premi. 5. 138 Keine Noht leyden.

Pabulatores, equitesque revocari jubet 328.

Se non longius millibus passuum quatuor, aquationis causa processurum eo die, dixit. 4. 97.

Media circiter nocte, adaquandi causa, longius à castris procedere. 1. C. 321.

Prima nocte aquandi causa, nemo progreditur è castris. 329. Es kompt niemand zur Trencke oder nach Wasser/ auß dem Läger.

Universi ad aquam copias educunt. eod.

Neque lignandi, neque aquandi potestas fiebat 1. 359.

Vallum ex castris, ad aquam ducere incipiunt, ut intra munitionem, & sine stationibus aquari possent 325.

Aquatio intra teli conjectum erat. Livius. Die Trencke war nicht wohl eines Armbrust Schusses weit darvon

Illi necessariò sequi loca dimissa, & puteos fodere cogebantur: qui tamen fontes, à quibusdam prosi ijs aberant longius, celeriter æstibus exarescebant. 3. C. 400.

Qui decimæ legionis aquilam ferebat, contestatus deos, ut ea res legioni feliciter eveniret: desilite, inquit, milites, nisi vultis aquilam hostibus tradere.

Hoc casu aquila conservatur. 407.

Aquilifer gravi vulnere affectus est 407.

Signa militaria ex eo prælio ad Cæsarem sunt relata CLXXX & Aquilæ IX. 3. C. 427. Es seynd 180. Feldzeichen / vnd 9. grosse Heerpanier mit dem Adler zum Cæsar bracht worden.

Signa ad Curium transferunt, atque ad eum transeunt. 1. C. 299 Führen jhre Fähnlein zum Curio/ vnd tretten zu jhme.

Signa ex statione aufert. 318.

Convenire ad signa jubentur milites. Man heist einen jeden zu seinē Fähnlein tretten

Signa militaria septuaginta quatuor ad Cæsarem referuntur. 240. Es werden dem Feind 74. Fähnlein abgeschlagen/ zum Keyser bracht.

Cohortes quæ in stationibus erant, Cæsar secum in eam partem proficisci, duas ex reliquis, in stationem succedere jubet 4. 108. Die auff der Schildwache waren/ heist er mit sich ziehen/ vnd andere an jhr Statt auff die Wache geben.

Stationes dispositas habent, atque alij alios deinceps excipiunt, integri & recentes defatigatis succedunt. 5. 132.

In ijs castellis interdiu stationes disponebantur, ne qua subito irruptio fieret:

hee

hac eadem noctu excubitoribus, ac firmis præsidijs tenebantur. 7.229.

Cæsar operibus quæ facere instituerat, milites disponit, non certis spacijs intermissis, ut erat superiorum dierum consuetudo: Sed perpetuis vigilijs, stationibusque, ut contingant inter se atque omnem munitionem expleant. 1. C. 297.

Cæsar, exploratis regionibus albente cælo, omnes copias castris educit. 322.

Uterque ex castris stativis exercitum educunt.

Illi hora circiter octava, signo dato, legiones educunt, aciemque sub castris instruunt. 1. C. 329.

Reliquas sex legiones pro castris in acie constituit. 2.56.

Animadvertit, ad alteram fluminis ripam, magnas esse copias hostium instructas 5 133.

Princeps ingenij & doctrinæ Plato. Q. 195 b.

Eloquentia ergo à majoribus nostris est in totâ dignitate principatus datus, Off 47. a.

Orationem variare atque distinguere quasi quibusdam verborum sententiarumque insignibus. de Or.112 a & de Cl.Orat.190.a.
Contra Arpinatem stetit eloquio. 1.1. SYMMACH.
Pictura licentia vestitum disparem singulis tribuit. ibid.
Condire libros epigrammatum adjectione. 1.2.
Nihil in tuis versibus sorduit 1.13.
Epigrammata puto hebdomadum elogiis pranitere. 1.4.
Mirari alicujus ornamenta oris. 1 31.
Facundia ita antistas aliis, ut sit formido rescribere. ibid.
Erat in tuis scriptis oblita Tulliano melle festivitas ibid.
Persuasisti mihi, quod epistola mea ad Capuam tibi reddita concinnatio inhumana non esset. 1. 32.
Pagina tua veluti succo nectaris delibuta erat. Ibid.
Retrorsum ille suavissimus, ille floridus tui sermonis afflatus deposita lectione vanescit Ibid.
Nitere sermone aliquid illuminare. 2.86.
Vos amici Camœnarum florem ructatis Heliconis. 4.18.
Censen' posse me retrahi à voluminum studio in eas artes , quas tibi arrogas. Ibid.
Erat in verbis unius cuiusque varius elocutionum lepos, quo solo discrepabat littera. 4.52.
Scintillare acuminibus, atque sententiis epistolas tuas gaudeo. 6.9.
Loqui exultantius. ibid.
Volo in aliis materiis aculeis orationis utaris. Ibid.
Huic generi scriptionis maturum aliquid & comicum misceas. Ibid.
Ingeniorum varietas in familiaribus scriptis negligentiam quandam debet imitari, in forensibus verò quatere arma facundia. Ibid.
Pari nitore atque gravitate senatorias actiones & Romana rei monumenta limasti. 9.110.
Pectus tibi eloquio satiatum est. 1.2.
Vnus nostrâ atate monetam Latiaris eloquij Tulliana incude finxisti. 1. 3.
Es justus hares veterum litterarum. Ibid.
Quicquid eruditum est, solus hausisti Ibid.
Apprimè calles epicam disciplinam Ibid.
Pedestrem lituum doctus inflare. Ibid.
Aristoteles naturam benè loquendi in artem redegit. 1.4.
Torno exigere epigrammata, Torno perpolire. 1 4.
Facundiam exhaurit usus. 1. 23.
Facundissimorum hominum laude tu me audes dignari? 1.32.
Quotiens tibi scribo, ex sententia ujus verborum suppetit, quorum albus suppellex mihi desit. 1.37.
Desertus eloquij tui pastu, meo adhuc rore sustentor 1.13.
Nunquam frater in meris ad eum ornamenta lingua corrupit. 1.43.

Atticis legibus tantum à facundiâ fuit. 1.45.
Egit ille senatui gratias, eâ facundia gravitate, quâ notus est. 1.44.
Ego tecum Romanis legibus ago. 1.45.
Facundia sua modum ponere. 1.53.
Affectant copiam pudore defectûs. 1.76.
Non incognito nobis splendore eloquij nituisti 1.89.
Phaleris te natura ditavit. Ibid.
Nam præter loquendi phaleras, quibus te natura ditavit, senile quiddam, planeque conveniens auribus Patrum, gravitate sensuum, verborum proprietate sensuisti Ibid.
Hi, quorum Minerva rancidior est, non negant facundiam tuam Curiæ magis, quàm caveæ convenire Ibidem.
At illi, quos cothurnus altior vehit, & pegmata delectant, &c. Ibidem.
Hæc sunt condimenta oris & pectoris tui; nec gravitate horres, nec venustate luxurias: ratione fixus, ac stabilis germanis colores rebus obducis. Ibid.
Tuita paginam mellè eruditissimi oris obleveras. 1.91.
Meretur facundiam Palladij 1.94.
Quis tam cumulatus est honor, quàm palma dicendi? 1.96.
Redundare eluvie verborum 2.69.
Tantum tibi suppetit uberis eloquij, ut &c 3.22.
Tibi suppellex larga non deest. ibid.
Quæ enim pars litterarum tuarum vel inventionum prudentiâ caruit, vel novitate sensuum, vel antiquitate verborum Ibid.
Oratione mirabilis es. Ibid.
Quæ stilo persequi supervacaneum duxi. 3.30
Nos etsi impares elegantiâ sermonis sumus: constantiâ religionis pares esse nitemur. 4.26.
Incuriosius loqui apud aliquem verba 5.86.
In te pollet oris ubertas 7.60.
Meritò omitto comperta stilo exsequi. 7.108.
Non hoc littera tua sapiunt, nisi fortè Gallia tua dedux sit ab Helicone. 8.69.
Alios sulcos stilo intermoves, alios ordine pangis. ibid.
Redeo in usum stili simplicis. 9.26.
Littera tua affluebant multo melle facundia. 9.86.
Cùm intelligo sermonem illum præniteret omnimodò scriptis aliis, quæcunque ad hoc locorum Senatus audivit. 10.2.
Facundia cœpit esse res imperij. 10.21.
Musis in Palatio loca, lautia tu dedisti. Ibidem.
Divina mens tua vehatur curru eloquij sui. ibid.

Emen-

Emendi. Vendendi. Mercandi. Argentariorum. Auctionandi. *Vide etiam* Syngraphæ.

Kauffen/ Verkauffen/ Handlen/ In Wechsel legen/ Banckerutt spielen/ Inkant/ Kauffmanschafft treiben.

Malè aliquid conducere, hoc est, *carè*. Ampli.1 1.℣.131 Vide Lexicon Plaut.: *Conducere*.

Pater captivos commercatur alios. Capt. Arg ℣ 3.

Quasi fundum vendens eis me addicam leg.bus. Capt.1 2.℣.72.

Quos tam grandissim mercatus pecunia. Capt. 2.2.℣.8.

A mensâ surgere. Banckrutt spielen Pseud.1.3.℣.61. *Vide totum locum*.

Pisces prestinatum abire. Capt.4.2 ℣ 68.

Nemo prohibet, nec vetat, quin quod palam est venale, si argentum est, emas. Curc 1.1.℣.34.

Et eam prastines argento priusquam veniat filius. Epid.2.2.℣.93.

Conciliavisti pulchrè. Epid 3 4.℣ 40.

Bene emtum tibi dare hoc verbum volo : istuc verbum vile est viginti minis, decem minas pro capite tuo dedi Most.1 3.℣ 139.

Iam homo in mercaturâ vertitur Most 3.1 ℣.104.

Oneravit navem magnam multis mercibus. Mænech prol.℣ 25.

Avexit puerum secum ad mercaturam simul Mænech.prol.℣.27.

Quatuor minis ego istam emi annò jam uxori meæ. Mænech.1.3 ℣.22.

Auctionem prædicem, ipse veneam Stich.2 1.℣.41.

Auctionem hîc faciam, & vendam quicquid est. Mænech 5.9.℣.91.

Ego tibi redimam bis tanto pluris pallam, quàm voles. Mænech. 4.3 ℣ 6.

Mercatum à se dum filium extrudit pater. Merc.Arg 2 ℣.1.

Missus mercatum à suo adolescens patre Merc.Arg 1 ℣ 1.

Tanti, quanti poscit, vin' tanti illam emi? CH. *Auctarium adjicito, vel mille nummûm plusquam poscet*. Merc.2.4.℣.22.

Vt piscium quicquid est, pretio præstinem. Pseud. 1.2 ℣ 36.

Qui nunc à nobis est mercatus mulierem Pseud.2 2.℣ 13.

Qui hic eum mercaris cives, homines liberos. Pers.4 9 ℣.12.

Navibus magnis mercaturam faciam Rud.4 2.℣ 26.

Fide gracâ mercari. Asin.1.3 ℣ 47. Vide Lexic. Plaut.

Vt quantum possit, quique liceant, veneant. Men.3 3 ℣ 25.

Drachmis esse. Pseud.3.2 ℣.19. Est *Vanire*; sive, *operam drachmis locare*. Cassius apud Ciceronem ; *Nunc jam ternis tetradrachmis frumentum apud Cassium est*. Cicero in Verrem: *cùm esset tritici modius HS. II. pro frumento in modios singulos duodenos sestertios exegisse*. Varro : *Asse vinum, asse pulmĕtariũ est. Eas, quò natura aurigatur necessitudo*. Et Plautus

Oo ite-

iterùm Cist.4.2.℣.74. *At pol in nullam operâ gratuitò est*: uti quidem ibi legendum putat Acidalius.

Eme die cacâ olivum, id vendito oculatâ die, non numeratâ: & vendito pecuniâ præsente.

Iam hercle vel ducenta possunt fieri præsentes minæ. h.e. *præsente pecuniâ.* Pseud. 1.3 ℣ 66

Quia enim jam venalem non habeo Phœnicium. Pseud.1.3.℣.90.

Illi drachmis sunt miseri: me nemo potest minoris quisquam nummo ut surgă, subigere. Pseud.3 2 ℣.19.

Eum venisse militi Macedonio! Pseud.4.6 ℣.28.

Venditque has omnes & nutricem, & virgines præsenti argento. Pœn. prol. ℣ 88.

Patris bona venierunt. ad Her.l.4 p 9.100.

Eriphyle auro viri vitam vendidit. de Univ.lib.1.p.89.

Vendere aliquid difficillimis solutionis temporibus pro Cæc.p.590.

Fanum sanctissimarum, atque antiquissimarum religionum venditum est pecuniâ grandi. Sest 29.

Cùm bona in foro venderet. Off l 2 p.74.

Vendat ædes vir bonus propter aliqua vitia Offic lib 3.p 120.

Ædesque vendiderit pluris multò, quàm se venditurum putabit. Ibid.

Auctionem facere. pro Qu p.5.

Auctionem vendere pro Qu p 6.

Authepsam tanto pretio nuper mercatus est, ut qui prætereuntes pretium enumerari audiebant, fundum venire arbitrarentur. Sex. Rosc.p.83.

B[illegible] neque uno, sed duobus pretiis unum & idem frumentum vendidit. in Verr.p ,89.

Mercaturam facere. in Verr p.517.

Coemptionem facere. in L.Muræ.p 231.

Emit domum litigatorib. defatigatis propè dimidio charius, quàm æstimabat. pro domo. p 447.

Domum tuam venditurus. Phil.2.p.139.

Cùm domi tuæ turpissimo mercatu essent venalia Phil.2.p.140

Thermitani in ferunt, qui decumas emerent agri sui. Appositus erat Venulejus quidam, qui emeret: is liceri non destitit, illi quoad videbatur ferri aliquo modo posse, contenderunt, postremo liceri destiterunt. Addicitur Venulejo tritici modiis VIII mil. Legatus Passidonius renuntiat. Cùm omnibus hoc intolerandum videretur, tamen Venulejo datur, ne accedat tritici mod VI. in Verr.169.2.

Ebutio negotium datur, adest ad tabulam: licetur Ebutius, deterrentur emtores multi, partim gratiâ Cesenniæ, partim etiam pretio: fundus addicitur Ebutio: pecuniam argentario promittit Ebutius, quo testimonio nunc vir optimus utitur, sibi emtum esse: quasi verò aut nos ei negemus addictum, aut tum quisquam fuerit qui dubitaret, quin emeretur Cesenniæ. pro Cæ. 287 b.

Cùm jam addictis & venditis decumis subitò nova nascebantur edicta. in Verr 156.a.

Si

Si doceo pluris aliquanto te potuisse vendere : neque his voluisse addicere, qui contra Apronium licerentur: & Apronio multo minoris, quàm aliis potueris tradidisse in Verr. 191. a.

Vendebas auctoritatem hujus ordinis: adducebas Tribuno pl. consulatum tuũ. in Vat 91. b.

Cùm te neque principes civitatis rogando, neque majores natu monendo, neque frequens senatus agendo de venditâ, atque addictâ sententiâ movere potuit? in A. 170. b.

Unius agri decumas 30. modiis minoris vẽdidisse, quàm potuerit: Minutio ideo te non tradidisse quod jam addixisses Apronio in Verr. 181. b.

Neminem invenire potuit, cui sedes meas addiceret, cui traderet, cui donaret. pro Dom. 234. b

Non statim L. Metellus ut isti successit, ex C. Sacerdotis, & S Peducei instituto, ac literis frumentum Mamertinis imperavit, tum illi intellexerunt, id quod à malo auctore emissent, diutius obtinere non posse. in Verr. 246. 247.

Duo praterea testes: nihil de vi, sed de ipsâ emtione fundi dixerunt. P. Cesennius auctor fundi non tam auctoritate gravi, quam corpore. pro Cæc. 290 a.

Non quemadmodum quod mulieri debeas, rectè ipsi mulieri sine tutore auctore solvas: ita quod aut pupillæ, aut pupillo debeas, rectè possis eodem modo solvere. Top. 224. b.

Quod mulier sine auctore tutori promiserit, deberi. pro Cæc. 298. b.

Qui pecuaria de P. Cornelio, L. Mummio Censoribus redemisset. de Cla. 172. a

Redimere fundum. At. 178. b.

Publica male redempta. Qu. Fr. 296 b.

Redimere hostias de In. 74. a.

Rem illam redemptam esse à judicibus confitentur. At. 12 b.

Erat oppidum Numidarum, nomine Vacca, forum rerum venalium totius regni maximè celebratum, ubi & incolere, & mercari consueverant Italici generis multi mortales Jug cap. 47.

Roscius societatis, non suas lites redemit, cum, &c. Quint. Rosc. 50. b.

Publicanos temeritate redemtionis pene esse eversos. de Pro 71. a.

Redemptorio tuo dimidium pecuniæ curavi. Quint Verr. 309. a.

Redemptor, qui columnam illam de Torquato conduxerat faciundam, non inertiâ aut inopiâ tardior fuit, sed à Diis immortalibus ad istam horam reservatus est. de Divinatione 118 a.

Nisi ad sacrificium quoddam redemptor hostias præbuisset. de In 84 a.

Ut in atriis auctionariis potius quàm in triviis, aut in compitis auctionentur. contra Rull. 62 a.

Rullus hastâ positâ cum suis formosis finitoribus auctionans ibid. 76. b.

Dejotarus auctionatus est, seseque exspoliare maluit, quàm tibi pecuniam non subministrare. pro D jot. 148. a.

Ibi tum vir optimus Quintium deterret, ne auctionetur. pro Quint 3 a.

Auctionatum esse in Galliâ. pro Q. 4. a.

Ac vereor, ne iste jam auction m nullam faciat. ad Att. 186. b.
Auctio facta est. in C. Verr. 118 a.
Auctionem in Gall â se facturum proscribit. pro Quint. 3. a.
Cùm esset auctio hereditaria constituta. pro Cæc 287. a.
Bona al cujus auctione constitutâ vendere. pro Sex. Rosc. 22. a.
Constituere auctionem cont Rul. 16 a.
Vtrum hac lex est, an tabula Veratianæ auctionis. ibid. 79. a.
Cùm ille rogasset Cranium, quid tristis esset, an quod auctiones essent: imo vero inquit, quod legiones. pro Pl 266 a.
Auctione miserabilis aspectus, vestis Pompeij, &c. in Ant. 174 a.
Mulier auctionem provinciarum faciebat. & 196 b.
Circulator quidam auctionum notissimus homo. Ep. 164. b.
Facere auctionem. in Verr. 202 a.
Vendere auctionem, sectores & coactores in auctionibus. Lege Sector & Coactor. pro Quint 3. b.
Sic tu cum ades proscribas, tabulam tanquam plagam ponas, domum propter vitia vendas. Off. 65 a.
Facilius tabulam proscripsit, se familiam Catonianam venditurum. Qu. Fr. 311. b.
Proscribere bona alicujus pro Q 9 a.
Eum non posse qua proscripsisset vendere. pro Qu. 3. a.
Ille quod placebat proscripsit, tu quod placebat emisti. Off 62. b.
Possessiones venales ac proscriptas hac lege video. cont. Rul 89. a.
Horti quam in diem proscripti sint, velim ad me scribas. Att. 203 b.
Iste licare incipit non proscriptâ neque edictâ die. in Verr. 204 b.
Tusculanum proscripsi. Att 55. b.
Vt quid? si victus eris, proscribare, si viceris, tamen servias Att. 105 a.
Itaque sese proscripturum ajebat, ut venationem etiam, qua postridie ludis Apollinaribus futura est, proscriberent. At. 253 a.
Buthrotium agrum proscriptum vidimus. At. 262. a
Quoniam tuum precium novi, licitatorem potius apponam, quàm illud minoris veneat Ep 7. 2.
Mancipium illius: quod quidem si inter nos senes emptionales venale proscripserit, egerit non multum Emendatius legitur *si inter senes coemptionales &c.* Cùm aliquoties apud Ciceronem legatur, *Coemptionem facere*, ut in Oratione pro Muræna *Sacra interire illi noluerunt: horum ingenio senes ad coemptiones faciendas interimendorum sacrorum causâ reperti sunt*. Ep. 7. 30.
Emptionem evenire feliciter volo. Ep 9 8
Ego unum vereor, ne hasta Cæsaris refrixerint. Locus est *Syllæ avaritiam notans*. Intelligit autem hastam, auctionem, *quâ hastâ ad bona proscriptorum posiâ fiebat, quemadmodum ex multis locis Ciceronis constat*. in Offic. *Est etiam dicere hastâ positâ, cùm bona in foro venderet, &c* Item *hastam in foro ponere, & bona civium voci subjicere praconis*. Ep. 9 19. & 15. 17.

Scriptum

Scriptum erat, fundum Herculanensem à fratre præscriptum esse Ep. 9 25.
Civibus Romanis divenditus: &c Ep 11 15
Cum Cæsar Syllanas venditiones, & assignationes ratas esse velit. Ep. 13 9.
Si auctio ante meum adventum fieret, &c. Ep 14 5
Ex tuis literis cognovi, prædium nullum vazire potuisse Ep. 14 6
In atriis auctionariis potius quàm in triviis, aut in compitis auctionari. Contra Rull p. 94.
Bona alicujus proscribere ibid.
Proscribere auctionem publicorum bonorum Cont. Rull p. 92.
In Gynecæo plurima res venierunt, & veneunt. Phil. 2 p 374.
Emtionem feliciter evenire volo. Academ Quæst lib 2 p 77.
Nec mercatura quæstuosa, si in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit de fin l. 5. p. 27
Emere aque sextarium Off l 2. p. 87.
Cadere saginam, h. e. *implere*. 1 7 Symm.
Et propter summates Antiochensium missi ad mercandas quadrigas, &c. 4. 62.
Domusculam Romæ de Posthumio VC. Porphy ia herede mercatus est. 5 66.
Contractus istius origo justa est. Ibid.
Proximè familiares nostri ad equorum coëmptionem cum pretiis commeabunt. 5 82.
Quadrigas scripsisti esse venales. Ibid.
Pars, quæ ad germanum tuum pertinet, subjicienda auctioni. 6 12.
Si præoptas nostra mercari, quàm tua nexu obligationis absolvere. Ibid.
Equos amici mei in rem missi; ut à pretii definitione mercentur. 9. 12.
Animalia olim sub æstimatione ac definitione tuâ per meos coëmi deberunt. 9. 15.
Equos in rem missi sub justâ taxatione mercentur 9 17.
Quibus equorum Curulium mandavi meis coëmptionem. 9. 18.
Quorum necessitas equorum Curulium desiderat emptionem. 9. 21.
Pratura filii equis Curulibus instruenda est. 9 19.
Editionis filii mei equorum Curulium paranda nobilitas. 9. 20.
Adjumentum meis, oro, decernas ad equorum coëmptionem, si quos in Arelatensi urbe cursu & genere præstantes eorum cura repererit. Ibid.
Ad Hispanias fidelissimos cum copiosis sumptibus misimus, ut generosas quadrigas sub diligentissimâ lectione mercentur. Ibid.
Hujus rei gratiâ familiarissimos meos ad Hispaniam misi, ut quadrigas ex omni gregum nobilitate mercentur. Ibid.
Admotus à me equorum coëmptioni 9 23.
Quibus emendas ex Hispania Curules quadrigas injunxi 9 25.
Certum facio, ut quod argenti dedi meo venditori, id homini meo Eusebio, cui summa comperta est, digneris expendere 9 30.

Erroris. Corrigendi. Emendandi. Vitij.

Fehlen/Irren/Die Fehl verbessern.

F*Vgit te ratio* Amph. 1.1 ℣ 230 hoc est, *errasti Sic* Bacch. 1. ℣. 2. *Vbi me fugiet memoria* Mil. 3.3 ℣. 13. *At nemo solus sapit nam ego multos sæpe vidi regionem consilij fugere prius, quàm repertam habere.* Catull. in Carm. de Var. Scorto *Isthuc, quod modò dixeram me habere, fugit me ratio* Sumpta formula est ab ijs, qui in ratione ducendâ errant; vel de ijs, qui non attendunt animum ad id, de quo agitur.

In horum familiam frustrationem hodie hic injiciam maximam. Amph. 3.3. ℣ 15.

Errant probè Amph 3.3 ℣. 21.

Ne tu erres. Most 1.1. ℣. 72.

Scribo si quid erratum est, ubi reliquias videro Men 1.2. ℣. 33.

Inter homines me deerrare à patre. Men 5.9. ℣. 49. 54.

At si corrigitur filius, quot commoditates, vide. Andr. 3.3.

Corrigere mihi gnatum porrò enitere. Andr. 3.4.

Falsus es And. 4.1.

Totâ erras viâ. Eun. 2.2 ℣. 14.

Erras, si id credis. Heaut. 1.1.

Verùm illa ne quid titubet. Heaut. 2.3.

Dehinc populo, ut redeat jam in viam Andr 1 2.

Quod te absente hic filius egit, restitui in integrum æquom est, & bonum. Phorm. 2 3.

Teneo quid erret. Andr. 3 2.

Hoc tu errasti, pro, *in hoc errasti* Phorm. 5.3.

Errat longè meâ quidem sententiâ. Adelph. 1.1.

Falsus es Du jrrest. Andr. 4.1.

Vt falsus animi est. Eunuch. 2.2.

Illas errore, & te simul suspicione exsolves. Hecyr. 5.2.

Hæc multò propiùs ibi, & minor est erratio. Adel. 4 2.

Hic de nostris verbis errat videlicet, quæ hic sumus locuti. Heaut. 2.3. ℣ 123.

Angiporto toto deerravit. ad Her. l. 4. p. 127.

Animum alicujus in quendam errorem deferre. de Inv. l. 2. p 241.

In errorem duci Brut p. 608.

Errorem afferre, non ferre solet in Top. p. 714.

Fefellit hic homines opinio. in Verr p 456

In verborum errore versari. pro Cæcin. p 606.

Hic in errorem homines impulit. Pis 177.

Eodem errore captus est, quo nos. Phil. 12. p 496.

Nullius

Nullius sapientis est, in errore perseverare. Phil. 12. p. 496.
Redditus illustris in gratiam, in quo ne per imprudentiam quidem errari potest. Ep. 3. 10.
Noli ignoscere hesitationi meæ Ep. 3 12.
Similis in utroque nostrum error fuit Ep 4 2.
Cùm mendum scripturæ liturâ tollatur, &c. meus error exilio corrigitur. Ep. 6. 7.
Malo in hanc partem errare Ep. 8 12.
Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat. Straucheln Ep 9. 2.
Vt errare, mi Plance, potuisti? quis enim id effugerit, &c. Ep 10 12.
Culpa illa: Bis ad eundem. Vulgari vox reprehensa proverbio est Extat apud Gregorium Nazianzenum Δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον προσπταίειν τοῖς ἀνοήτοις μόνοις ἡ παροιμία δίδωσιν. Rogatus Plato, quamobrem Athenas reliquisset, respondit, quoniam committere noluisset, ut Athenienses bis peccarent in Philosophiam, jam tum enim Socratem interfecerant, cujus similem casum & ipse metuebat. Ælianus lib 3. Ibid.
Confiterer imprudentiâ me lapsum, &c. Ep. 10. 23.
Sin quid fortè titubatum est, ut fit in bello, &c. Ep 12. 10.
Mihi dolorem attulerunt errata ætatis meæ Ep. 16. 21.
Ego filio dixeram, librum tibi eâ conditione daret, si recipere te correcturum. Ep 6 7.
Exercitus partem corruptam, & ab Repub. alienatam corrigere & coercere. Ep. 10. 15.
Exercitum facere meliorem, id est, *corruptum, & alienum à me factum, denuo mihi conciliare, & adjungere* Ep. 10. 18.
Id si correxeris, mihi valde gratum erit Ep. 7 6.
Cetera, quibus adhuc ille sibi parùm utilis fuit, ætate jam sunt decursa, id est, *exacta, correcta*, Der muß er sich Alters halben enthalten. Epistol. 8. 14.
Quibus tamen ad sanitatem redeundi, potestas facta est. Sich eins bessern zubedencken Ep. 12. 10.
Castrensianum mendum nos corrigemus Ep. Att. l. 2. p. 56.
In summo errore necesse est homines, atque in maximarum ignoratione rerum versari. de Nat. Deor. l. 1. p. 4.
Nonne in maximo errore versentur? de nat. Deor. l. 1. p. 15.
Qua sunt in iisdem erratis ferè. Ibid.
Similiter in errore versamur. Acad. l. 2. p 21.
Nullo modo opinionis errores sustulit. Acad. lib. 2 p. 26.
Qui voluit subvenire erroribus Ibid.
Eò fit, ut errem, & vager latiùs. Acad. lib. 2. p. 35.
Error manat. Acad. l. 1 p 28.
Convincere alicujus errorum. de nat Deor. lib. 2. p 5.
Estne quisquam tanto inflatus errore? Acad lib. 2. p. 51.
Ab alio aberrare. Acad. l. 2. p. 72.

Vt tollatur omnis imperitorum error. de fin. lib 2 p. 111.
Errore maximo, si Epicurum audire voluerint, liberantur. de fin. l. 1 p. 113.
Omnis igitur talis à Philosophiâ pellatur error. de nat. Deor lib. 3. p. 141.
Error tam longè latèque diffusus. de Fin. 88. b.
Hac omnia in eodem, quo illa Zenonis errore versantur. de Nat. l 3. p 126.
Iubet igitur Plato sic ad somnium proficisci corporibus affectis, ut nihil sit, quod errorem animis perturbationemque afferat. de divin. l. 1. p. 181.
Ex hoc primum error tollendus est. de fin lib. 3 p. 188.
Eum errorem, quem tibi novitas rei attulerit natura ratione depellito. de divin l. 2. p. 235.
Ex quo tantus error consequitur, ut, quem in portum se recipiant, scire non possint. de fin l 5. p. 254.
Opinionibus vulgi rapimur in errorem, nec vera cernimus. de legib. l. 2 pag. 338.
Quanto hac in errore versentur. Quæst Tusc. lib. 1. p 340.
Itaque eum ab omni erratione liberavit. de univ p 375.
Variis imbui erroribus. Quæst. Tusc. lib 3. p. 376.
Errorem incutiunt rationis expertibus de Vniv. p 3. 81.
Multis erroribus implicatur Quæst. Tusc. lib. 4. p. 438.
Hic igitur error est excipiendus. ibid p. 441.
Errore alios levare. ibid. p. 454.
Sic enim adolescens se improvidâ atate irretierat erratis. Quæst. l. 5. pagin. 474.
Labi, errare, nescire, decipi. 1 off p 10.
Ex errore imperita multitudinis pendet. 1 off p. 27.
Falli, errare, labi, decipi, tam dedecet, quàm delirare, mente captum esse. 1. Off. p. 38.
Aberrare ad alia cepit 1. Off. p. 54.
Nec quenquam hoc errore duci oportet. 1 Off lib 1 p 59.
Non enim sumus ij, quorum vagetur animus errore. Off. l. 2. p. 66.
In errorem alterum inducere. Off. 3 p. 120.
Postquam errasse Regem, & Iugurtha scelere lapsum, deprecati sunt. Jug. 104.
Si quid in tuis versibus sorduisset, id ut mei stili cura limaret. 1. 3. Symmachus.
Si majoris partis deseritur emendatio. 2. 13.
Vt correctio utrique à te prastetur. 3. 11.
Huic parti tantùm adhibenda correctio est. 4. 70.
Duo pariter commissa in amicitiam redemisti. 7. 19.

Esu-

Esuriendi. Famis. Inediæ. Voracitatis. Edacitatis. *Vide etiam*, Egestatis.

Hunger leiden / Fressen / Kummer / vnnd Noth leiden.

Vacuus mihi venter crepitat. Amph SC. DI. vostram. ℣. 12.
Quasi lupus esuriens metui, nem me faceret impetum. Capt 4. 4 ℣. 4. Vbi vide plura de edacitate Parasiti. *Lupi* autem *voracitas* in proverbio est. Sic Ennius inquit. l. 6. Satyr. *Quippe sine cura, latus, lautus cùm advenis, exfertis malis, expedito brachio, celsus, alacer, lupino exspectans impetu, quamvis alterius obligurias bona. Quid censes domino esse animi? proh divûm fidem! Diu ille cibum tristis servat, tu ridens voras.*
Genua inediâ succidunt, tenebra oboriuntur Curc 3 2. ℣ 30.
Os amarum habeo, dentes blennos, lippiunt fauces fame, ita tibi cibi vacivitate venio laxis lateribus. Curc. 2 3. ℣, 39 40.
Mihi inanitate jam dudum intestina murmurant. Cas. 4. 3. ℣. 6.
Fame perire Most. 3. 1. ℣. 57.
Nam nisi clamabis, tacitum te obrepet fames. Pœn. Prol ℣. 14.
Iam intus ventis fumant focula. Pers. 1. 3 ℣. 24.
Famem fuisse suspicor matrem mihi, nam postquam natus sum, satur nunquam fui. Stich. 2. 1. ℣. 1.
Penè sum fame ipse mortuus. Stich 2. 1. ℣. 63
Cui misero medullam ventris percepit fames Stich. 2, 3. ℣. 36.
Cum fame depugnare Stich. 4. 2 ℣ 47.
Fame se jugulare Stich. 4 2. ℣. 3.
Hunc nos extinxit fames. Truc. 6.. 3.
Adeone rem rediisse, ut periculum etiam fame mihi sit, Syre? Heaut. 5. 2. ℣. 27.
Ille ad famem hunc ab studio studuit reijcere Phor. Prol.
Harum videre ingluviem: & quàm sint avida cibi: quo pacto ex jure hesternopanem atrum vorent. Eun. 5. 4.
Iam dudum est animus in patinis. Eunuch. 4 7.
Famem perpeti. de Vniv l. 2 p. 266.
Exturbari bonis: funditùs extingui. in Verr. p. 244.
Radices palmarum agrestium, quarum erat in illis locis multitudo, colligebant, & his miseri alebantur. in Verr p. 523.
Fame atq; inopiâ rerum omnium confici, ac perdi. in Verr. p. 343.
Fames stimularet hominis Pro Dom 404.
Confici fame. Ep. ad Fam. l. 7. p. 107.
Cito fame pereat necesse est, Ep. Fam. l. 12. p. 3[illegible].

Inediâ, & purgationibus, & vi ipsius morbi consumtus est. Ep ad Fam.lib. 16.p 500.
Vt interirent nonnulli fame. Ep adl.6 p 181.
Principes sanctissimam patriam fame necandam putent. Epistol.At.lib.9.p. 281.
Civibus famem inferre. Epist.Att l 9 p.125.
Suffocare urbem fame Epist. Att lib.9.p.275.
Fame cruciari. de Fin.l.2.p 155.
An famem propulsare possimus nec ne de Fin.l.4 p 343.
Consuetudo diuturna obduxit callum stomacho meo Ep.Fam.lib.9.p.243.
Avis fame enecta in offam pultis invadit. de D 123.b
Siti enectus Tantalus. Tusc.150 a
Ea parte animi nec inopiâ enectâ, nec satietate affluenti de Div 93.b
Sic Appius cum ἐξ ἀφαιρέσεως provinciam cur. vt, sanguinem miserit, quicquid potuit, detraxerit, mihi tradiderit enect. m ... *eam & me non libenter videt.* At.84.a
Enectus)(*Plenus. Pleni enective fame simus* de D.137.b
Ob aliquam rem famem perferre. de Fin l.5 p 272.
Qui in bestium potestate inediâ necatus est Ibid.287.
A vitâ per inediam discedere. Qu Tusc.l 1 p.320.
Inediam biduum aut triduum ferre Q Tus.l.2 p 363.
Respondisse, se, quò melius cœnaret, obsonare ambulando famem. Q Tusc.l.5. p 487.
Pellere famem 1.7.Symm.
Famem frangere 1.23.
Miseram famem pellite 2.7.
Pœnè, ut recordaris, cessante Africâ fames in limine erat. 3.55.
Famem clementissimus, ad salutem publicam genitus Imperator pravenit ingestis alieni soli copijs Ibidem.
Non jam sollicitus, ut antè, de fame civium. Versus est namque ex inopiâ in gaudium publicum metus, postquam venerabilis pater patriæ Macedonicis commeatibus Africa damna pensavit. 3.82.
Comperisti haud dudum frumentarios magnæ urbis querelas. Successit huic eluipenuria, & adhuc manet de fruge causatio 4 18.
Hos cibi abstinentia longiùm vivere posse non spondet. 6.43.
Tu patria famem agris demorando non respicis. 8.19.

Eveniendi. Eventus.

Außgehen/Zutragen/Begeben.

Si quiessem, nihil evenisset mali. An is. 3 4.
More hominum evenit. And.5.6.

Aliquid esse eventurum mali. Eun.5.6.
Istuc tibi ex sententiâ tuâ obtigisse lætor. Heaut 4 3.
Cui æque audisti commodi quicquam evenisse. Ibid.
Hoc consit quod volo. Adel.5 8.
Itaq; obtingant ex te, quæ exopto mihi Hec.4.2.
Ex nuptiis tuis si nihil nanciscor mali. Phorm.3.3.
Monstra evenerunt mihi. Phormio 3 4.

Eundi. Viæ. Properandi. Equitandi. Festinandi, Proficiscendi. Vagandi. Ambulandi. Itineris. Peregrinandi. *Vide Plura Tit.* Abeundi. Accedendi, Obviandi.

Gehen/ Weg/ Eilen/ Verreisen/ Schwermen/ Spatzieren/ Uber feldt ziehen/ Wandern.

Cingitur certè: expedit se. Amph. 1 1.ỷ.151.
Optimè eccum incedit ad me. Amph.1.1.ỷ.179
Neq; meum pedem huc intuli in ædes etiam. Amphit 2.2.ỷ 101.
Gradus condecet grandire. Amphitt. Sc. DI vostram.ỷ.11.
Non potuimus nostros grandius grandire gradus. ibid.12.
Peregrè esse. Amph.1.1.196.
Verum hac, an illac iter instituerit Cist 4.2.11.
Hic dicitur venturus peregre Truc.1 1.66.
Dic mihi, benè ne ambulasti? Truc.2.4.77.
Huc habebas iter. Asin.2 3.6.
Nisi illa quidem antè occupasset, te affliges, scio. Asin.4.2.9.
Testudineum grandire gradum Aul.1.1 ỷ.10.
Si potes, huc advola Aul. Sc Grave est.ỷ.18.
Sed ubi hinc it homo? Aul.2 2.ỷ.66
Me continuò recipiam rursum domum Capt.1 2.ỷ.19.
Tutâ ut incedas viâ Curc.1.1.ỷ 32.
Nemo ire quemquam publicâ viâ vetat Curc.1.2 ỷ 25.
Grandiorem ergò gradum fac ad me, obsecro. Curc.3 1.ỷ 18.
Unde agis? Bacch.5 1 ỷ.20 Locutio Comica, omisso casu accusandi: de quâ vide Donatum in Andr.4 2 Virgilius, *esse Palinurus agebat.* Rectiùs tamen omittitur casus. Terent. Andr. *Proinde hinc amolim ni.* Ibid. *Quò hinc agis?* Ita etiam usurparunt Comici *Moveo*: pro, *ire pergo.* Terent. Eunuch. *Move verò ocyùs, mea nutrix.* Sophr. *Moveo.* Phor. *Aufer hinc.* hoc est, *abi.* Similis ἔλλειψις casus aliis quoque authoribus frequentata: ut docuit Palmerius in suis Spicilegiis p. 238. primæ Edit. Francofurtensis.

Nun-

Nunquam hodie intrò detuli pedem. Men. 4.2. ✝.66.
Movet formicinum gradum. Men. 4.3. ✝.12. hoc est, *tardè incedit.* Sic Cat. *Incedere myrmice.* Idem inquit, *Crusculum formica.*
Contrà pariter fer gradum, & confer pedem. Merc 5 2. ✝.41.
At At è fano recipere video se Syncerastum. Pœn 4.1. ✝ 5.
Confer gradum contrà pariter. Pseud. 2 4. ✝ 17.
Ingredere in viam dolosè Pseud 4.2. ✝ 4.
Eum quidem apud carnificem est aequius, quàm ad ventrem commeare. Rud. 2.2. ✝ 16.
Quid tibi interpellatio, aut in consilium accessio est? Trin. 3.2. ✝.63.
Celeri gradu sunt uterq. Trin 3.1. ✝.22. *Vide* Lexic. Plaut. *Gradu*: ubi hæc formula explicatur. *Vide etiam* Notas Criticas ad eum locum.
Satin' salvè. Trin 5 2. ✝. 53. Sic peregrè redeuntes domum, quærebant. *Vide* Lex Plaut *Salvè: & Nunquid vis.*
Benéne ambulavisti? Ist dir es wol auff der Reiß ergangen. Truc. 2. 4 ✝. 18. Formula, quærens de incolumitate peregre venientis.
Quò tu te agis? Trin 4 3 ✝.71.
Celeri gradu sunt uterq. Trin. 1.2 ✝.2.
Quò iter inceptas? Truc. 1.2. ✝.27.
Quá iste ad vos permensus est viâ? Truc 2.2 ✝.49.
Septem menses in hasce ædes pedem nemo intrò tetulit Most. 2.2. ✝.39.
Insinuare sese ad aliquem Mil. 2.1. ✝ 27.
Inferre pedem Mil 2.1. ✝.63.
Agite, amovemini hinc vos intrò nunc jam Pseud. 1 5. ✝.144.
Concedere aliquantisper hinc mihi intrò libet. Pseud 1 5. ✝ 158.
Cubetis depulsa de viâ, tranquillam concinna viam. Si rex obstabit, obviam regem ipsum pervertito. Stich. 2.2. ✝ 13
Hæc ubi aperuit ostium, continuò se conjecit intrò. Heaut. 2.3. ✝ 36.
Incommodum evenit iter tibi. Hec. 3.3.
Non sciunt ipsi viam, domum, quâ redeant? Hec. 3 2 ✝.25.
Evenit senibus ambobus simuliter. Phorm 1.2. ✝.15.
Neq. queo pedibus meâ sponte ambulare. Truc. 2 6 ✝ 46.
Quid causa est, quin hinc in pistrinum rectâ proficiscar viâ? And. 3 4. ✝.21.
Quis hic est, qui huc pergit? Eunuch. 2.1. ✝ 22.
Concurrunt læti mi obviam Eun. 2.2 ✝ 21.
Dum sequor hanc, fit mihi obviam. Eun 1 3 ✝ 16.
Mysis ab eâ egreditur: at ego hinc me ad forum, ut conveniam Pamphilum. Andr. 1.3.
Ego me continuo ad Chremem. Andr. 2.2.
Sed cur tu ab illâ? And 1 5.
Adeóne ad eum? Soll ich zu ihm gehen? And.
Sed ubi quæram? aut quò nunc primùm intendam? And. 2 2.
Proinde hinc vos amolimini: Gehet hinweg: *nam mi impedimento estis.* And. 4. 2.

Quò hinc te agis? Andr. 4. 2.
Move etiam te. Gehe bald. Andr. 4. 4.
Concede ad dexteram. Andr. 4. 5.
Concede istuc paullulum audinin etiam paullulum. Eunch.
Tu concede paullum istuc Thraso. Eun. 5. 9.
Huc concessero: Ich will an diß Orth gehen Heaut. 1. 1.
Concede hinc paullulum à foribus istorsum sodes. Phorm. 5. 1.
Hinc concedam in angiportum. Phorm. 5. 6.
Cave quoquam ex istoc excessis loco. Andr. 4. 5.
Ea quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me. And. 1. 5.
Accedo ad pedissequas id est, *adeo illas* Andr 1 1.
Deniq; ita tùm discedo ab illo, ut qui se filiam neget daturum. Ibidem.
Detineo te fortasse? tu profectus aliò fueras, nusquam Eun. 2. 2.
Cùm huc respicio ad virginem, illa sese interea commodùm huc adverterat in nostram hanc plateam Eun. 2. 3.
Vbi primùm poterit, sese illinc subducet, scio. Eun. 4. 1.
Abi hinc quò dignus es cum tuis donis tam lepidis. Eun. 4. 3.
I pra, sequar. Eun. 5. 2.
Quò evadat, vide: id est, quò progrediamur. Phor. 1. 2.
Quàm timeo, quorsum evadas. And 1. 1.
Heri semper lenitas verebar quorsum evaderet. And 1. 2.
Triumpho, si licet me latere tecto abscedere: id est, salvum evadere. Heaut. 4. 1.
Puer, heus: nemóne huc prodit? Phorm 1 2.
Introijt in ædes alter alienus canis. Phorm. 4. 4.
Ain' verò canis? siccine agis? Eun. 4. 6.
Prodeam ambulare huc libitum est : Ich muß eins da herauß spatziren. Adel. 5. 1.
Cesson' huc intrò irrumpere Eun. 5. 6.
Quidnam properans hinc prosilit? Ibid 8.
Propter eam hac abitio evenit: sie ist die Vrsach/daß er von hinnen ist gezogen Heaut. 1. 2.
Ne abeas longius. Adel. 5 5.
Ibit ad illud illico, quò maximè apud te se valere sentiet: id est, *illud arripiet, seu in medium afferet.* Heaut. 3. 1.
Abi hinc aliquò, quo? quò lubet, vah, quasi desit locus: abi sanè istac, istorsum, quò vis Heaut. 3. 3.
In' hinc quò dignus es? Packe dich hinweg? Heaut. 4. 5.
Aufer te. Adel. 5. 8.
I, quid stas, lapis, quin accipis? Heaut 4 6.
Imò abeat potiùs multò quovis gentium. Heaut. 5. 1.
Nusquam pedem. Ich wil nirgends hin. Adel. 2. 2.
Non tu eum rus hinc modo produxe aiebas? id est, *ivisse.* Adel. 4 2.
Postridie ad anum rectà pergit, obsecrat &c. Phor. 1 2.
Ilicet. Laßt vns gehen Phor. 1. 4.

Deo

Deos penates hinc salutatum domum divertor. Phorm.1.5.
Aufer te hinc. Phorm.3.3.
Hinc te amove. Ibid.
Vbi in gynaeceum ire occipio. Phorm.5.6.
Ad fores suspenso gradu placidè ire perrexi. Ibid.
Haeccine erant itiones crebrae & mansiones diutinae Lemni? Phor 5.8.
Modo ipse decito me, percunctatum adventum Pamphili Hec.1.2.
Est quod me transire ad forum jam oporteat. Hec.1.2.
Modò me intrò ut corripui timidus. Hecyr.3 3.
Corripui illicò me inde. Ibid.
Corripuit derepentè tacitus sese ad filiam Hec.4.1.
Vxor ubi me ad filiam ire sensit, se duxit foras: Hat sie sich hinauß getrollt. Ibidem.
Properans hinc prosilijt. Eunuch 5 8.✝.6.
Quisnam à nobis egreditur ferâs? Heaut.3.2.✝.58.
Ego jam transactâ re convertam me demum cum obsonio. Adel.2.4 ✝.21.
Perreptavi usque omne oppidum. Adel.4.6.✝.3.
Me citiùs eduxi foras Hec 3.3.✝.4.
Ex re limen Hec 3.3.✝ 18.
Corripuit sese ad filiam. Hec.1.4.✝.3.
Exire ab aliquo Hec 5.3.✝.9.
Hac illac circumcurso, inveniendum est tamen argentum Heaut.3.2.✝.1.
Vagari magnâ cum catervâ in foro. de Orat.l.1.p.317.
Demum se recipere. Phorm.5 4.
Gradum facere. de Or.l.3.p.315.
Rhedum se contulit. Ibid.417.
Decedere ex loco. Pro Q.p.5.
Asellus omnes provincias peragravit. de Or.l 2 p.420.
Iter conficere. Ibid.429.
Omnes peragravit insulas. Brut.p.533.
Tollitur ab Atrijs in Galliam & trans alpes usque transfertur. Pro Quint. pag.4.
Fit magna loci mutatio. Ibid.
Quae res eum nectè lunâ tantum itineris contendere coegit. Pro S.R.p.21.
Quae ante hac occultis itineribus atque angustijs uti solebat, auctoritate vestrâ etiam patefactis illustrem, ac latam in Verr.p 407.
Dabat se laberi, atque itineribus, in quibus usque eò se praebebat patientem, atque impigrum, ut eum nemo unquam in equo sedentem videret in Verr.p. 467.
Aditus omnis hominibus sine ullâ facultate navium non modò disiunctus sed etiam clausus fuit. Ibid.488.
Ex alto sin ad urbem ac littere inflectitur. Ibid 499.
Cùm ex omnibus provincijs commeatu & privato, & publico prohibebamur: cùm ita clausa nobis erant omnia maria, ut neque privatam rem maritimam, neque publicam jam obire possimus. Pro L Man.p 648.

Freti

Brevi tempore tot loca adire, tantos cursus conficere potuit. Siciliam adijt, Affricam exploravit, inde Sardiniam cum classe venit. Pro Leg. Man p. 641.

Vltimas lustrare terras Qu. Tusc. l. 4. p 431.

Cur tot regiones Barbarorum pedibus obijt? de Fin. l. 5. p. 289.

Cur totam terram contueri licebit? Q. Tusc. l 1. p. 313.

Illa nuper Latio huius opprimendi causâ Romam advolavit. Pro Aul. Clu. p. 10.

Iter solemne, legitimum necessarium, ante 13. Calend. Febr. Miloni est predendum Lanuvium ad Flaminem M l 232.

Iter illud ad cadem faciendam apparavit. Mil. 233.

Tu totum te cum tuis copijs ad me contulisti. Rab. 281.

Iter illud, quod tritum est in Graciam, non sine caussâ vitassem. Philip. 1. 125.

Cæsar Alexandriâ se recepit. Philip. 2. 362.

Me huic itineri tam infesto, tamq; periculoso commisero Philip. 12 504.

Iter habebant ad Deiotarum regem Ep. Fam. l. 2. p. 48.

Iter meum Reipubl. & urbanarum rerum ratio gubernabit. Ep. ad Fam. lib. 2 p. 55.

Iter facere ad exercitum Ep. Fam l. 3 p. 66.

Iter in Ciciliam facio per Cappadociam. Epist. ad Fam. lib. 3. p 69.

Exire ex urbe Ep ad Fam l. 3 p. 91.

Impedire alicuius profectionem Ep. ad Fam. lib. 7. p. 73.

Tu nunc candidatum te putas, & id cogitas, ut ad Comitia curras. Ep. Fam. l 10. p. 306.

Hac re mihi nuntiatâ statim quinq; cohortes Pellentiam pramisi, meumque iter eò contuli. Ep. ad Fam. lib. 11 p. 333.

Profectionem amore prosequar. Ep. Fam. l. 15. p. 489.

Omnis peregrinatio obscura & sordida est. Ep 2. 12.

Nihil unquam de profectione, nisi vobis approbantibus cogitavi. Ep. 2. 15.

Mihi cum imperio in provinciam proficisci necesse est. Ep. 3. 1.

Simul ac progredi capero. Ep. 3. 5.

Castra movi ab Iconio. &c Ep. 3. 6. & 10. 15.

Ego ad tabernaculum eius perrexi: id est, *processi* Ep. 4. 12.

Isthinc ne te movens: begib dich nicht hinweg Ep. 5. 21.

Mehercule non tam sum peregrinator jam. Ep. 6. 18.

Migrationem feliciter evenire volo. Ep. 9 8.

Romam tibi rem grandum est. Ep 9. 18.

Iter dirigere. Ep. 10 11.

Per quorum loca mihi feliciter patet, id est, *sine insidijs transirem*: frey durch passiren Ep. 10. 25.

Progressus sum ad Transalpinos cum exercitu Ep. 11. 4.

Pellentiam in posterum diem iter suum contulit. Ep. 11. 13.

Meum iter eò contuli. Ibid.

Cassium nunciatum est, quatridui iter à Laodiceâ absuisse tùm, cùm Dolobella contenderet. Ep. 12. 13.

Subi-

Subitum est ei remigrare Calend. Quintilib. Ep. 13. 2.
In viam quod te des hoc tempore, nihil est Ep 14. 12.
Si me in Ciliciam demisissem, Ciliciam quidem ipsam facilè tenuissem. Epist. 15. 4.
Ego puto te bellissimè cum Quæstore Messaniæ decursurum. Ep. 16. 6.
Perge conficere iter reliquum de Orat. p 125.
Iter inire. Q Tusc p 52.
Ingredi iter. de Senect. p. 208.
Per Epeirum cùm iter esset faciendum. Epist. Attic. lib 3. p. 87.
Ex eo loco, si iter haberem, posse me Brundusium referre, intelligebam. Epist. Att. libr. 3. p 87.
Quò ego multis de causis iter converti meum Epist. Att. l. 3. p. 82.
Vobis iter est in Asiam. Epist. Attic. lib. 3. p 83.
Pedibus per Macedoniam venire. Ep Attic. lib 3 p 85.
Iter conficiebamus æstuosâ & pulverulentâ viâ. Epist. Attic. lib. 5. p. 150.
In Apuliam se compegerat. Ep. Att. l. 8 p. 242.
Nunciat Domitium ad me iter habere Epist. Att. lib. 8. p. 247.
Ne ad me iter expeditum tibi sit. Ep At. l 8. p. 247. 258.
Cùm essem in itinere. Ep. At. l 9 p. 274.
Itinera facit. Ep. Att. l. 11. p. 358.
Quæ legiones iter secundùm mare superum faciunt. Epistol. Attic. lib. 16. p. 503.
Pedem in oppido posuit. in Verr. p. 18.
Decesserat ex Asiâ meus frater, & venienti ad urbem, huic tota civitas obviam processerat. pro Sest. 35.
Designatus iter ad C. Cæsarem pro meâ salute surrexit. Pro Sest. p 36.
Illud iter Hispaniense pedibus ferè confici solet. pro Vat. p. 78.
Cuius res omnes clarissimâ victoriâ terrâ mariq; peragerent. Pro Corn. Balbo. p. 131.
In hoc foro vestigium facere non licet. Pro Rab. 281.
Oppressis municipijs ultimam Galliam penetrare potuit. Phil 5. p 421.
Advolabat ad urbem homo impetentissimus. ibid. 423.
In Macedoniam alienam advolavit. Phil 11. p. 489.
Cùm è Pompeiano me Romam recepissem. Ep. Att. l. 1. p. 41.
Eunti mihi obviam venit tuus puer Ep. Att. lib. 2. p. 44.
Neq; sibi obviam quenquam prodire potuisse. Epistol Att. lib. 2 p 46.
Malo iter facere pedibus. Ep. At. l. 5. p. 143.
Pedem portâ non plus extulit, quàm domo suâ. Epist. Att. l. 7. p. 222 Et lib. 8 p. 235.
Vt Brundusium contenderemus. Epist. Att l. 8. p. 250,
Cùm iter ad Mutinam dirigerem Epistol. Famil. lib. 10. pag. 287.
Verti me à Minturnis Arpinum versus. Ep At l 16 p. 504.
Cùm totum iter & navigationem consumsisset. Acad. Qu l. 2. p. 5.
Digitum progredi non posse. Ibid. 59.
Migrationem feliciter evenire volo ibid. 77.

Remigrare in domum veterem è novâ, quàm nobis in novam è vetere. Acad. Qu. l. 1 p 82.
Cùm scribit Eudemum Cyprium familiarem suum, iter in Macedoniam facientem Pheras venisse de Div. l. 1. p. 177.
Cùm duo familiares Arcades quidam iter unà facerent Ibid 179.
Ille dicebat, si quando rem agere vellet, ne impediretur suspiriis, lecticâ apertâ facere se iter solere Ibid. 179.
Modò etiam paululùm ad dexteram de viâ declinavi. de Finibus libr. 5. pag. 249.
De viâ aliquem deducere. de Fato. p 260.
Eum nescio quò penetrasse itineribus. Ep. Att. l. 8. p 261.
Recipio me tempore domo. Ep. Att lib. 11. p 319.
Vtinam nocturnis itineribus prop:ius recessissem Epist Att. l 1. p. 349.
Pedem è villa egressi non sumus. Epist. ad Fam. lib. 13. p. 470.
Illi referunt pedes in Tusculanum. Ep Att. l. 15. p 480.
Pede terram percutere Q Tusc. l. 1. p 372.
Confestim ad eum ire perreximus Acad. Q l. 1. p. 77.
Itaq; persape revertit ex itinere, cùm iam progressus esset multorum dierum viam. de Div. l 1. p. 166.
Quia tantos progressus habebat in Stoicis, ut cum epulantibus in eo genere Gracis compararetur de Nat Deor l. 1. p. 9.
Qui habent ad virtutem progressionis aliquantulum de Div. l. 4. p. 242.
Nunquam in suis studiis tantos progressus sine flagranti cupiditate facere potuissent. Q. Tusc l. 4. p 431.
Cùm in hortis cum vicino suo ambulasset Acad l 2 p. 28.
Constituimus inter nos, ut ambulationem postmeridianam conficeremus in Academiâ. de Fin. l. 5 p 248.
Nos inter nos procerissimos populos in viridi opacaq; ripâ inambulantes. de Leg. l 1. p. 299.
Descendere in inferiorem ambulationem. Q Tusc. l. 4. p. 416.
Postero autem die cum illi maiores natu satis quiescerent, in ambulationem ventum esse dicebat, tum Scaevolam duobus spaciis, tribusve factis dixisse, Cur non, &c. de Or. 87. a
Prater quiescebat, illi inambulabant in V 205 b
Ante lucem inambulabam domi Att 90 b & E 164 b
In viridi opacaq; ripa inambulare. de Leg. 59 a
Romulus non longe à tuis ædibus inambulans dixit de Leg. 156. b
Quia disputabant inambulantes in Lyceo. in Ac 42 a
Si enim rectè ambulavit is qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit. At. 137. a
Xerxes tantis classibus Hellesponto iuncto, Athoq; perfosso, maria ambulavit, terramq; navigavit. de Fin. 88 a
Xerxes maria pedibus, classibus montes peragrans Ibid.
Sed, vt Philosophi ambulant, has tibi redditum iri putabam prius. Attic. 98. a

Eo autem modo ambulat Cæsar, & iis diarii militum celeritatem incitat, ut tardius, ne citius quam opus sit, ad Brundusium accesserit. Attic. 131 a

Triduo septingenta millia passuum ambulare Qu 14.b

Multis bonis malè evenire multis improbis optime de N.76 a

Magnis viris prospere eveniunt semper omnes res, de Nat.59.b

Idem ego sum precatus, ut ea res vobis fauste, feliciter, prospereq; eveniret. in C 124.a

Velim tibi prospere evenire quæ facta sunt. Epist.44.b

Qui bus utinam misisset evenissent ea, quæ tum homines precabantur. Pro Sest. 19 a

At certè ei melius evenissent. Tusc.266.a

Equo circumire. Cat c.59.

Dicebant, sibi esse in animo, sine ullo maleficio, per provinciam iter facere, quod iter nullum haberent aliud. 1 5.

Iter per provinciam per vim tentarunt. 1.8. Haben mit gewalt durchzihen wollen.

Pedestria itinera concisa sunt æstuariis. 3 76. Auff dem lande sindt die wege von auegengen oder armen des Meeres zurissen.

His aliquantulum itineris progressis, equites ad Cæsarem veniunt. 5. 129.

Cum tridui viam processisset, nunciatum est ei 1.23.

Huc Cæsar magnis diurnis nocturnisque itineribus contendit *Eodem.*

Cæsar quantum itineris equitatu efficere poterat, quotidie progrediebatur 429.

Vibullius continuato & nocte & die itinere atq; mutatis ad celeritatem jumentis, ad Pompeium contendit 3.377. Posttierte tag und nacht auff den Pompeium zu.

——————— *Profectio citissima* 4 13.

Cæsar audierat, Pompeium cum legionibus per Mauritaniam, iter in Hispaniam facere, confestimq; esse venturum 308

Erat iter à proposito diversum, contrariumque in partem ire videbatur. 322.

Cæsar magno circuitu nullo certo itinere exercitum ducit, jamq; itinera, quæ ad Iberum atq; Octogesam pertinebant castris hostium opposita tenebantur Eodem.

Sine jumentis impedimentisque, ad iter profisci. 323. Sich auff den weg machen.

Recte ad Iberum itinera contendunt Ibid.

Mutare iter. Eod. Ein andern weg ziehen.

Monti obliquo itinere petere. Eod.

Vt in rem missis ad Hispanias transitus celer impetretur. 7.105 Symm.

Veremur, ne equorum transitum hyemis interventus excludat. 9.20.

Vtilis & velocitas transeundi, cum evectionum præstetur adjectio 9 22.

Exa-

Examinandi. Perpendendi.

Examiniren / Erwegen.

Examen de aliquo habere. 1.104. Symm.
Antevertere gravissimi examinis alicuius severitatem praiudicio suo. 1.105.
Subdere aliquem examini. 2.16.
Inde est, quod sincerissimos mores tuos benignius recipit, quos severè & diligenter inspexit. 3.81.
Longè intendit oculos, & per immensum requirit venas bonorum, nullosque avidius trahit, quàm nihil desiderantes Ibid.
In suos exercere censuram. ibid.
In suos morum agere delectum Ibid.
Singulos & novos semper expendere. Ibid.
Periculum facere morum alicuius 7.115.
Ad ea probanda quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur. de Or.123 a
Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, quid cuique debeam. Pro Planc. 276.a
Diligenter examinare verborum omnium pondera. Or.199.a
Cum enim sui similem & levitatem & calorem adeptus est, (animus) *tanquam paribus examinatus ponderibus, nullam in partem movetur.* Tusc. 157.b
Ad unamquamque rem examinandam, momentoque suo ponderandam. Pro Fon.278 b
Primore loco censeri. 6.17.
Tibi reservo morum eius inspectionem. 7.51.
Quem cùm penitus expenderis, reperies, &c. Ibid.
Est ille votivum. sub examine tuo respondere propositis. 7.81.
Degustare virtutes alicuius. 9.2.
Ursum, quem dudum domui nostra cum familiâ suâ dicit obnoxium ab omni publicâ conventione s. cernas. 9.11.
Ubi partes sub examine constiterunt. 10.7.

Excipiendi.

Außdingen / Außnehmen.

Latini venustè admodum utuntur hac sententiâ exceptivâ, & ellipticâ. *Quod ille, vel illa, &c.* h. e *quantum ad illud attinet, quod, &c.*
Vide ampliùs Lexicon Plaut. litt. Q. *Quod ille &c.*

Hac regia clausâ excepta, &c. Ep. 1. 1.

Unum genus excipio sermonis Epist. 7. 8.

Cùm à vobis meæ salutis autoribus discesserim. &c. id est, *vobis exceptis.* Singularis formula est Extat rursus lib. 6 Ep. 12. *Cæsaris familiares, cùm ab eo discesserint, me habent proximum* & in 1. de Orat. *Nonne videtis equitem Romanum hominem acutissimo omnium ingenio, &c. Aculeonem, ita tenere ius peritissimi sunt, anteponatur?* Ep. 1. 9.

Polliceor ei studium quidem meum, & operam sine ullâ exceptione, aut laboris aut occupationis Epist. 6 5.

Operarum omnes ad unam, à vobis sunt excepta, id est, *omnes, nullâ exceptâ.* Ep. 12. 14.

Excitandi.

Erwecken / Auffmuntern / Auffbringen / Reitzen.

Exsuscitate vestram huc custodem mihi Curc. 1. 1. ✝. 91.
Excitare animos, & inflammare. Pro L. Man. p. 619.

Excitare aliquem ad laborem & laudem Pro Cn Planc. p. 519.

Effusa & subtracta manu, novo duce, & insperata commutatione rerum est renovata. Pro Sest p. 22.

Instaurata & instituta sunt belli reliquia Pro Prov p. 164.

Incitare & inflammare præstantissimum studium Phil. 11. p. 487.

Quod si in eam partem me incitarem. Ep. 2. p. 65.

Ex somno excitare Acad. l. 2. p. 48.

Ne me è somno excitetis. de Somn Scip. p. 142.

Cunctantem & diffidentem excitare, id est, *ad melioris fortunæ spem extollere.* 6. 1.

Nec velim frangi te repente, atq; ita cadere, ut nulla res te ad æquitatem animi posset ea possit extollere 6. 12.

Autoritate vestra Respublic. exurget, & in aliquo statu tolerabili consistet. 12. 10.

In excitando, & acuendo plurimum valet, si laudes eum, quem cohortere. 15. 21.
Excita ex somno tuas literas humanitatemq; 16 14.
Deinde statim digrediens ceteris audaciam addere Jug c 94.

Exempli. Documenti. *Vide etiam* Comparandi.

Exempel statuiren/Gleiche weiß.

EXempla adepol ego faciam in te Most 5 1 ꝟ. 67.
Quid tu? agis ut velis? TH. *Exemplum adesse intelligo.* Germ. Bistu dan Meister? ja ich mache nicht anderst Epi 4. 1. 1. ꝟ. 7.
De exemplo meo ipse ædificato. Bawe gleich wie ich gebawet hab. Most. 3. 2 ꝟ 87.
Nunc hinc exemplum capere vult. Ibid 75.
Na ille malo quidem ab opere sibi exemplum petit Ibid ꝟ. 76.
Exemplum statuere alicui rei. Rud. 3 2. ꝟ. 6.
De te exemplum capit And. 4 1 ꝟ 2.
Exemplum statuit in me Heaut. Prol. ꝟ 51.
Non ego tibi exemplo sat sum? Heaut. 5. .. ꝟ 47.
Exempla rei prabere in Verr p. 545.
Utimur exemplis Acad l. 2. p. 29.
Augere al quem exemplis. 1. Off. l 3.
Exemplum ex sim litudine capiebat ineuntis ætatis de Amic. p. 197.
Cæsar novum in Repub. introductum exemplum quæritur. 1. C. 290.
Lictores habent in Capitolio privatum, contra omnia vetustatis exempla. 1. C. 289.
Hæc superioris ætatis exempla expiata Saturnini & Gracchorum casibus docet. 1. C. 290.
Quoniam ipsi sibi neq; modum neq; terminum constituunt, quo cæteri dissimiliter se gerant, ego met ipse documentum militari more constituam. 519.
Meus an meam fidem facit exemplo. 1. 37. Symm.
Hoc exemplum in me expetit. 1 76.
Quæ previn ia suburbana tantum reportat publici desiderij, quantum reliquit exempli 1 90.
Non cessationis traducer exemplo 3. 2.
Etiam alijs ante me plerunq; delata est, & ideò juvatur exemplis. 4 8.
Est huius indulgentia in avibus exemplum 5 67.
Posteris egregium dedisti exemplum. 10. 29.

Exercitandi. Exercitii.

Vber / Weübt

A *Mor me ad hanc rem exercitatum reddidit.* Hec.3.3 ℣.47.
Adhibitâ exercitatione & arte. Acad l.2.p.14.
Exercitatione aliquâ ludicrâ delectari. de Nat. Deor. lib.1 p.42.
Quis nostram exercitationem ullam corporis suscipit laboriosam? de Fin. lib. 1 p 109.
In exercitationem quandam studiosè operam dare. Q Tusc.l.1p.297.
Exercitationes animi augenda videntur Off l.1.p.49.
Adhuc tu exerceas hæc cogites Ep.1.7.
Valetudinem interim istis exercitationibus ampliferam. Ep 9.18.
Referre se ad exercitationes Ibid.
Nunc me reliquiæ vestræ exercent. Ep 12.4.
Valet ingenio, habet usum Ep 13.17.
Cùm exercitatione tùm stylo formanda nobis oratio est de Orat.
Alij corpus exercebant. Etiam tum vita hominum sine cupiditate agitabatur, sua cuique placebant Cat.c.11.

Exilii. Exulandi. Ejiciendi. Exterminandi.

Ferre casum suum. 4 6. Sein vnfall tragen.
Ad omnem eventum paratus sum 6 22.
*Ne punctum quidem temporis in ista fortuna fuisses.*6.5.
Fortuna quæ plurimum potest cum in alijs rebus , tum præcipue in bellis , magnas rerum commutationes efficit 409.
*Hic subitam fortunæ commutationem videre licuit.*386.
Sic ad subeundum periculum, & ad vitandum multum fortuna valuit 6.176.
Magna fuit fortuna eum effugere mortem 6.175. Er hat groß glück gehabt/ daß er mit dem leben ist darvon kommen.
Se quoq; ad motum fortunæ movere cupit 354.
*Paucis diebus magna erat facta rerum commutatio, & si fortuna inclinaverat.*1.C.315.
*Simul perfecto ponte, celeriter fortuna mutatur.*1.C.318.
Cùm fortuna reflavit, affligimur. Cic,3.Off.p.36.

Fortunæ secundæ. Felicitatis. Prosperitatis. Sospitandi. Secundandi. *Vide etiam* Conditionis.

Gute Glück/Glückselig/ Wolstand.

Adprosperare aliquid Amph. Prol. ✝ 13.
Di me servant, salva res est. And. 2. 2. ✝ 30.
Rex sum si ego illum hodie hominem ad me allexero Pœn. 3. 3. ✝ 57. In summâ felicitate constitu, sic loquebantur. Var. ol. 4. ll. *Quartus gradus ubi est aditus, & in tiara regia*: h. c. *magnum fecerit, qui ad eum accesserit.* Hora. *At pueri ludentes, Rex eris aiunt, si rectè facies.* Ausonius: *Qui faciet rectè, non qui dominatur erit Rex.* Sic etiam Victorem dicebant, qui aliquid absolvit & perfecit. Virgil. *Victorq; virûm volitare per ora.* Idem *Illi victor ego, & Phrygio conspectus in ostro*: Cic. *Eloquentem neminem video factum esse victorem.* His affinia sunt. *Deus sum*: *In cœlo sum*: Cic. *In hoc tum hi Deus videris.* Idem. *Beatus in cœlo est.* Horat. *Dis miscent superis* Cic etiam sic: *Pompeius ex astris decidit.*
Vt propter me tibi sit melius multò, quam propter te, & tuos Aul. 2. 2. 48.
Iam in vado salutis res esse videtur Aul. 4. 10. ✝. 78.
Secundo vento ventus est. Cist. 1. 1. ✝. 15.
Meliùs anno hoc mihi non fuit domi. Most. 3. 2. ✝ 1. *Benè esse* notat omnem vitam voluptuariam Formula inde petita, quòd cui omnia secunda vellent, ei precarentur *Benè esse* Vide Lex. Plau. *Benè esse.* & Contrar. *Malè esse* Vide quoque supra Tit. *Ægritudinis Miseria.*
Solus est, quem diligunt Dij: id est, *est felicissimus* And. 5. 6.
Nam sine controversiâ à Dijs solus diligere. Phor 5. 6.
Quid si nunc tute fortunatus fias? And. 2. 3.
Ecquid beo te? sic soleo amicos Eun 2. 2.
O festus dies hominis! id est *felix, fortunatus.* Eun 3. 5.
O factum benè! Das ist Glück. And. 5. 6.
Age, me in tuis secundis respice Ibid.
O populares, ecquis me vivit hodie fortunatior? nemo hercle quisquam. nam in me planè dij potestatem suam omnem ostenderê, qui tam subitò tot congruerint commoda Eun. 5. 9.
O Iupiter, serva obsecro hæc nobis bona. Ibid.
An fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit, quæ tot res, tantas, tam opportunè in unum conclusit diem: Ibid.
O omnium quantum est qui vivant, homo ornatissime; id est, *fortunatissime.* ibid.
Ne simus iniquè utamur fortunâ atq; usi simus. Phor. Prol.
Quia, [illegible] dubiam fortunam [illegible] [illegible] Hec. Prol.

Quid relliqui est, quin habeat, quæ quidem in homine dicuntur bona? Heaut. 1. 2.

Quis te est fortunatior? Heaut. 2. 2.

Quod fortunatum isti putant, uxorem nunquam habui. Adel. 5. 1.

Cui æquè audisti commodè quidquam evenisse? Ibid.

Deorum vitam apti sumus: scil. *vivere, propter summam felicitatem nostram* Ibid.

Quàm vos facillimè agitis, quàm estis maximè potentes, dites, fortunati, nobiles Adel. 3. 5.

Syre, processisti hodie pulchrè. **Es ist dir heut wolgangen oder glückt.** Adel. 5. 9

Satin' omnia ex sententia? Ibid.

Dij benè vortant, quod agas Phorm. 3. 3.

Relliquam vitam exigat cum eo viro, me qui sit fortunatior Hec. 3. 5.

Quàm fortunatus cæteris sum rebus, absq; unâ hac foret, hanc matrem habens talem! Hec 4 2.

Deus sum si hoc ita est? id est, *beatus.* Hec 5 4.

Quis me est fortunatior, venustatisque adeò plenior? Ibid.

Cùm prospero statu fortunæ utimur, ad optatos exitus provehimur. Offic. 36. b

Reminiscere illum omnibus bonis perfunctum esse Ep. 58 b

Nonnunquam summis oratoribus, non satis ex sententiâ eventum dicendi procedere. de Or 95 a

Omnia, ut spero, prosperè procedent. Ep. 187. a

Cui benè quid processerit, eum multùm providisse dicimus. Pro Mil. 122. a

Quibus cùm parùm processisset, &c Ep. 122. a

Alicui nequaquam ut sperasset, ea quæ cogitasset, procedere. Pro Cluent. 55. a

Pergit in meam maledicta: quasi verò ei pulcherrimè priora processerint. in Ant. 256.

Quod quidem ut res ire cœpit, scio an aliquando futurum sit. de Amic. 104 b

Incipit res melius ire, quàm putaram, &, *Prorsus res ibat.* Attic. 231. a & 23. b

Prosperè nobis cuncta processerunt Most 3. 2 ✝ 46.

Quam facilè & fortunatè evenit! Epid. 2 2. ✝ 59.

Quis me est fortunatior? Rud. 4. 8 ✝ 1.

Næ hic dies perversus, atque adversus mihi obtigit. Men 5. 5. ✝. 1.

Bona scæva strenaq; mihi occessit obviam Stich. 5 2. ✝ 24

Si quem non accures sobriè aut frugaliter, solet illa rectè sub manus succedere. Pers 4. 1 ✝ 2.

Cui res tam subitò congruerint commoda. Eunuch 5. 9 ✝ 3.

Quem penes spes vitæ sunt omnium hominum, da diem hunc sospitem. Pœn. 5 4 ✝. 15.

Vix ipsa domina hoc, nisi sciat, exoptare à Dis ausit ipsis. Stich. 2. 1. ✝. 24.

24. Proverbialis formula de summâ felicitate. Pseud. 4. 1. ✝. 25. *Tantum tibi boni Dij immortales duint, quantum optes.* Terent. Adelph. *Dî tibi semper omnes omnia optata afferent.* Vide Barnabæ Brissonii Formulas.

Age me in tuis secundis rebus respice Andr. 5. 6.

Quibus & re salva & perdita profueram. Eun. 2. 2.

Salva res est. Ibid.

Salva sumus. Es hat nu keine noht Eun. 5. 1.

Illi immortalitas parta est. Andr. 5. 5.

Ecquis me vivit hodiè fortunatior? Eun. 5. 9.

Deorum vitam adepti sumus Heaut. 4. 3.

Deus sum, si hoc ita est. Hecyr. 5. 4

Solus es quem diligant Dij. Andr. 5. 5

Si mihi secunda res de amore meo essent. Heaut. 2. 2. ✝. 1.

Istuc tibi ex sententiâ tuâ obtigisse lætor Heaut. 4. 3 ✝ 5.

Multò omnium nunc me fortunatissimum factum puto esse. Heaut. 4. 8. ✝. 1.

E re natâ melius fieri haud potuit, quam factum est, Adelph. 3. 1. ✝. 8.

Fortunatus sum cæteris rebus Hec 4. 2 ✝ 25.

Quàm sæpè fortè temerè eveniunt, quæ non audeas optare? Phor. 5. 6. ✝. 12.

Evenere hæc nobis prosperè. Phor. 5. 8. ✝. 2.

Non sunt omnia committenda fortunæ ad Heren l 4. p. 96.

Cùm omni iam fortunâ prosperè functus esset ad Brut. p. 592.

Sed tamen hoc mihi cecidit peropportunè de Orat l. 2. p. 348.

Speret sibi auram aliquam posse afflari in Verr p 503.

Fuit quibusdam summis viris, ad amplitudinem & gloriam, & ad res magnas benè gerendas divinitus adiuncta fortuna. In eius potestate fortuna posita est. Pro Leg Man p. 646.

Venti tempestatesq; obsecundant. Ibid 647.

Ea res mihi benè feliciterq; evenit. Ibid 217.

Ea res faustè feliciterq; evenit. Ibid.

Cæteri reges stabilem suam fortunam arbitrati sunt. Pro Sest. p 31.

Vos meam fortunam deprimitis, vestram extollitis. Pis. p. 195.

Vidimus aliquoties secundam pulcherrimè te ferre fortunam, adversam quoq; te agrè ferre posse Ep. Fam. lib. 4 p. 100.

Placebat diutiùs à Republica curâ: sedebamus enim in puppi, clavumque tenebamus, nunc autem in ijs miserrimus est locus. Epist. ad Fam. lib. 9. pag. 258.

Cuius non valdè venti sunt secundi. Epistol. ad Attic. libro 2. pag. 47.

Fortuna afficit multa improvisa hæc neq; opinata nobis, propter obscuritatem, ignorantiamq; causarum Acad. Q. l 1. p. 89.

Fortunæ stabilitate confidere. Q Tusc 1 5. p. 466.

In rebus prosperis, & ad voluntatem nostram fluentibus, superbiam magnopere, fastidium, arrogantiam q; fugiamus. 1. Off. p. 36.

Homines secundis rebus effrenatos, sibiq; præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ dari oportet. 1. Off. p. 37.

In omni actione atq; administratione Reip. floruissemus Ep.1 9.
Quantacunq; tibi accessiones fiant, & fortunæ & dignitatis. Ep.21.1.
Quid est causæ, cur mihi non in optatis sit, complecti hominem florentem ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis. Epist.2.12.
Collectam gratiam hominis florentissimi effundere. Ep.2.15.
Nos qui domi sumus, tibi beati videmur. Ep.4.4.
Sed tu prænobis beatus. Ibid.
In quâ urbe gratiâ, auctoritate, gloriâ floruimus. Ep 4 13.
Et ipse beatus esset, & omnes boni. Ep.5.21.
Nobis quidem ipsis displicemus, gregalibus illis, quibus te plaudente vigebamus, amissis. Ep 7 34.
Si nostris consilijs usi essemus, beatissimè viveremus, Ep.14.1.
Ab Divo ad Proceres dominos Fortuna cucurrit 1.1.Symm.
Cum prospera tristitiam tumidis æquabat gloria rebus. 1.2. Ar.Ruf.
Princeps muniere fortunæ Ibid.
Meliore voto fortunam estis imitati. 1.6.
Cuius supra votum fortuna fluxit. 1 21.
Quibus fortunam solers vita conciliat, 1.43.
Fortuna in nos sævijt. 1 83.
Illius fortunæ applico. 2.18.
Inter prima numerat dona fortunæ 2 39.
Apicem felicitatis habere 2.63.
Quod fortunæ tuæ pollucibiliter floruerunt. 3.14.
Beari me multis bonis judico. 3 80.
Flavianus vir in lustris diu eluctatus fortunæ aspera. 4 19.
Divi Principis beneficio in tranquillum reductus. Ibid.
Tuæ res non in germine, sed fruge sunt. 4.20.
Tibi omnia pro voto superesse cognovi 5 3.
Superest, ut proposito religionis tuæ melior aspiret eventus. 5 94.
Si fors inceptum juvet 6.6.
Quod si in secundis ageretis rebus 6 22.
Ex quo intelligis fortem meam multò esse petiorem 7 35.
Deos precor ut tua secunda proficiant 7.68.
Fortuna, cum civibus nostris reverserit in gratiam 7.81.
Dignus es, cui læta semper eveniant 7 93
Fortunæ quoq; cum eo in gratiam si faveris, redibis 7 94.
Credo, omnia cum eo in gratiam reditura. 7.107.
Opto, tibi suscepti officij cursus arrideat. 8.30.
Felicitas ad universos pari ratione manavit. 9.1.
Felicitatis exortem esse Ibid.
Si eximium quid casus obtulerit 9.20.
Tibi omnium rerum fama floret. 9.54.
Ad salutem spectant omnia. 10 21.

For-

Fortunæ Adversæ. Infortunii. Infelicitatis. Mali, *Vide etiam* Damni *&* Ægritudinis. Ærumnæ.

Ubelstande / Unglück.

N*imis preventum est nequiter* Men 5.5.✝ 61.
Tanta in te impendent ruina Epid. 1.1.✝.77.
Illic homo à me sibi malam rem arcessit iumento suo Amph.1.1.✝.170. Proverbialis est locutio, ducta ab oneribus, quæ iumentis imponi solent, *h.e.* qui suâ operâ suâque impensâ sibi malum quærit.
Itaq, in te irruunt montes mali Epid 1 1.✝ 78 V de Lex Plaut.
Non ego istuc facinus mihi, mulier, conducibile esse arbitror. Bacc.1.1 ✝ 18.
Tu quidem Thesaurum mihi apportavisti mali. Merc 1.2.✝.51. V de Lex. Plaut.
Homo me miserior nullus aquè est, opinor, neq, adversa cui sunt plura sempiterna Men.2 3 1 & 2.
Quantum malarum rerum sustineam Merc 2.4.✝ 8
Montes tu quidem mali in me ardentes jamdudum jacis. Merc.3.4.✝ 32.
Thesaurum nescio quem memoras mali Ibid 6
Æ depol na ille oblongi mali dedit mihi magnum malum. Ibid 58.
Iureiurando malo quærunt rem. Pseud 1.2.✝.63 *h.e.* à malo, per malum, & damnum a icuius Mo st 4.1 ✝ 6.
Nemo illum item erga me fuit, ut erga illum fuit Pseudol.4 3✝ 4.
Quadrigas si nunc inscendas lovis, atque hinc fugias, ita vix poteris aufugere infortunium Amph.1 1 ✝ 297.
Cœnare malum. Asin 5 2.✝ 86.
Non ego te nunc macto med ornem infortunio Curc 4.3.✝.31.
Comparare alicuius magnum malum. Cas 2.8.✝ 5.
Omnibus exemplis crucior, omnia me mala consectantur, omnibus exitijs interij. Bacch 5.1 ✝ 6.& 7.
Rei mea peperi infortunium Bacch *sc.* Dii immortales ✝.19.
Metuo illac mihi res ne magno malo fuat Mil.2.6 ✝ 12.
Magno atq, solido mactat infortunio Merca: Prol ✝ 21.
Si malus aut nequam est, malè res vertunt quas agit Pers.4.1.✝.5.
Perij, interij, pessimus mihi hic dies illuxit Pers.5.1.✝ 8.
Mactare aliquem infortunio. Truc.4 2.✝.151.
Rem, fidemq, nosq, perdidimus. Truc.1.1.✝ 38.
Sicilia plus mali dedit. in Verr p 233.
Minuerunt sociorum vulnera, vident eorum calamitates, querimonias audiunt Pro L.Man p 654.
Incommodi mihi nuptijs evenit Hec.3.5 ✝ 40.

Verum nimia illæc licentia profectò evadet in aliquod magnum malum. Adelph.3 5.✝.36.

Peiore res loco esse non potest, quàm in hoc, quo nunc sita est. Adelph. 3.2. ✝.45.

Usque ero domi, dum Lenoni coxero malum. Perſ.1.1.✝.2.

De vita eo malum And.3.5.✝ 5.

Huic malo aliquam producam moram. Andr 3.5.✝.9.

Si qui essem nihil evenisset mali And.3.4 ✝.25.

Adeon' hominem invenustum esse aut infelicem quenquam, ut ego sum? And. 1.5.

Neque quenquam hominem esse ego arbitror, cui magis bonæ felicitates omnes adversæ sint. Eun 2 3.

Quid hoc, malum, infelicitatis? nequeo satis decernere, nisi me credo huic esse natum rei, ferundis miserijs. Adel.4.2.

Mihi Deos satis scio fuisse iratos, qui auscultaverim Andr.4.1.

Memini, relinqui me, Deo irato meo. Phorm.1.2.

Haud auspicatò huc me appuli And 4 6.

Tam incommodè illis fors obtulerat adventum meum Hec.3.3.

Faxo tali eum mactatum, atque hic est, infortunio. Phorm 5.8.

Si attigisses, ferres infortunium Es solte dir nicht wol bekommen Adelph. 2.1.

Nisi fallit me animus, haud multùm à me aberit infortunium. Heaut. 4.1.

Itáne es paratus facere me adversum omnia, infelix? Phorm.2.2.

Omnes tùm secundæ res sunt maximè, tùm maximè meditari secum oportet, quo pacto adversum ærumnam ferant, pericula, damna, exilia. Phor. 1.5.

Quibus id maximè utile est, meum filium esse quàm deterrimum. Andr. 5.1.

Hoccine credibile est, aut memorabile, tanta vecordia innata cuiquam ut siet, ut malis gaudeant, &c. And.4.1.

Hei vereor, ne quid Andria apportet mali. And.1.1.

Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam: hæc Andria gravida est, &c. Andr. 1.3.

Neque quenquam esse hominem arbitror, cui magis bonæ felicitates adversæ sient Dem weniger glücks beschert ist. Eun.2.3.

Ah nescis quantis in malis verser miser And.4.1.

Non posse jam ad salutem converti hoc malum Ibid.

Hoc malum integrascit: wirt wider new And 4.2.

Facilè hic plus mali est, quàm illic boni And 4.3.

Profectò quanto magis magisque cogito, nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum: ita mi video ab eâ astutè labefactarier Eun.3.3.

Etsi mihi magnum malum scio paratum. Eun 5.5.

Non dubium est, quin mihi magnum ex hac re sit malum. Eun.5.6.

Id gaudeo, propter me hisce aliquid esse venturum mali. Ibid.

Nescio

Nescio quid profectò mihi animus præsagit mali. Heaut. 2. 1.
Tantum devenisse ad eum mali Heaut. 4. 4.
Hem, metuo lenonem: ne quid fuat suo capiti. Phorm. 3. 2.
Tum esse hoc mi objectum malum Ibid.
Nec cum huiusmodi unquam vsus venit ut conflictarer malo Ibid.
Non triumpho ex nuptijs tuis, si nil nanciscer mali: ni etiam nunc me huius quærere caussa in malo jubeas crucem. Phorm. 3. 3.
Hoc mi unum ex plurimis miserijs reliquum fuerat malum, si puerum ut tollam, cogit Hec 4. 1.
Dij mala prohibeant! Ey was du sagst/ daß der Himmel nicht einfalle. Hec. 2. 1.
Ex incommodis alterius sua comparare commoda Andr 4. 1.
Multa ex quo fuerint commoda, ejus incommoda æquum est ferre. Hecy. 5. 3.
Quot incommoda tibi in hac re capies, nisi caves! Heaut. 5. 1.
Nempè incommoditas denique huc omnis redit: si eveniat, &c. Andr. 3. 3.
Incommodè mihi nuptijs evénit: Es ist mir nicht wol bekommen/ daß er ein Weib genommen hat Hec 5. 3.
Herus damno auctus est: quia sic esnata puella Heaut 4. 1.
Nasllehaud scit, hoc paulum lucri quantum ei damni apportet Heaut. 4. 3.
Ex eâ re plus mali est, quam commodi utrique. And. 3. 3.
Obsonat, potat, olet unguenta de meo: Mit meinem Schaden Adel. 1. 2.
In eandem fraudem ex hac re atque ex illâ incides. Heaut 3. 1.
Malo quidem me dignum quovis deputem. Heaut. 1. 1.
At tibi dij dignum factis exitium duint. Andr. 4. 1.
Hem metuo lenonem ne quid fuat suo capiti: daß er nicht etwas böses wider jhn stifft/ nemlich wider den Phædriam. Phor 3. 2.
Posthac incolumem satscio fore me, nunc si evito hoc malum. And. 3. 5.
Spero debinc facilè ex illis sese emersurum malis Andr. 3. 3.
Tot res repentè circumvallant, unde emergi non potest. Adelph. 3. 2.
Non sine magno intertrimento: id est, damno Ibid.
Ea nunc instructa pulchrè ad perniciem: id est, ad damnum inferendum. Ibid.
Ipsa egreditur nostri fundi calamitas Eunch. 1. 1.
Hac in me cudetur faba Eunuch 2. 3.
Hoccine de improviso mali m hi objici tantum, ut neque quid faciam, neque quid agam certum siet? Adel. 4. 4.
In magnum ego malum veniam Hecyr. 3 ✝. 55.
Ego in eum incidi infelix locum Phorm. 1. 3. ✝. 23.
Ita nunc imparatum subitò tanta te impendent mala. Phorm. 1 4. ✝. 2.
Meditata sunt mihi omnia mea incommoda. Phorm. 2. 1. ✝. 18.
Mactare aliquem infortunio. Phorm 5. 9. ✝. 39.
Hoc quoque vobis accidit incommodum Pro QR p. 1.
Tot tantisque difficultatibus affectus atque afflictus Ibid. p. 3.
Vide. e quàm versa & mutata in peiorem partem sint omnia. Pro RA n. 72.

Temporibus miseris ac perditis versari in Verr p.750.
Naufragium fortunati maliciosis & navem afflictam. Pro Cæl.p.16.
Quod si meis incommodis latabantur, urbis tamen periculo commoverentur. Sext. 28.
Fecit quidam casus caput meum quasi certaminis causa in mediam contentionem, dissensionemq; civilem Ep ad Fam.lib.1 p.26.
Nihil est tam miserum, quod non in nostram fortunam cadere videatur. Ep. ad At.l.3 p.83.
Omnem infelicitatem in dolore ponere de Fin l.2 p 164.
Magno malo est omnibus avaritia ad Heren.l.2.42.
Si quem reperiat, cui aliquid mali fraudibus afflare possit. ad Herenn. lib 4. p.125.
Tantum mali sibi constituit. in Verr.p.182.
Plus mali nascitur, quàm, &c in Verr. p 426.
Omnibus malis illo anno scelere Consulum Resp. est confecta. Sest.27.
Integrascit quotidie intestinum malum Brut p 542
Si aliquod æternum & infinitum malum nobis impendere opinemur. de Fin. l 11 p.119.
Si aliud quidpiam depulimus mali de Nat. Deor lib. 3 p.151.
Nihil mali incidere posse sapienti. de Fin l 3.p.191.
A Deo quasi mali alicuius impendentis signum est datum. de Divin.lib.1.p. 106.
Cùm in mala scientes ruunt de Finib l.5.p.261.
Multis malis oppressum esse. ibid 285.
Malis quibusdam effectum esse. Ibid.
Mala virtutis magnitudine obruebantur Ibid.291.
Quantum malum ex humanâ conditione deuceret. Q.Tusl.l.1 p.300.
Carere omni malo. Qu Tusc l 1.p 305.
Molem mali meditari, Q Tusc.l.3 p 388.
Adversam ærumnam ferre Q Tusc l.3p.389.
Præsentibus malis gemere Q 1.Tusc.l.2 p.366.
Alieno malo gaudere. Q.Tusc.l 3 p.384.
Malorum oblivisci. Q Tusl.l.3 p.391.
Eis mmam per iniuriam omnia infesta, atq; inimica sunt. Pro Qu p.3.
Præclarè mecum agitur in Verr.p 156.
Quoniam ita tulit casus infestus. Pro Syll.. 307.
Fractum esse calamitate atq; afflictum. Ibid 313.
Nulla est acerbitas, quæ non omnibus hac orbis terrarum perturbatione impendere videatur. Ep.2.15.
Quæ cogitatio, ut tempestatum, & concursu calamitatum, erat aliquantum labefactata Ep 5 13.
Nemo tam afflictus, &c. Ep.6.1.
Quoniam bello nihil adversi accidit non prædicente me. Ep.6.6.
Vide quasi fasque rectum sit, nos hoc tanto incendio civitatis in istis locis esse, id est, *quassatione, perturbatione & calamitate.* Ita enim ferè Cic. untraru

riam Reipub. *Incendium* vocat, & *Tempestatem*. Ep 9.3.
O vos homines miseros, & fortunâ magis quàm culpâ calamitosos, conserves. Ep 9.13
Mihi crede, singulares huic municipio calamitates accidisse. In sonderlichen Unfall gerahten. Ep. 13.8.
Me miserum, meis tantas ærumnas propter me incidisse. Ep. 14.1.
Ornatum esse ærumnis. pro Sylla p.327.
In adversis sine ullo remedio, atque allevamento permanere. pro Syll. pagina. 313.
Fortunæ se committere, in ejus periculis esse, ac varietate versari. in Verr. p.343.
Pœnitere aliquem suæ fortunæ. Ep. ad Fam. l 6 151.
Fortuna gravissimo percussus est vulnere. Acad. Quæst. l 1 p. 81.
Fortunæ modicè ferre injurias. de Divin. l. 1. p 81.
Fortunam conqueri adversam, non lamentari decet. Qu. Tuscul. l. 2. pagin. 368.
Fortunæ fulmina contemnere. Qu. Tusc. l. 2 p 374.
Fortunæ impetu terreri Qu Tusc l 5 p. 462.
Injurias fortunæ, quas ferre nequeas, defugiendo relinquas. Qu. Tusc. l. 5 pagin. 495.
Minus patent multa in eorum vitâ, quæ fortuna feriat. 1. Offic. p 30.
Constantis animi est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu dejici. 1. Off p 33.
A malis naturâ declinare Qu. Tusc. lib. 4. p 419.
Malo oppressum jacere. Q Tusc. l. 4. p. 429.
Mala æquo animo ferre. Qu Tusc l 4 p. 439.
Propter mala is quidem angitur. Ibid.
Malis omnibus urgeri. Qu Tusc l 5 p 459.
Quæ in genere multum mali etiam in exemplo est. Off. l 1 d 56.
Modò etiam hoc malum in Rempublicam invasit. Off. lib. 2. p. 995.
Doctus aut calcaria ferre bonis, aut frena tyrannis. 1 2.
Fungi adversa. 1. 48.
Uno adhuc, ut ita dixerim, infortunij nodo strangulatur. 4. 51.
Homo tenuis, & nunc labe patrimonij graviter exhaustus. ibid.
Magis honore, quàm veniâ fatum triste mutavit. 4. 67.
Crebrò ictum fortunæ ferre didicisti 6. 22.
Insolitis malis fœlicitas læditur. Ibid.
Certissimus contra omnes procellas animi tui portus es 7. 49.
Iuliani fortunam doleo. 7. 107.
Fatalibus malis diu & graviter exhaustus est. Ibid.
Quos fortuita sollicitant 7 109.
Sæpè titubantia in solidum reverterunt. 8. 27.
Nostra amicitia vos inter negotiorum cura meminisse, didici. 8. 14.
Volvunt mortalia vices crebra, & omnium rerum fuga vivitur. 8. 27.
Illa adversa, quæ cum plurimis pertulisti, mera humani ingenij, habent aliquod de specie ac solatium. 8 27.

Hunc verò piratica depradationis ictum, quem speciatim casus tibi adjecit, impressum altiùs puto: quia nec habet participem, & geminavit dolorem. Ibid.

Contra hac fortuita, virtute ac ratione animus armandus est, spes quoque assumenda mulierum ibid.

Fortuna telo graviter sauciatus. 9 12.

Tanti vulneris dolor nullâ temporis diuturnitate potest abeleri. Ibid.

Crudo adhuc fortuna mea vulnere. 9. 78.

Frequentiæ.

Voll/Volckreich/Anzehlig/Wohlbesetzt/Offt/Stets.

F*Requentes fuimus omninò ad ducentes* Qu. Fr. 306.

Refert etiam, qui audiant, frequentes an pauci, an singuli. de Or. 162. b.

Senatus continuò est convocatus, frequen/que convenit. Ep 151. a.

Nunquam tam frequens collegium judicavit. de Ar. 246 b.

Idque frequentissime theatro incredibili plausu comprobatum est de D. 93. a.

Nullâ in concione unquam frequen ior fuit populus Rom. in Acad 155.

Frequens enim te audivi atque adfui de Or. 106 a.

Eo tempore Roscius erat Romæ frequens, atque in foro & in ore omnium quotidiè versabatur pro S R 21. a.

Demosthenes frequens fuit Platonis auditor. Orat. 198 a.

Nos in hoc genere frequentes fuimus. Orat 213 a.

Vt Hortensius Consul designatus domum reducebatur è campo cum maximâ frequentiâ à multitudine Att 69 b.

Tabulas in foro summâ hominum frequentiâ exscribe. in Verr. 147. a.

Habet quotidianam amicorum assiduitatem & frequentiam. Q de Pet. 205. b.

Non enim tribum Terentiam, de quâ &c. sed solidam & robustam & assiduam frequentiam prabuerunt pro Pl. 263

Cùm hic Derilensis efferetur magnâ frequentiâ consessuque vestro. pro Flac. 154. b.

Thucydides creber est rerum frequentiâ. de Or. 113. a.

De epistolarum frequentiâ nihil te accuso. At. 63. b.

Verbi translatio instituta est inopia causâ, frequentata delectationis. de Or. 157. a.

Distinguenda & frequentanda est omnis oratio luminibus verborum. de Or. 161. b.

Acervatim multa frequentare Or. 204 b.

Hac frequentat Phalereus maximè ibid. 205.

Frigo-

Frigoris. Hyemis. Glaciei. Nivis.

Kält / Winter / Eyß / Schnee.

Vim frigorum, hyememque, quam nos vix hujus verbis sustinemus, excepimus. pro C.Rab.p.279.

Eadem Epistolà petebas, ut eos quamprimum, ne in hyemem inciderent, ad facultatem ædificandi liberarem Ep. Fam.l.3.p.69.

Frigore lædi de Nat.Deor l 2. p.102.

Frigore rigere. Qu Tusc l.1.p.328.

An frigus propulsare possimus. de Fin l. 4 p.147.

Caucasi nives, hyemalemque vim perferunt sine dolore. Qu Tuscul.l.5.pag. 480.

Quid hyems faciet, quà terrâ & mari morabitur commeatus. 1.65.

In hyemem præcipitat autumnus. 4.54.

Ubi propulsâ hyeme patescunt navium via. 4.58.

Decedebat autumnus. 4.58.

Accessit hyemi contemplatio, qua magno frigore, & brevibus lucis horis moratur excursus 538.

Relegere Appiam potero molesta accessu hyemis 8.2.

Labor itinerum processu adulta hyemis augetur. 8.3.

Frumenti. Fructuum. *Vide etiam* Annonæ.

Frucht / Korn.

Hoc tempore ipso populum annona caritate, frumento suppeditato levaverunt. Corn 142.

Magnum frumenti numerum advexerit in Rhodiorum inopiâ & fame. Off. l.3. p. 119.

Ager qui multos annos quievit, uberiores efferre fruges solet. de Cla 166.a.

Cùm ager, id quod perrarò evenit cum decimo extulisset. in Verr. 172.a.

Id perdere arat orem, quod agri segetesque extulissent. in V.193 a.

Quæ efferunt aliquid ex sese, perfectiorem habent naturam, quàm ea, quæ ex his efferuntur. de N 43 a.

Segetes fœcundæ effundunt herbas inimicas frugibus. Orat 101 a.

Effusis ac dissipatis fructibus vestris. cont. Rul. 84.a.

F ustra.

Frustra. Operæ Frustraneæ. Rei Frustraneæ & Irritæ. Laboris Frustranei.

Vergebliche Arbeit.

F*Rustra esse* Pseud.1.3.ỽ 141.
Operam ludere Pseud 1.3 ỽ 114.
In pertusum ingerimus dicta dolium. Pseud 1.3.ỽ.114.
Nihil agis. Merc.2.3 ỽ 121.
Inane cadis. Pseud.1.3.ỽ 75.
Hominem inter vivos quæritamus mortuum Menæc 2 1 ỽ.15.
In scirpo nodum quæris Men.2.1.ỽ.22.
Salva extra pretium, tùm pol oleum & operam perdidi. Pœn.1.2 ỽ.119.
Propter amorem omnem operam perdis. Pœn.4 2 ỽ 58.
Nihil agis, verba dare speras mihi posse, furcifer. Rud.4.3.ỽ 57.
Non temerarium est. Aul.2.2 ỽ 7.
Ego faxo operam & vinum perdiderit simul Aul 3 6 ỽ.41. Vbi alluditur ad vulgatum Proverb. *Operam, & oleum perdere* Cic.ad Att.8.17.
Nisi vides, nisi senis amicos oras, ambis. Id est, *omni laboris fructu & spe frustraris, & rem magnam expetes frustra tantum, non assequeris.* Andr act. 2.sc. 2.
Satis diu hoc jam saxum volvo Eun. act.5.sc.9.
Frustra operam hanc, opinor, sumo Heaut. act.4 sc.3 ỽ 15.
Laborem inanem ipsus capit & illi molestiam adfert. Hecyr. act. 3.sc 2. ỽ 9.
Præsens quando promoveo parum Act 4 sc.4.
In illis opera luditur Act 2 sc.2.
Quod nunc erat ratum, irritum est Act 5 sc 5.
Perdidisti omnem operam. P.Epid act.1.
Operam ludimus. Pseud act.1.
Pol ego & oleum, & operam perdidi. Pænul act 1.
Ne nimio opere sumat operam. Curcul. act.4.
Mortuo verba fabulari. Pseud 1.3.ỽ.26. Terent. *Surdo fabulam narr.u.*
Rem actam agis. Ibidem. ỽ.27.
Pascere oculis Phorm.1.2.ỽ.35.
Actum agere Phorm 1.2.ỽ 72.& Adelph.2.2.
Verba fiunt mortuo. Phorm 5 9.ỽ.26.
Quid conterimus operam frustra? Phorm.1 4.
Laterem lavem. Ibid.
Atque aliquis dicat, nihil promoveris : Es wird vmb sonst seyn Andr. 4 1.

Quid

Quid ad me ibatis? ridiculum: an verebamini, ne non id facerem, quod recepissem semel : quasi dicat , frustra sumsistis hunc laborem eundi ad me. Phorm.5.7.

Ipse Pompejus confitetur se, & operam, & oleum perdidisse. Ep.7.1.

Quod tu istis lacrumis te plorare postules.

Non pluris refert, quàm si imbrem in cribrum geras. Pseud.1.1 ỷ.100.

Sed quid ego hac ad te, cujus domi nascuntur ? γλαῦκα εἰς ἀθήνας. Epistol. 9.3.

Non dubito quin perspicias, si aliquid firmitatis nactus sit Antonius , omnia illa tua praclara in Repub. merita, ad nihilum esse ventura. Epistol. 11. 12.

Mea illa vehementes conciones, tanquam σκιαμαχίας esse videntur: h.e. *pugna in umbris & larvis.* Ep 11 14.

Ad nihilum omnia recidunt. Orat. ad Brut p.696.

De spe cadere pro Cn Plan. p.521.

Nec ullâ spe decipi, nec ullo metu terreri potuerunt. Epistol. Famil. l. 10. pag. 284.

Frustrandi. *Vide* Laboris Frustranei.

Vergeblich/Betrogen werden.

Si falsum me opinio habet. 1.33 Symmach.

Ne incepti frustra sim. 1 94.

Effice, oro te, ut eum fiducia mei non videatur esse frustrata. 1.106.

Si ita est, neque me opinio frustra tui habet. 2.72.

Nisi etiam consensus partium frustrationibus luderetur 2.91.

Elusa est expectatio mea, nec successit ullum spei precium. 4.36.

Prastabis, ne hujus opinionis frustra sim. 4.65.

Inanis esse opera judicavi. 6.7.

Est opera redundantis. 6.31.

Quam perfectionem si aliquis eventus eluserit. 7.115.

Ut illi prosit prioris voti amissio. Ibid.

Fiduciam casus fefellit. 9.7.

Nonnè mihi ante KAL. Ian futurus erat invitus labor 9.111.

Qui animus exciderunt. 9.115.

Eum refragante justitiâ deseruit laboris effectus. 9.127.

Fugæ. Fugiendi. Celeritatis. Properandi. Currendi. Abeundi. *Vide etiam supr.* Aufugiendi. Festinandi.

Fliehen/ Flucht geben/ Außweichen/ Verkriechen.

Fugam tamen nemo in se convertit. Amph. 1 1. ℣. 8.
Perduelles penetrant se in fugam. Amph. 1. 1. ℣. 93.
Quadrigas si nunc inscendas Iovis, atque hinc aufugias, ita vix poteris aufugere infortunium Amph. 1. 1 ℣ 149. *h. e. celerrime* καὶ ὑπερβολήν. Sic Asin. 2. 2. ℣ 13. *Nunquam edepol quadrigis albis indipisces postea.* & Pœn. 1. 2. ℣. 156. *Nisi ego illum jubeo quadrigis cursim ad carnificem rapi.* Ibid. 3. 1. ℣. 64. *Hoc citò, & cursim est agendum properatè quantum potest.* Et Aul. 4. 1. ℣. 14. *Quod homo jubeat, citis quadrigis citiùs properat persequi.*
Tempus est subducere me hinc. Asin. 5. 2. ℣ 65.
Fugias manibus demissis domum. Epid. 3. 4. ℣ 16.
Fugere oculos alicujus Aul. 4 4 ℣. 32.
Declinavi me extra viam. Aul. 4 8. ℣. 11.
Fugiendi si data occasio est. Capt. 1. 2 ℣. 12.
Avis me consimilem faciam Capt. 1. 2. ℣. 14.
Vos fugam fingitis Capt. 2. 1. ℣. 14.
Fugitivos imitari haud nos decet. Capt. 1. 1. ℣. 16.
Date veniam mihi noti, atque ignoti, & de via secedite. Curcul. 7. 3. ℣. 12. & 13.
Dare se in fugam Cas. 5. 3. ℣. 13.
Pedibus perfugium peperit, in Lemnum aufugit. Cist 1 3 ℣. 13.
Me continuò contuli protinus in pedes. Bacch. 3. 1. ℣. 5.
Exercent sese, ad cursuram fugiunt. Most. 4. 1. ℣. 1.
Menechmus sese subterduxit mihi. Men 3. 1. ℣. 1.
Abripuit sese repentè subitò. Men 2 2 ℣. 21.
Charinum ex fugâ retrahit. Merc A g 1.
Quin pedes vos in curriculum conjicitis? Merc. 5. 2 ℣ 91.
Ita sunt turpes credo ecastor: Veneris e fano fugent. Men. 1. 2. ℣. 111.
Quas tu vides colubras quid tam iracundus? Stich. 2. 2. ℣. 51.
Cavet, ne effugiant pisces. Truc. 1. 1. ℣. 16.
Iam ornabat fugam. Eunuch 4 4. ℣. 17.
Ego me in pedes Eun. 5. 2. ℣. 5.
Miserrimus sui fugitando Eunuch. 5. 3 ℣ 8.
Aliquid convasassem, atque hinc me conjicerem protinus in pedes. Phorm 1. 4. ℣ 3.
Fugam parare Phorm. 1. 4 ℣. 14

Ita

Ita fugias, ne præter casam, quod ajunt. Phorm. 5. 2. ¥. 3.
Confugere ad aliquem Brut. p 579.
Ex hoc loco repulsâ vi, & grattâ, locum ubi consisteret, reperire non poterit. pro Quin. p. 2.
Dare se in fugam in Verr p. 471
Quibus sese vitam per fratris sui fundum dedisse dixit quâ effugere posset. Pro Cæl p 596.
Qui volunt pœnam subterfugere, aut calamitatem, eò solum vertunt. hoc est, *Sedem ac locum mutant. Confugiunt quasi ad aram in exilium, qui si in civitate legis vim subire vellent, civitatem non prius, quàm vitam amitterent* Pro Cæcin. p. 625.
In fugam atque latebras aliquem impellere. pro C. Rab. p. 160.
Se in fugam conjecerunt Pro Cæl 120.
Tullum in foro, inspectante populo Rom. gladio stricto insecutus es. Phil. 2. p. 346.
Agmine quadrato cum gladiis sequuntur. Phil. 2. p. 379.
Ut fugam intercludat Ep. Att. l. 7. p. 227.
Ad fugam hortatur amicitia Cnei. Ep Att. l. 7. p. 227.
Ne me dem incertæ & periculosæ fugæ Ep. Att. l. 7 p. 229.
In fugâ omnes sunt. Ep Att. l. 7 p 230.
A consilio fugiendi absum. Ep. Att. ibid.
Fuga, quæ parabitur, repulsa est Ep. Att. l 7. p. 231.
Salutem fugâ adepisci Quæst. Tusc. l. 3. p. 404.
Reliquos ajebant fugisse. Ep. 4. 12.
Servus fugitivus Ep. 5. 9.
Eum hinc perfugisse Ep. 7. 31.
Ut honestè effugere possit. Ep. 9. 9.
Copias omnes ejus delevit, fugavitque. Ep. 10. 30.
Balbus Quæstor duxit se ab Gadibus Ep. 10. 32.
Quis erat, qui quicquam timeret, profligato illo, te liberato? Ep. 11. 18.
Utrumque me præstiturum spero, ne aut Ventidius elabatur. Ep. 11. 9.
Legati Dolobellæ à classe discesserunt, navique longâ profugerunt. Epistol. 12. 15.
Ibi cognovi partem navium Dolobellæ diffugisse. ibid.
Dionysius servus meus aufugit. Ep. 13 78.
Diffugiunt, qui sunt, metu oblato. Ep. 15. 1.
Ita fugias, ne præter casam. Phorm. 5. 2.
Fugere è conspectu illicò, videre nolle. Hecyr. 1. 2.
Corripui me illico inde Hecyr. 3. 3.
Rectè ego semper fugi has nuptias. Andr 4. 5.
Neque tu scilicet eò nunc confugies: quid mea? num jussi? [id est, non uteris eo prætextu aut excusatione.] Heaut 4. 4.
Fugitive; prodi. Eun. 4 4.
Retraham hercle opinor ad me illud idem fugitivum argentum. Das sich nirgends lässt antreffen Heaut. 4. 2.

Ibi ne

Ibinc in malam rem fugitive Phorm. 5. 8.

Facerent fugam: Sie würden alle davon lauffen. Eunuch. 4. 7.

Vbi vidi, ego me in pedes, quantum queo, in angiportum quoddam desertum, inde item in aliud, inde in aliud, ita miserrimus fui fugitando. Eunuch. 5. 3.

Hinc egens profugiet aliquò militatum. Adelph. 3. 4.

Atque hinc me conijcerem protinam in pedes. Phorm. 1. 4.

Iam pedum visa est via. Phorm. 2. 1.

Dimittere aliquem abse, & mandare in ultimas terras. pro Syl. 178 a.

Is non modo ex numero virorum exturbatur, sed etiam si fieri potest, infra mortuos mandatur pro Quint. 9. a.

Vitam suam fugæ solitudinique mandare. in C. 101. b.

Quos reliquos fuga fecerat. 1 64 Symmach.

Terga dare. 2. 38.

Deserere patriam. 6. 18.

Declinare alicujus conspectum. 9. 15.

Plurimi de familiâ domûs mea perfugam elapsi in his locis delitescunt. 10 18.

Qui locis æquioribus expeditos in fugam sequeretur. Cat. cap. 57.

Vt per tramites occultè profugeret in Galliam. Cat. cap. 57.

In fugâ salutem sperare. Cat. cap. 58.

Nostri fœdâ fugâ plerique abjectis armis proximum collem occupavere. Jug. cap. 38.

Dedecore potius quam manu salutem quærere 39.

Numidæ fugam faciunt: ac plerique abjectis armis collis aut noctis, quæ jam aderat, auxilio integri abeunt. Jug. cap. 53.

Iugurtini milites paucis amissis profugi discedunt. Jug. cap 56.

Nec quemquam decere, qui manus armaverit, ab inermis pedibus auxilium petere: in maximo metu nudum & cæcum corpus ad hostes vertere. Jug. 107.

Reliqui se fugæ mandarunt, & in proximas silvas abdiderunt. 1. 7.

Præcipites sese fugæ mandabant. 64.

Actius pedibus Adrumentum profugerat. 358.

Hostem terga vertere cogit. 1 C 311.

Proculequitatu viso, ex medio itinere projectâ sarcinis, fugiunt. 1. C. 318.

In hostes impetum fecerunt, eosque fugæ dederunt.

Hostes se per munitiones dejicere, & fugâ salutem petere intenderunt. 86.

Hostes urbis direptione perterriti, inermes cum infulis, sese portâ foras universi proripiunt. 2 C. 150.

Protinus incitati fugâ montes altissimos petunt. 3 C 424.

Pompejus nullo prælio pulsus, vestri facti præjudicio demotus, Italia excessit: sibi, clam vobis, salutem fugâ petivit. 2 C 363.

Pompejus jam, cum intra vallum nostri versarentur, equum nactus, detractis insignibus imperatoriis, decumana porta se ex castris ejecit: protinus, equoque citato Larissam contendit. 426.

Ipse fuga mortem vitaverat 133.

Omnia

Omnia erant tumultus, timoris, fuga plena: adeo, ut aliqui ex metu, etiam signa dimitterent (Die Fehnlin fallen liessen) *nec quisquam omnino consisteret.* 3 C 410.

Thermus municipij voluntate diffisus, cohortes ex urbe educit, ac profugit. 1. C 293.

Fulminis. Tonitru. *Vide* Tempestatis.

Donner / Hagel / Blitz /

Strepidus, crepitus, sonitus, tonitrus, ut subitò, ut properè, ut validè tonuit! Amph. 5. 1 ♈. 10.

Continuò contonat sonitu maximo ades, primò ruere rebantur tuas: ades tota confulgebant tua, quasi essent aurea. Amph. 5 1. 43.

Is fulmine percussus dicitur humatus esse Cynosuris. de Natur Deor. l. 3. pag. 138.

Hunc igitur nec Olympius Iuppiter fulmine percussit. de Natur. Deor. l. 3. p. 150.

Aut cum terribili percussus fulmine civis. de Nat. Deor. lib. 1. p 165.

Non enim te puto esse eum, qui Iovi fulmen fabricatos esse Cyclopas in Ætnâ putes de divin. l 2 p. 218.

Si ista Iuppiter significaret, tam multa frustra fulmina emitteretis. de divin. l 2. l. 229.

Quid enim proficit, cùm in medium mare fulmen iecit. de Divin. l. 2. pagin. 229.

Romulus & Remus cum altrice beluâ vi fulminis icti conciderunt Ibid.

Romulus fulminis ictus. de Divin. l. 2. p. 230.

Fundamenti.

Grund / Fundament legen.

Fundamenta iacta confirmandi Senatus. Ep 19.

Ioci fundamenta salutis tua Ep 10. 29.

Pietas fundamentum est virtutum omnium pro Planc. p. 420.

Virtutum omnium fundamenta vos in voluptate ponitis. de finibus. pagin. 321.

Agere fundamenta. pro Milo. p. 56.

Fundamenta Reipub. ieci. l. 12. p 378.

Paulò antè iacta sunt fundamenta. Acad. l. 7. p. 22.

Totius quasi rationis fundamenta cognoscere Acad.lib.2 p.23.
Mihi ita persuasi, Romulum auspiciis, Numam sacris constitutis fundamenta jecisse nostræ civitatis De Nat Deor.lib 3.p.119.
Neque intelligunt, se rerum illarum pulchrarum atque admirabilium fundamenta subducere. de fin l.4.p 231.

Funditùs.

Gründlich / Auß dem Grund herauß.

Vsque ab radicibus Aul.2.2.℣.71.
Omnia vestra malefacta repperi radicitùs, non radicitùs quidem hercle, verùm etiam eradicitùs. Most.5.1 ℣.263

Funeris. Sepulturæ. Exsequiarum. Parentaliorum. *Vide etiam Tit.* Mortis.

Leicht / Begräbnüß / Absteiben / Todtenbegängnüß / Zu Grab trage.n / Bestettigen.

Postquam ille uxori justa fecit. Cist.1 3.28
Tum tu idem, optumum est, loces efferendum. nam jam credo mortuus est. Aul.3.6 ℣ 29.
Nobis verè ina est demi, quâ te faciam confossiorem sorticinâ neniâ. Bacch. 4 8 ℣.48.
Curabat unà funus. Andr 1 1.℣ 88.
Egomet quoque ejus causâ in funus prodeo ibid
Effertur: imus. Ibid.
Funus interim procedit: sequimur: ad sepulcrum venimus, in ignem posita est: fletur. Ibid. ℣ 96.
Neque notus quisquam aderat, qui adjutaret funus Phorm 1.2.
Exequias Chremeti, [scilicet,] quibus est modum ire, hem tempus est. Phorm. 5.8.
Perendie forâs efferetur. Aul.2.1.℣ 14.
Unà aderat frequens, curabat unà funus And 1.1 ℣ 79.
Hic parva consuetudinis causâ mortem hujus tam fert familiariter. And.1.1. ℣.81.
Ejus causâ in funus prodeo And. 1 1 86.
Adjuvare funus Phorm.1.2.49.

Huic

Huic acerbissimum vivo videntique funus ducitur, quò amici conveniunt ad exequias cohonestandas pro Quint. 17.
Exequias alicujus prosequi pro A. Cluent. p. 90.
Funeri Tyranni sceleratissimi præfuisti Phil 2. p 372.
Eorum ipsa terra tangit, ad saxa mortui conquiescunt. Pro Sex. p. 61.
Meneri visus est ab eo, quem sepulturâ affecerat. de Divin. lib. 1 p. 129.
Ab Atheniensibus locum sepulturæ impetrare non potui. Ep. 4. 11.
Funus ei satis amplum faciendum curavi. Ibid.
In nobilissimo orbis terrarum Gymnasio Academiæ locum delegimus, ibique eum combussimus, postea que curavimus, ut iidem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum curarent. Ibidem.
Veneratin funus, cui funeri ego quoque operam dedi. ad Attic l. 15 pagin. 321.
Ducere funus. de Orat. p. 476.
Cn. Lucullus matrem efferebat. At 238. a.
Cur Maximus extulit filium consularem? de N. 76. a
Efferri ante lucem de Leg. 183. b.
Cùm pupillum filium ipse penè in humeros suos extulisset. de Orat. 104. b.
Cùm casu in eâdem causâ cum funere efferretur anus tunsa, de Orat. 129 b.
Si Cæsar funere elatus esset. Att. 226. b.
Cùm tuâ rogatione funere elata respub. est pro Domo 221. b.
Studiosè eorum sepulcra contemplor de leg l b 2 p 320.
Sepulcrorum jus tueri. de leg. l 2 p 345.
Septum undique & vestitum vepribus & dumetis indagavit sepulcrum. Quæst. Tusc. l. 5 p. 475.
M Horatius morte pignoris cognitâ cadaver efferri jussit. 3 6 Symmach.

Furandi. Furti. Auferendi. Spoliandi. Surripiendi. Rapinæ. Prædæ.

Diebstahl / Stehlen / Vertragen / Nehmen / Entwenden / Entziehen / Bestehlen / Rauben / Berauben / Beuten / Plündern.

Aurum inspicere vult, an surreptum sit. Aul. Prol. ℣. 19.
Ego istos novi Polypos, qui sibi, quicquid tetigerint, tenent. Aul. 2. 2. ℣. 22
Aurum harpagatum est And. 2. 2. ℣ 24.
Homo trium literarum Aul. 2. 4. ℣. 51.
Vulcano studere Aul. 4. 6 ℣ 10.
Furum implevisti in ædibus omnes angulos, miserè mihi immisisti coquos. Aul. 3. 6 ℣. 16.

Minus jam furtificus sum, quàm antehac. Epid.1.1.℣.10.
Atque ille suppilat mihi aurum, & pallam, ex arcis, me spoliat, mea ornamenta clam ad meretricis degerit. Men.5.2.℣.52 53.54.
Homo furti se astringet. Pœn 3.4.℣.27.
Curculio mihi annulum surripuit. Cur.4.4.℣.28.
Ibi me arripit quis, quo pacto me abstulerit, dicere non possum. Curcul 5.2. ℣ 50.
Ubi is homo, qui te surripuit? Cur.5 2.℣ 52.
Ut Lenoni surripiam mulierculam Pseud.2.3 ℣.9.
Nunc huc introibo, visum hesternas reliquias quierunt rectè necne, num infuerit febris, operta ne fierent, num quis obreptaverit Pers.2.2.℣.25 26.27.28.
Hanc modò uxori intus pallam surripui Men.1.2.℣.21.
Meo malo à malâ abstuli hac. Men 1 2.℣ 4.
Ubi vir compilet clanculùm, quicquid boni est Men.4 12.
Trahere, exhaurire me, quod quirem, ab se domum ratione pessimâ. Merc. Prol.℣. 55. & 56.
Averti prædam ab hostibus nostrû in salute sociûm Menæch.1.225.
Hunc hodie postremum extollo meâ domo patriâ pedem. Merc. 5.1.℣ 2.
Usus, fructus, victus, cultus, jam mihi harunce ædium interemtus est Merc. 5.1.℣.3.& 4.
Is me scelus auro usque attondit dolis doctis Bacch.5.1 ℣ 9.
Benè ego ab hoc prædatus ibo Pseud.4.2 ℣ 39.
Proin tu Pseudolo nuncies abduxisse aliam prædam. Pseud.4 7.℣.100.
Mihi istac videtur prædatum ivisse. Rud. 4.7 ℣.16.
Benè ego hinc prædatus ibo Rud.4 8.℣ 29.
Efficias id quod decet, rem tuam istam exinani. Truc 4 2.℣ 2.
Illic pulchram prædam agit, si qui illam invenerit. Aul.4.23.
Extexam ego illum pulchrè Bacch.2.3.℣ 5.
Adibo hunc, quem ego hodie faciam arietem Phryxi. Bacch.2.3.℣.7.8.
Emungam herculè hominem probè hodie. Bacch.4.4 ℣.50.
Surripere aliquid alicui. Pseud 1.3.℣.51.
Huc quidem herculè haud ibis intrò, ne quid Harpax feceris. Pseud.2 2.℣ 58.
An invenire postulas quemquam coquum, ni milvinis aut aquilinis ungui-bus. Pseud.3.2.℣.65.
Quin ibi constrictis ungulis cœnam coquas. Pseud 3.2.℣.65.
Nam nihil etiam harpagavit tùm. Pseud. 4 2.℣ 2.
Ut vestitus est perfossor parietum ! Pseud.4.2 ℣. 23. In furem effractorem hoc dicitur. Cicero in Vatin. *Licet impunè per me parietes in adolescentiâ perfoderis, vicinos compilaris, matrem verberaris.* Dicebantur etiam vecticularij, quòd vecte seu palo ferreo muros furandi causâ perfodiant τοιχωρύχοι Vide Philos Plaut Tit. *Furti.*
Puer septuennis surripitur. Pœn Arg.℣.1.
Ire aliena erepta in bona. Pers.1.2.℣.11.
Qui hic albo pariete aliena oppugnat bona. Pers.1 2.℣.22.
Abrepta per vim misera. Rud. 3.3 ℣.28.

Et

Et ipsum sese & illum furti astringeret. Rud. 4 7 ỷ. 31.
Suffuror, suppilo, de pradâ pradam capio. Truc. 2. 7. ỷ. 15.
Neu qui manus attulerit sterilés. Truc 1 2 ỷ 3
Cæteri clepta lurcantur, vel harpagant. Truc. 1. 2. ỷ. 9.
Nen qui furtum facere studuerit Eunuch. Prolog.
Pernoscite, furtumne factum existumetis, an locum reprehensum, qui præteritus negligentiâ est? Adelph. Prolog.
Cùm in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculùm. Eunuch. 2. 3.
Hic furti se alligat. Eunuch. 4. 7.
Tetigin' tui quidquam Adelph 2 1.
Aliquid convasassem, atque hinc me conjicerem protinus in pedes. Phorm. 1. 4.
Æschinus fidicinam Lenoni eripuit. Adelph. Arg 7.
Minas decem corradet aliunde. Adelph 1 2 ỷ. 34.
Cùm hanc sibi videbit præsenti eripi, & abduci ab oculis. Adelph. 4. 5 ỷ 34.
Emunxi argento senes. Phorm. 4. 4. Ich hab dem Alten das Geld abgelaust.
Vasa argentea publica de loco privato dicitur sustulisse. ad Her. l. 1. p. 15.
Quod sibi furtum feceris ad Her. l b. 2. p. 44.
Tibi omnem benè vivendi spem meâ morte eriperet ad Her. lib. 4. p. 119.
Civitates, regna, domos omnium depeculatus es. ad Her. lib. 4. p. 103.
Liberi è gremiis parentum diripiuntur Ad Her. lib 4. p 116.
Si quis sacrum ex privato surripit. de Inv. lib. 1 p 141.
Adimere potestatem de Inven l 2. p. 257.
Affinem famâ & fortunis spoliare conatus est, vanum se & perfidiosum esse fateatur pro Quint. p. 8.
Opimus præda, præsertim à pupillo discedis. in Verr p 12.
Spoliari famâ fortunisque. pro Quint. p. 27.
Funditùs aliquem evertere bonis pro Sex Rosc. p. 76.
Eripere pradam alicui de manib. in Verr. p. 215.
Domum ejus exornatam, atque instructam, nudam, atque inanem reddidit. in Verr. p. 258.
Tu me hoc tibi mandasse, existimas, ut Chresti compilationem mitteres Epist. 2. 7.
Trajecit se in regnum Bogudis planè benè peculiatus. Ep. 10. 32.
Præter furta, & rapinas. Ibid.
Dionysius servus meus cùm multos libros surripuisset, aufugit. Epistol. 13, 78.
Si qua vis, aut si qua rapina fieri cœperint. Ep. 14 3.
Ne furtum cessationis quæsivisse videaris. Ep 16. 26.
Cujus futurum furtum erat? pro Rosc. Comœd.
Verres soles hæc, quæ rapuit, & furatus est, dicere se emisse. in Verr.
Oratores eversi bonis omnib. ex eorum agris, atque urbibus, expleti atque saturati, cùm hoc cumulo quæstus decederent. in Verr. p. 349.

Ab his per summam injuriam , *per summas contumelias plus aliquanto ablatum esse,quàm natum sit.* Ibid.

Improbissimâ ratione prædari. i. Verr. p 413

Sedem antiquam,divinumque domicilium nocturno latrocinio atque impetu compilavit. in Verr p.566.

Nocte intempestâ . *servorum instructâ & comparatâ manu convellere ex suis ædibus,atque auferre conatus est* in Verr p 566.

Spoliari omnibus fortunis pro L. Flac.p.303.

Beneficiis alicujus amplissimis spoliari. pro Domo.p 439.

Maximis viribus eripitur indignissimè omnibus bonis. Cœl.118.

Civis bonis evertere soles Provinc 159.

Domum meam exhauriendam patefecit Pis.189.

Pecuniam ex Reipublicæ visceribus eripuisti. Pis 190.

Quanto fructu sim privatus Ep. Att lib.1.p.9.

Si quis quem oculis privaverit. Acad l.2 p.20.

Pristinis orbati muneribus de divin.l.2.p.218.

Vt propter suum quisque & emolumentum spoliet,aut violet alterum. Off l.3. p. 108.

Hominem homini detrahere sui commodi causâ. Offi. l.3.p.110.

Multum de communi utilitate detraxit Offic.lib 3.p 111.

Si mihi eripuisse divinam animi mei constantiam,meas curas , *vigilias,consilia*.Paradox.4 p.232.

Alienis pecuniis locupletari.& in fortunas uniuscujusque impetum facere. Pro Sext Rosc. 84.

Omnia fana depopulatur. in Verr.p 139.

Hera ei nulla vacua à furto est. in Verr.p.178.

Pecuniam tuam domum tuam avertisti , *pecunia ex ærario publico erogata quæstui tibi fuit* in Verr p.382.

Ærarium exhaurire,compilare Remp in Vat p 3.

Compilare sapientiam alicujus. pro Mur. p 22.

Hanc ex fœnore pecuniam non retulerit populo. in Verr.381.

Iste in furando manibus suis,oculis illorum utitur. in Verr 426.

Eriphylem accepimus in fabulis eâ cupiditate,ut,cùm vidisset monile , *ex auro,ex gemmis, pulchritudine ejus incensâ salutem viri proderet.* in Verr. 430.

Furti & captarum provinciarum nomine aliquem notare. Pro A. Cluent. 54.

Furtum domi fecit. pro A. Clu.p 81.

Vt ex vepreculis extracta nitedula Remp. arrodere conaretur. pro Sext. Rosc.36.

Hos Clodij furor rapinis & incendiis pavit. Mil.223.

Is aversâ pecuniâ aufugit. in Verr 83.a.

Hic in quæsturâ pecuniam publicam Cn. Carboni Cos. datam avertit. Att. 78.2.

Frumentum aversum à repub.abreptum ab aratoribus. Ibid.184 b.

Anti-

Antonius HS. septies millies pecunia publica avertit. in Attic 241 b.
Ne patiare Erotem hereditatem Turianam avertere Ep 199 b.
Te cum illius rapinis explevisti. Phil 2 357.
Non qui furtum facere studet Eun Prol. 28.
Quid in deserto loco nactus, quem multo auro spoliare possit imbecillum, atque solum. de Leg. l. 1. p 309.
Quod si negabit, si illi aurum ablaturum nunquam, ob eam causam negabit. de Leg l. 1. p. 309
Publicam di lapidabat pecuniam, aerarium exhauriebat, minuebat vectigalia, donabat civitates ex commentario Ep Octa p. 646.
Inest in tali liberalitate cupiditas rapiendi plerunque & auferendi per injuriam 1. Offic 20.
Alienis bonis manus afferre. Offic l 2 p 86.
Ibi primum insuevit exercitus populi Romani amare, potare, signa, tabulas pictas, vasa caelata mirari, ea privatim ac publicè rapere, delubra spoliare, sacra, profanaque omnia polluere. Cat. cap 11.
Prædas bellicas imperatores cum paucis diripiebant. Jug cap. 41.
Quos ad bellum spes rapinarum illexerat. Cat. cap 57.
Regem haud procul ab oppido Cirtâ armis exuerat. Jug 88.
Deinde à Getulis latronibus in itinere circumventi, spoliatique, pavidi sine decore Romam pergunt Jug. 103.
Spe prædæ in urbem irrumpere. 2 C 357.
Quanta prædæ facultas detur, demonstrant 4. 110.
Præda ex omnibus locis agebatur. 182.
Nesperatam prædam ex manib. amitterent 6. 163.
Ex reliquis captivum capita singula toti exercitui prædæ nomine distribuit. 7. 241
Cæsar castris potitus, à militibus contendit, ne in præda occupati, reliqui negotij gerendi facultatem amitterent. 4 26.
Marianis trophæis nequaquam manus invidas pepercisse. 9. 115.
Reliquias facinorosus invasor exhaustas & laceras reliquit. 4. 123.

G

Garrulitatis. Loquacitatis. Sermonis. Loquendi. Orationis. Vocis, Fabulandi. Colloquij. *Vide etiam Tit.* Alloquij. Alloquendi. *&c. & Tit.* Dicendi.

Schwätzen/Verschwätzen/Verplappen/Sprachen/ Reden/ Plaudern.

ADmodùm clarè fabulatur. Amph. 1. 1. ỽ. 144.
Nunquam etiam quicquam adhuc verborum perperam prolocutus. Amph. 1 1 ỽ. 19.
Orationem comprimam. Amph 1. 2. ỽ. 34.
Satine hoc planè sapis disertè? num videor tibi locutus esse? Amph. 2. 1. ỽ. 30.
Cùm eâ tu sermonem nec joco, nec seriò tibi habeas. Amph. 32 ỽ. 25.
At jam nunc orationem despoliato prædicas. Asin. 1. 3. ỽ. 51.
Vna pars orationis de die dabitur mihi Asin. 3. 1 ỽ 13.
Meam partem loquendi, & tuam trado tibi, atque ad loquendum atque ad tacendum. Asin. 3. 1 ỽ. 14.
Garriat, quoi neque pes unquam, neque caput compareat. Es hat weder Händ noch Füß Capt. 3. 4. ỽ. 81. Et Asin. 3. 3. ỽ. 140.
Quin nec caput, nec pes sermonum appareat.
Sermonem serere. Curc. 1. 3. ỽ. 37.
Fores crepuêre, linguæ moderandum est. Curc 4. 1. ỽ. 25.
Constant, conferunt sermones inter se sues trapeta. Curc. 2. 3. ỽ. 11.
Loqui cum aliquo porrectiore fronte. Cas. 2. 4 ỽ. 30.
Illa, haud verbum facit. Cas. 5. 2. ỽ 34.
Verbum nullum mutit. Cas. 5. 2. ỽ. 37.
Solus de sodalitate sum orator datus. Most. 5. 2. ỽ. 5.
Nimis cluet orator catus. Ibidem. ỽ. 21.
Non potuit venire orator ad me magis impetrabilis. Most. 5. 2. ỽ. 10.
Vt multa verba facit! ut tanta materies fuit! Mil. 4. 5. ỽ. 4.
Oratio aliò mihi demutanda est mea. Mil. 4. 7. 8.
Tu quidem ex ore mihi orationem eripis. Merc. 1. 2. ỽ. 64.
Oratio adepol pluris est hujus, quàm quanti hac emta est. Mercat. 3. 1. ỽ. 15.

Musca

Musca est pater meus. Merc. 2.3 ỳ.26. de homine garrulo, & curioso, adeoque impudenti. Vide Lex Plaut. litt. M.

Ita nunc per urbem solus sermo est omnibus. Pseud. 1.5.ỳ.4.

Orationem tibi para adversus senem. Ibid. 39.

Nimium jam tinnis, non places. Pseud 3.2.ỳ.99.

Nec molestus sermonibus, nec morologis uti. Pseud. 5.1.70.

En monstrum mulieris, tantula tanta verba fundit at. Pœn. 1.2.ỳ.61.

Villa Tyburis proximè in jus tuum venit 7. 20.

Frequentare has sedes O. clementias dixerim Deus, atq; eas sedulò adn fas, ut te concilarent adibus suis dominum 7 20.

Agres in Cæsariensi Mauritaniâ possidemus 7 65.

Frater meus existimet patrimonium fore suum per te constitutum 1. 10.

Qui rem à parente traditam per se tenere possint 4 1.

Adolescentem filium eius, pater suum legibus adoptavit, ut eius ipsius hæreditatis ius, caussamq; tueare 13. 20.

Entaris, contendas efficias, ut mea commendatione, tuo studio, Cæsaris beneficio, hæreditatem propinqui sui C. Capito obtineat. 1 3. c.

Nullam omninò arbitramur de ea hæreditate controversiam eum habiturum. (13. 30.

Lucius est cohæres meus, heres autem patroni sui. 13. 47.

Qu. Turius hæredes fecit similes sui 12 26.

Optima hæreditas à patribus traditur liberis, omniq; patrimonio præstantior, gloria virtutis, 1. Off.

Liberis non fruis satis amplum patrimonium paterni nominis ac memoria relinquam mi, in Or. Pro Dom. sua.

Res illis est per Apuliam, non tàm reditu ampla, quàm censu. 7.126.
In jus Herennij revertetur legibus quidem debita, sed patrus sensui acerba successio. 7.127.
Qui resovendi patrimonij mei gratiâ laboriosam peregrinandi necessitatem recepit 9.10.
Secerimei pulsatur hereditas 9 131.
Materfamiliâs emancipata bonorum, patre mortuo, non poposcit. Ibid.
Patrimonij negligens 9 123.
Qui se delectum possessione, questus est. 10.58.
Eum religionum statum petimus, qui fortunato Principi legitimos sufficit haredes 10.61.
Si ea hereditas scriptum successorem vel legitimum non haberet. 10.62.
Scriptis & legitimis su ccessoribus vacat hereditas 10 62.
Qui dudum patrus fruuntur insignibus. 10 69.
Eum adoptavit, & testamento pariter cum filijs haredem instituit. Jug. cap. 9.
Testamento secundum heredem aliquem scribere. Jug. cap. 65.

Hominis-Nauci-Nihili. *Vide etiam* Contemnendi. Calumniæ. & Nominum Ignominios. & Improbitatis.

Ein Vnnützer/Nichtswerther Mensch.

H*inc scito illum ante omnes minimi mortales pretij.* Asin 5 2. ✝ 8.
Omnium pol nequissimus. Asin. 2 5 ✝ 71.
At etiam cubat cuculus. Asin. 5. 2. ✝. 73 Vide Lex.
Cuculus. Dicitur in hominem adulterum, qui in alieno lecto incubat, ut cuculi alieno nido. Asin. 5. 2. ✝. 84.
Quantum terra integit, hominum periurissime Pseud. 1. 3. ✝. 116.
Illic est mala merx est. Pseudol. 4. 1. ✝. 44.
Hominis semissis magna copia est 5.6.
Simul vero homo semissis contra me armatulit. 5.10.
Quando tanta fex est in urbe. 7.33.
Quod infimo cuique contigit. 9 9.
Me autem ut scurram velitem malis oneratum esse, non molestè tuli. 9 20.
In urbem plures quàm unum perditum, abiectumq; latronem portaret. Ibid.

Hono-

Honoris. Honorandi. Reverentiæ. Ambitionis. Dignitatis. Authoritatis Ornandi. Gravitatis. Amplitudinis.

Ehren/ Würden/ Digniteten/ Verehren/ Ansehen.

Nunc huc honoris vestri venio gratiâ. Amph. 3. 1. ÿ 1.
Capi observare, ecquis majorem filius mihi honorem haberet. Aul. Prol. ÿ. 17.
Ille verò minus me impertire honoribus Ibid. ÿ. 19.
Eum bono is gratia feci Ibid ÿ. 25.
Haud decorum facinus tuis factis facis. Aul. 2. 2. ÿ. 43.
Nemo secus honore honestes Capt 2. 1. ÿ. 50.
Me honore fecit semper honestiorem, & facit Cas. 23. ÿ. 32.
Qui magis potuerit mihi honorem ire habitum, nescio Cist. 1 1. ÿ. 4.
Nam is mihi honores sua domi habuit maximos. Mil. 4. 2. ÿ. 82. Pers. 4 3. ÿ. 43. Stich 1. 1. ÿ 24.
Manus vobis do Pers. 5. 2. ÿ. 72. Lucret. l. 2. *Si tibi vera videtur, dede manus.* Dare manus, est cedere, & fateri se inferiorem.
Potiorem aliquem habere Stich. 1. 1. ÿ. 40.
Si hac te solùm semper fecit maxumi And 1. 5.
Meritò te semper maxumi feci. Chreme. And. 3. 3.
Tristis severitas inest in vultu. And. 5. 2.
Videt me esse in tantum honorem. Eun. 2. 2.
Hic pro illo munere tibi honos est habitus. Eunuc. 5. 7.
Quam ego scio esse honore quovis dignum Heauton. 4. 3.
Omnium quantum est, qui vivunt hominum homo honoratissimus. Cic.
Et in concionibus, & sententijs dicendis ad persuadendum tua plurimùm valeat oratio. de Orat. l. 1. p 181.
Authoritate plus etiam, quàm ipso ingenio valuerunt. Ibid 281.
Sed locum suum in ijs artibus, quæ tradita sunt, habent nullum. de Orat. lib 2 p 562.
Diligentia cùm omnibus in rebus, tùm causis defendendis, plurimùm valet. Ibidem 386.
Cùm omnem authoritatem in conspectu popul. Roman. concideres. Ibidem. 453.
Quæ quidem apud me ipsum valet plurimùm. Or. ad Brut. p. 674.
In ipsis ju[...] per magnam sæpè habent pondus de Part. p. 755.
Summa in ijs est authoritas, atque amplitudo. Pro Sext Rosc. p 87.
In bonorum virorum numero haberi. Ibid 77.

Ho-

Homines sapientes decet, & istâ authoritate, & potestate praeditos, quâ vos estis, ex quibus rebus maximè mederi convenit. Pro S Rosc. p. 90.
Vir optimus, & singulari fide praeditus. Pro Q Rosc. p 92.
Pisoa ali fide, virtute, gravitate, authoritate ornatus. Ibid 94.
Sociorum voluntas apud hos gravis est in Vert p. 61.
Authoritas ea, quae in vobis remanere debet, haerebit Ibid. 173.
Marcelli tutoris auth. ritas apud te ponderis nihil habet Ibid. 216.
Circumstant te summae autoritates. Ibid. 154.
Tantâ authoritate sunt, tantis rebus gestis, ut illo antiquorum & clarissimorum hominum, de quibus dixi, numero reponantur. Ib. d 40.
Authoritatem sibi in repub su cepit Ib d 551.
Rata authoritas rerum à iure civili sumitur Pro Cæc p. 551.
De authoritate Senatus aliquid detrahere Pro Aul Cl. p 63.
Authoritas consulis repentè in tantis tenebris illuxit. contr Rull p. 99.
Hebescere ac eam authoritatis in L. Cat p. 106.
De alicuius authoritate aliquid dirumpere Pro L Syl. p. 308.
Nescit quantum authoritate valeat. Pro Dom. p 411.
Longè plurimùm valuit Plancius. Pro Cn Planc p 514.
Non solùm illius sed etiam meam authoritatem vobis & reip. conservatam & restitutam pro Marc 282.
Nos in hac causâ authoritatem minorem habemus. Ep. ad Fam lib 1. p. 6.
Tuae literae praesertim de tuâ dignitate, & de nostrâ coniunctione maximi sunt apud me ponderis Ep Fam l. 1 p 60.
Plurimum valuisse apud me tuam authoritatem Ep ad Fam. l. 4. p. 108.
Florere authoritate. Epist. ad Fam. lib. 4 p 111
Pergratum mihi feceris, si dederis operam, ut is intelligat, hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuisse. Ep ad Fam. lib. 13 p. 409.
Magnum speravit meas apud te literas pondus habituras. Ep. ad Fam. l. 13. p. p. 410. Vide inf a T t. *Valoris.*
Authoritati obtemperavi. Epist ad Fam. lib 15. pag. 460.
Hos in tribunatu spoliare instituit omni dignitate. de Orat. l. 3. p. 455.
Civitatis honos est habitus a Graecis Ibid 489.
In parentis eum loco colere debebamus. Brut p. 521.
Maximique huic laudi habiti honores, illustre nomen oratorum reddiderunt. Ibid 533
Et si utrique primas, priores tamen libenter deferunt Ibid. 543.
Summos honores adipisci Ibid. 547.
Honoribus maiorum respondere non potuit Ibid 553.
Caius Milenius homo per se magnus, propè per vile ratione summus evaserat. Ibid 570.
Ex his Cotta, & Sulpitius, cùm meo iudicio, tùm omnium facilè primas tulerunt. Ibid. 572.
Ad honores adscendere. Ibid 591.
Primas tenebat adolescens Ib d 619.
Tribuere alicui primas secundas & tertias. Orat. ad Brut. p. 639.
Ascendere in honorem Ibid. 659.

Ad eum summum honos pervenit Pro Q p.5.
Quem ut ipsi et dignitas posset honoris, nomine Pro Q p.9.
Apud eum in honore, & pretio sunt Pro Sext Rosc p 63.
Is mihi videtur amplissimus, qui suâ virtute in altiorem locum pervenit, non qui ascendit per alterius incommodum, & calamitatem. Ibid. 65.
Domi dignitas foris autoritas retinetur. cuique honorem & gradum suum reddere, viris fortibus, quorum opera eximia in rebus gerendis extitit, honos habitus est. Pro Sext. Rosc p.84.
Hoc sibi amplissimum pulcherrimumque ducens. in Verr. p 133.
Honorem debitum detrahere alicui. Ibid.
Propter virtutem splendidus, & gratiosus. ibid. 479.
Honor hic amplissimus apud Syracusanos est. Ibid. 478.
Consurgitur honorificè, in curiam cùm venimus, rogatu magistratûs ascendimus, incipit loqui, qui & authoritate, & ætate, & ut mihi visum est, usu rerum antecedebat. Ibid.
Honos omnis sublatus est ab illo Ibid 522.
Hunc præsentem ijs affecit honoribus, quos habuit amplissimos Pro Font. pag. 570.
Quâ in re plurimùm valuisti apud nos Epist. ad Attic. l. 3 p.82.
Qui plurimum valere debuit. Ep. Att lib. 5 p.31.
Valet authoritas eius apud illum plurimùm. Ep At. l. 8. p.146.
Planè serviunt existimationi meæ Ep. Att. l 5 p 147.
Mea laus apud me plurimùm valuit Ep. Att. lib 7 p.197.
Eodem apud me est pondere, quo fuit ille Ep. Att. l. 10. p 303.
Quin hæ literæ apud te plurimùm authoritatis haberent. Epist. ad Att. l. 16. p.513.
Re semel auditâ, ad unius authoritatem se contulerunt. Acad. libr. 2. pag. 17.
In authoritate eorum delitescere. Ibid. 31.
Vide ne pulcherrimarum rerum à te minuatur authoritas. Acad. Quæst pag. 37.
An Stoici Poetis dederint authoritatem. de Nat. Deor. lib. 3 p.152.
• *Etiam mortui valuit authoritas.* 1. Off. p 32.
Authoritatem alicuius sequi. de Fin. l p. 44.
Vt ab ultimis authoritatem repetam de Div. l 2 p.155.
Vbi videt me esse in tantum honorem Eunuch. 2.2.
Hic pro illo munere tibi honos est habitus. Eunuch 5.7.
Ego quoque à meis me amari, & magni pendi postulo Adel. 5.4.
Rex te ergo in oculis sc gestare Eun. 3.1.
Quem ego intellexi illam haud minùs, quàm se ipsum, magnifacere. Hecyr. 2. 2.
Ostende, qui vir siet. Eun 2.3. ỽ 15.
Mea fama commodum. Hec. 4. ỽ 9.
Meritò te semper maximum feci. Andr. 3 3. ỽ. 42.

Vt

Vt eis maior honor habendus sit. ad Heren. l. 2. p. 46.
Iure parentes à liberis, & à parentibus liberi coluntur. ad Herenn. lib. 2. pag. 31.
Quos eadem fortuna paulò antè in amplissimo statu collocaret. ad Heren l. 4. p. 93.
Inimici nostris suffragijs in amplissimum locum pervenerunt. ad Heren. lib. 4. pag. 112.
Vir ingenio præstans, omnique doctrinâ Brut. p. 579.
Cneius Pompeius vir ad omnia summa natus Brut p. 590.
Magnus honos viri jucundus fuisset mulieri, si diuturnum esse licuisset. Pro Cæc. p. 590.
Pacis dignitatem sustinere Pro Leg. Man p. 633.
Aliquo in numero aliquem putare Ibid. 642.
Altiorem gradum dignitatis beneficio alicuius consequi. Pro Aul. Cluent. p. 69.
In amplissimum locum pervenire Ibid. 10.
In honore habere aliquem Ibid 83.
Turbulentâ ratione honori velificari suo contra Rul. p. 101.
Quæ vitæ via facilimè viros bonos ad honorem dignitatemque perducat. Ibid.
Honoris vestri luce caruerunt Ibid 102.
Hec honore ex novis hominibus primum me multis posthabitis affecistis Ibid. 103.
Anteferre aliquem nobilitati Ibid.
Honoribus ornare aliquem Ibid 127.
Honoris causâ excipere aliquem Ibid.
Non eos in Deorum immortalium numero venerandos à nobis, & colendos putatis. Ibid 80.
Qui nondum ad honores accesserunt Pro Luc. Flac. p. 366.
Maturè aliquem ad summum imperium per omnes honorum gradus extollere in L. Cat p. 176.
Majorum suorum unum ascendere gradum, dignitatis suæ splendorem obtinere L. Syll. p. 307.
Quæ tam ingratæ literæ reperientur, quæ non eorum gloriam immortalitatis memoria prosequantur: in A 167 a
Genus orationis fusum atque tractum prosequendum est de Or. 114 a
Quæ circa & mortui vivunt, tantus eos honos, memoria, desiderium prosequitur amicorum. de Am 190 a
Prosequi laudes clarorum virorum ad cantus, ad tibicinem. de Leg. 182. b
Laudo vos Quirites, cum gravissimis animis prosequimini nomen clarissimi adolescentis. I. A. 191 b
Populus Rom. maximo clamore & plausu Bruti memoriam prosequebatur in A. 225. b
Prosequi aliquem omnibus officijs. Ep. 149. b

Qui

Qui paternam amicitiam nullis ipsi officiis prosecuti sunt. Ep.91.a
Mirabilis eum virorum bonorum benevolentia prosecuta est Ep.254 a
Te vero quibus studiis prosequemur? Pro Mur.132 b
Alicuius virtutem grata memoria prosequi. in A.263 a
Prosequi aliquem plausu, alter Pers. qui de Ar.256.a
Deinde impudentia prosequor, sed idem sarciam. Ep 226.a
Prosequi aliquem verbis vehementioribus in V.123.b
Afficere aliquem summo honore Pro Arch.poeta.p 347.
Qui sunt assequuti summum gradum honoris, non dispoliabuntur honore, qui sperant faciliùs & procliviùs ad laudem nobilitatis pervenient. in Orat. post reditu.p.395.
Ad honorem aliquem & imperium deferre. Pro Dom.p.408.
Honoribus augeri. de Aur.Resp.p.419.
Doceo Cn. Plancium non obrepsisse ad honorem, sed eo venisse cursu, qui semper patuerit omnibus. Pro Cn.Planc p 500.
Non hic magis, quàm ego à meis competitoribus & aliàs, & in Consulatus petitione vincebar Ibid.
Curio misi, ut medico honos haberetur, & tibi daret quod opus esset. Epist.ol. 259. b
Is enim mihi honos videri solet, qui non propter spem futuri beneficij, sed propter magna merita claris viris defertur, & datur Ep 146.b
Praefari honorem Epist.140.b
Vt maioribus natu assurgatur, ut supplicium misereatur. de Inv 52.b
Nemo tibi in curiam venienti amplius assurrexit, in P.85 a
Salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci, consuli, &c. de Sen 90.a
Pollicitus est, quantum vellent pecuniae si me aedilitate deiecissent. in Verrem. 70.b
Quintus Tubero praeturâ deiectus est. Pro Mur.142 b
Deijci de urbis praesidio, & de custodiâ civitatis deturbari. Pro Mur. 143.a
Senex perfunctus honoribus & reip. muneribus de Or.101.b
Cùm in eâ urbe summis honoribus imperijsq; usus sit. At.119.b
Homines honorarij de Inv.61.a
Is processisset honoribus longiùs, nisi semper infirmâ atq; agrâ valetudine fuisset de Clar.180.b
Cotta in mediocrium oratorum numero dicendi non ita multùm laude processerat. Ibid.176.b
Cùm & honoribus amplissimis, & laboribus maximis perfuncti essemus. Ep. 9.a
Publicani Domitium cum equis prosequuti sunt. Qu.Fr.241 b
Legio quarta C. Caesaris exercitum prosequuta est. in Ant.192 b
Cùm te prosequerer paludatum. Ep.205.a
Cùm te Puteolis prosequerer. Ep.40.a
Is me in discessu meo non lachrymis solùm suis, sed animo, corpore, copijs prosecutus est Pro Planc.175.a

Minturnenses C. Marium linquentem eam terram, quam servaverat lacrymis votisq; prosecuti sunt. pro Plan 264 a

Latari alicuius honore pro Cn Plan p 501.

Quorum honoribus agri propè dicam ipsi, montesq; fuerunt pleni. pro Cn. Pl p. 502.

Summos adipisci ab aliquo honores pro Cn Plan. p 515.

Fors iis tu quidem, quàm nonnulli defunctis honoribus. ibidem.

Ille sibi me potius peperisse iam honores, quàm iter demonstrasse adipiscendorum putet. pro Cn Plan p. 518.

Honorum gradus summis hominibus, & infimis sunt pares, gloria dispares. p s Cn. Plan p 519.

Reliquis honoribus non tam uti voluit. Sest 5.

Sic illi fascibus & insignibus cateris summis honoris, atq; imperij ornatos esse arbitrantur Sest p. 10.

Qui suum consuetum observavit Sest. 6.

Frater spem in altissimo gradu alieno opibus positus est Sest p. 11.

Valet apud nos clarorum hominum, & benè de republicâ meritorum. Ibidem

Ille ad suam magis quandam gloriam, quàm reipublica salutem sperarat. Sest. 19

Omnia semper ad dignitatem retulissem Sest. 25.

Videtis me in pristinam meam dignitatem reipublica voce esse revocatum. Sest. 27.

Iam erat à senatu honorem consecutus. Sest 29.

En regio Catonis splendorem maculare voluerunt Sest 21.

Qui cùm ad gloriam suam, atq; amplissimi beneficij gratiam pertinere videret Sest 36.

Videbatur honorem debitum patri prastitisse. Philipp. libr. 9 p. 46.

Solidam & veram laudem quarat Sest. 47.

Cùm eius adolescentia in amplissimis honoribus summi viri florere voluisset. Sest. 54.

Honore dignissimos iudicat Sest. 57.

Reditum in patriam omni dignitate recuperatâ Sest pagin 64.

Tibi hunc honorem à me haberi fortè ne m rere. Vat. 74

Honos talis populi Romani voluntate pa. cis est delatus. Vat p. 77.

Quem absentem in amplissimum ordinem cooptarunt. Cœl. p 39.

Nemini unquam prasenti honores maiores habuerunt, quam absenti Calio. ibid.

Qua detrahenda spoliandaq; huius dignitatis gratiâ dixerunt. ibid.

Quacunq; in aequitate dignitas esse potest, ea semper in Calio habetur summa. ibid.

Eius frater summo splendore praditus est Cæl 100.

Eundem, quem nobilissimi, cursum laudis petere videbantur Cæl. p. 124.

Adolescentes magno ingenio refranandi sunt potius à gloriâ, quàm incitandi Cæl. 125.

Po-

Populi Roman. excellens dignitas, Cn. Pomp sic longè lateq; diffusa laus, ut ejus gloria domicilium communibus imperij finibus terminetur. Corn. 131.
Est macula, vellei; sum florem dignitatis infringere. Corn. pag 131.
Hunc populus Romanus singularibus honoribus declaravit ibidem.
Eius res gestæ sempiterni nominis gloriâ nituntur. ibid.
Vivat mortuorum authoritas immortalis Corn. 148.
Hominum ignobilium virtutem persæpè nobilitatis inertia prætulerunt, Corn. 149.
Quæ civitas est in Asiâ, quæ non modò unius imperatoris, aut legati, sed unius Tribuni militum animos, ac spiritus capere possit? pro Leg. Man pag. 654.
Quamdiu hic eris noster, hic præfectus moribus parebo authoritati tuæ. Ep. ad Fam l. 9 p. 258.
Cùm sibi ita persuasisset ipse, meas de se accuratè scriptas literas, magnum apud te pondus habituras. Epist. ad Fam. l 13. p 547.
Cùm afflixisset principum gravitatem nunquam conquievit. de Leg l. 3. pag 356.
Gravitatem alicuius intueri. Q. Tusc. l. 3 p 367.
Senatus authoritatem Populi Romani libertatem, atq; imperij dignitatem, suis armis esse defensam de Divinat lib. 1 pag 167.
Authoritatem & fidem rei alicui adiungere de Divin l. b 2 pag 257.
Authoritate aliquem frangere. Q Tusc. l. 1 p 314.
Vt authoritate valeant, & utantur bonis de leg l. 1 p 362.
His maior, quàm antè tribuenda est authoritas 1 Off p. 37.
Pythagoras & Pericles summam authoritatem sunt consecuti sine ullâ hilaritate. 1. Off p. 43.
Apud externos populos valere opibus, & gratiâ Off lib. 2. p 90.
Et in ipsâ senectute præ cæteris floruisset de Amic p. 184.
Maximâ cum gratiâ, & gloriâ ad summam amplitudinem pervenit. Brut. pag. 604.
In ore omnium quotidiè versabatur pro Sex Rosc. p. 42.
Virtute perfecit, ut quanto honore, ipsa ex illorum dignitate afficeretur, non minora illis ornamenta, ex sua laude redderet. pro Sex Rosc. p. 88.
Homo cum primis honestus, frugalissimus, castissimus, summo honore, pudore, officio, vir amplissimus ordinis sui. in Verrem p 213.
Senator populi Rom. ini. splendor ordinis, decus atq; ornamentum iudiciorum, exemplar antiquæ religionis pro Cæcinn pag 596.
Catoni incredibilem tribuit natura gravitatem, eamq; ipse perpetuâ constantiâ roboravit. 1. Off p. 45.
Chrysippus in honore habuit. Ep Att. lib 7. p 200.
Me nunc Pompeij dignitas valdè movet Epist. Att. lib. 9 pag. 290.
Recipiunt Cæsari de consecrandâ, de augendâ meâ dignitate curæ fore. Ep. At. lib. 11. p 339.
Huic habiti à me honores. Ep. ad Brut. p. 554.
Cùm in te non solùm exercitus tui, sed omnium civium, ac penè gentium coniecti oculi sint. ibid. 545.

Per ipsos dies effudit honores in mortuos. Ep. ad Brut p. 555.
Huic nihil crediderit, nullam partem existimationis tuæ commiseris. ad Qu. Fr l. 1. p. 573.
Amplissimis monumentis consecrare memoriam nominis. Ep. Qu. Frat. lib. 1. p 578.
Quid est, quod ullos Dijs honores, cultus, preces adhibeamus? de Nat. Deor. l. 1 p. 4.
Honore aliquem afficere. de Nat. Deor l. 1. p 18.
Qui altiore sunt animo, capessunt Rempub. honoribus imperijsq; adipiscendis. Fin. l. 1 p. 275.
Tantam laudem est adeptus. Prov. 164.
Cùm ipse cæteris omnibus, omni honore esset antelatus, ampliorem honorem alteri tribuebat, quàm ipse erat consecutus. Ibid. 167.
Laurea illa maxima, periculis parta, amittit longo intervallo viriditatem. Ibid 168.
Senatus eum ad gloriam, & summum honorem devocat Ibid 168.
Neminem unquam est hic ordo honoribus complexus Ibid 172.
Si hominum præclarissimorum, ac potentissimorum honorem minuere. Ibid. 173.
Per quem ordinem ipse amplissimam gloriam est consecutus. Ibid. 173.
Obrepsisti ad honores errore hominum. Pis 178.
Magnum honorem ille homini deferebat. Ibid.
Multos eximios & singulares honores Cæsari decreverunt. Pis. 172.
Ego civem meo iudicio cum Deorum laude coniungo. Pis 186.
Maximis a vobis honoribus effectus sum Pis. 191.
Trium. hi honorem, & dignitatem contemnere Pis 202.
Confecto bello formidolosissimo, lauream tibi illam coronam decerni voluisti à senatu. Pis. 203.
Fertur ille vir magnâ gloriâ Ibid.
Mihi illa omnia immortalem gloriam dederunt. Pis. 205.
Tuetur dignitatem suam Mil 216.
Singularis illa huic uni concessa gloria, quæ quotidiè augebatur frangendis furoribus, morte Clodij cecidit. Mil 216
Frontem perennem gloriæ suæ perdidit. Ibid.
Græci homines deorum honorem tribuunt ijs viris, qui Tyrannos necaverunt. M l. 254.
Honores assecutus est amplissimos. Mil. 255.
Mihi ipsi contribuenda laus est.
Simulacrum pristinæ dignitatis, quod Cæsar solus tuetur & sustinet: quæ quidem miserrimis rebus huic tribuenda maxima est Rab 278.
Labefactare dignitatem alicuius velle, ex quâ illi nihil detrahi potest. Rab. 280.
Pristinam alicuius dignitatem amplificare Marc 284.
M Marcello suam dignitatem reddidisti Marc 285.
Ipsi & filio nomen regium concessisti Deiot 320.

In al.

In altissime dignitatis gradu locati, rempublicam pro nihilo haberemus. Philip. 1 328.
Hanc dignitatem aquo animo potuisti deponere Phil. 1. p. 334.
Hic honos post conditam hanc urbem habitus est togato ante me nemini. Phil. 2. 343.
A te sum cultus, tu à me observatus in petitione quastura. Ibid. 357.
In homine turpissimo obsolescebant dignitatis insignia Ibid 378.
Cur honorem Casaris tuâ lege datum, deseri patiamur? Ibid. 380.
Sin militibus exquirendi sunt novi honores propter immortale meritum Phil. 3 389.
Senatus arbitratur singulares honores exquirendos esse. Phil. 4 p 402.
Pro tantis in Remp meritis honores eis habeantur. Phil 3. p. 400.
Honores & pramia spopondistis Phil. 5. 418.
Lepido pro eius egregiis in Remp. meritis decernendos esse honores quàm amplissimos censeo Ph l 4. 521.
Cur non quàmprimum amplissimos honores capere cupiamus? Ph l. 5. 415.
Hi sic summi honores & exquiruntur, & parati sunt. Ibid 426.
Honoris nomine nemo dignus est, nisi qui tanti honoris nomen potest sustinere. Phil 7. p. 437
Casari meritos quidem illos honores, & debitos tamen, singulares immortales decrevistis. Ibidem. 419.
Optimam Galliam laudibus amplissimis affecistis. ibid.
Omnia consilia & facta ad virtutem & dignitatem dirigemus. Philip. 10. 474.
In cœlum vos, si peterit fieri, humeris nostris tolleremus. Phil. 11. 488.
Cur decernit honorem sepulturæ, qui in maximis haberi potest, mortuo. Phil. 9. 461.
Augeatur iste honore ille vir, cui nullus honor tribui non debitus potest. Ibid.
Si mors legati sine cade, atq; ferro nullum honorem desiderat, cur decernit honorem sepultura? Ibid.
Amplissimi honoris nomen obtinebis Phil. 11. 467.
Honorem homini amicissimo suo suffragio denegasset. Phil. 11. 485.
Teneat dignitatem, vestram dignitatem amittatis, Antonij retineatis. Phil. 12. 495.
Honores ei decrevit amplissimos Phil. 13. 510.
Honores in eum maximos contulisti Phil. 13. 511.
Omnia ornamenta in virtute, & industriâ posita lucent. Philip. 13 pagin. 518.
Multis tale genus honoris tributum est Phil 14. 544.
Primum honorem in quasturâ adeptus est. in Sall 555.
In senatu ita sum cum ille locutus, ut mihi viderer animum hominis ab omni aliâ cogitatione ad tuendam dignitatem traducere. Ep. ad. Fam. lib. 1 p. 8.
Nos in senatu dignitatem nostram, quemadmodum spero, ut potuit in tantâ

hominum perfidiâ, & iniquitate, retinebimus Ep Fam.l.1.p 8.
Dignitatis tuae, nemo est, qui existimet habitam esse rationem a senatu Ep. ad Fam.l.1.p.9.
Vitam pro dignitate profundam Ibid.
Illustrabit tuam amplitudinem hominum iniuria Ep. ad Fam.li.1.p 12.
Obtinere summum atque altissimum gradum civitatis. Ep. ad Fam. l.1. p. 12.
Amplissimis honoribus perfungi. Ep Fam.l.1.p.9.
Quamobrem elaborabo, ut omnes intelligant, à me habitam esse rationem tuae maiorumque tuorum dignitatis. ibid.60.
Scito indies maiori curae mihi esse dignitatem tuam Epist.ad Fam lib.2.p 58.
Non maiore studio equidem, sed acriùs, apertiùs, significantiùs dignitatem tuam defendissem Ep Fam lib.3.p.88.
Sic cùm de tuis rebus gestis agebatur, inserviebam honori tuo. Ibid.
Obesse alicuius dignitati. Ep ad Fam.lib 5.p.127.
Habere alicui honorem. Ep. Fam.l.5.p 145.
Sum mihi conscius, me, quoad licuerit, dignitati reip. consuluisse. Ep. ad Fam. l.5 p 180.
Favere alicuius dignitati. Ep adFam.l.10 p.275.
Meum studium honori tuo pro nostrâ necessitudine non defuisset. Ep.Fam.l. 10 p.276.
His de causis mirabiliter faveo dignitati tuae Ibid.277.
Omnem tibi reliquae vitae dignitatem ex optimo reip statu acquire Ibid.
A te peto, ut dignitati meae suffrageris Ibid 282.
Omnibus, mihi crede, honoribus abundabis Ibid 286.
Haec summa est, ut omnia te metiri dignitate malim, quàm ambitione. Ibid. 306.
Ornare aliquem summis honoribus. ibid 307.
Pacem si à severitate seiungis, consulas & Reip & dignitati tuae. Ibid.
Tamen tuae dignitati ita favemus. Ibid 3 8.
Quamobrem velim tibi persuadeas, me tùm reip. causâ, quae mihi vitâ meâ charior est, tùm quòd tibi ipse faveam, tuamque dignitatem amplificari velim. Ep. ad Fam.lib.11 p.325.
Suasisti, ut consulerem dignitati meae. Ibid 349.
Semper favi dignitati, & gloriae tuae ad Fam.l.12.p.356.
Quanto studio dignitatem tuam in senatu defenderim, ex tuis te malo, quàm ex meis cognoscere. Ibid.
A te peto, ut dignitatem meam tibi commendatam habeas. Ep. Fam lib.12. p.360.
Dignitatem, quantum in te est, tuere Ibid.
Hoc, mi Cornifici, facies, caeterisque rebus omnibus eius dignitati reique, si me amas, consules. Ibid.375.
Tuam famam & dignitatem tuebor. Ibid 376.
Te tuam dignitatem tuâ virtute tenuisse provinciaeque honoribus amplissimis affectum esse, vehementer gaudeo Ibid 379.
Eo die pro vidi multum, atque habui rationem dignitatis tuae. Ibid.

Ne

Ne in honoribus meis, nec in laboribus unquam defuerunt. Ep. ad Fam lib. 13 p 441.
Si tu honorem meum tuâ sententiâ comprobaris Ep Fam. lib. 15 p 469.
Eum honorem tibi Deos fortunare volo Ibid 475.
Labore alieno partam gloriam verbis in se tran movet Eunu h 3 1 9.
Ad dignitatem in Repub. retinendam solutus. Ep. ltol. Attic lib. o primo, p. 18.
Eius collega in me perhonorifice. Ibid.
Ille locus habet authoritatem penè principis Epist At. l. 1. p 8.
Licere amicorum facultatibus in emendo ad dignitatem aliquam pervenire. Epist. Att. l. 1. p. 19.
Respondit, senatûs authoritatem sibi omnibus in rebus maximam videri. Ep. At l. 1. p. 28.
In eo neq; authoritate, neq; gratiâ pugnat. Epist. Atic. lib 1. p. 29.
Erigite animos, retinete vestram dignitatem. Epist. Att. libr. 1. p 28.
Videt me esse tanto honore Eun 2. 2. ✝ 29
Senatûs authoritatem abiecit. Epist. Att. l. 1 p 36.
Imminuit authoritatem suam. Epist. Attic. lib 1. p 39
Videtur posse rebus nostris aliquid lucis afferre. Ep Attic lib 2. p 45.
Hic Caecilium col.m ..., & observ m.m diligenter Ep st. Attic. lib. 2 p. 21.
Honestissimè nostram dignitatem magnâ curâ tuemur. Epist. ad Att. lib. 2. p. 79.
Splendorem nostrum forensem in Senatu, authoritatem & apud viros bonos gratiam consecutus sum Ep. Att. l. 4 p. 106.
Me esse in oculis civium de me optimè meritorum. Ep At. l 4. p 112.
Pecunia omnium dignitatem exaequat Ep. At l 4 p. 126.
Qui Quintum meum tractat honore, dignitate, gratiâ. Epist. Att. l. 4 p. 135.
Ores magno prandia honori fuerunt. Off l 2. p. 89.
Summo semper in honore fuit cognitio, atq; interpretatio Off l 2 pag. 91.
Huic quoque in maioribus nostris in totâ dignitate principatus datus. Off l. 2. p. 91.
Cùm summâ utilitate Reip. magnam ipsi adipiscentur, & gratiam, & gloriam Off. l 2. p 99
Itaq; in maximâ celebritate, atq; in oculis civium quorundam vivimus. l. 3. p. 101.
In maximâ gratiâ futurus sis, & gloriâ. Off. lib 3 pag. 132.
Tenere consularis dignitatis gradum. Off l. 3. p. 138.
Quò maiorem authoritatem haberet oratio. de Seneɛt p. 149.
Ut & tam alto dignitatis gradu ad superos videatur potiùs, quàm ad inferos pervenisse de Amic p. 187.
Eaq; honori sint, & dignitati. de Amic p 209.
Hic honos veteri amicitiae tribuendus est. de Amic p. 212.
Nam neq; authoritate quisquam apud me plus te valere potest, neq; voluntate. de Orat. l. 1. p. 220.
Cùm & honoribus, & rerum gestarum gloriâ floreret. de Orat. lib. 1. p. 265.

Quorum gloria, & dignitas nobis curae est de Or l.1 p.274.
Cùm verus, iustus, atq; honestus labor honoribus, praemijs, atq; splendore decoratur de O at.l.1.p 320.
Vt amplissimus honoribus & praemijs decoraretur. Ibid 332.
Retinuit in rebus asperis dignitatem de Orat.l 2 p.445.
In summo apud aliquem honore esse. Q.Tusc l.1 p 296.
Olli ad honoris amplioris gradum is primus ascensus esto. de Leg l 3.p.451.
Qui primum ut impio dignum fuit, patribus eripuit omnem honorem. Ibid. 356.
Tantillum modò de dignitatis gradu dimoveri. Qu. Tusc.l.2.p.371.
Quem hem nos igneti nullis suffragantibus meritis honore afficiant. de Pet. Consf.p 355.
Honores contemnere, eaq; quae his contraria sint, pro nihilo ducere. Qu. Tusc. l 5.p.462.
Capere honores Q Tusc.l.4.p 422.
In maximis animis splendidissimisq; ingenijs plerumq; honores existunt imperij, potentiae, gloriae, cupiditatis 1 Off p 12.
Adhibenda est quaedam reverentia erga homines. Ibid. 40.
Honori fuisse accepimus Ibid 55
Honoribus inservire coepi. Ibid 65.
Vsitatus honos pervulgatusq; tributus est ijs, quibus novi & singulares debentur. Phil.14 p.536.
Habet amplissimi honoris nomen Ibid.541.
Quod huic à me tributum est ornamentum Phil.13.528.
Quibus pro tantis rebus nullum insigne honoris, nullum monumentum laudis postulo in C.116 b
Deferre palmam alicuius rei cuipiam de Or.129.b
Deferre praemium dignitatis alicui. Pro Flac.p 146.a
Omnia generis, nominis, honoris insignia atq; ornamenta occiderunt. Pro Syl. 84.a
Velleius, ad quem tum Epicurei primas ex nostris hominibus deferebant de Nat.5.a
Primas in caussis agebat Hortensius. de Cl.193.b
Hortensius facile primas tenebat. de Clar.196.a
Ex his illi duo facile primas tulerunt. de Cla 182.a
Nos in caussa autoritatem eo minorem habemus. 1.1.
Senatus autoritas gravissima intercesserat. 1.2.
Gratiam nostram extinguit hominum suspicio. Ibid.
Maiorem autoritatem habere. 1.7.
De sententia, atq; autoritate alicuius scribere, id est, *ex autoritate.* Ibid.
Tantum fuisse autoritatis in ordine illo. 1.9.
Exercitus ornatus quadam autoritate nominis nostri. 2 9.
Quorum industria Roma potest illustris esse, h.e. *in aliquo nomine, & autoritate.* 2.11.
Caesar singularibus ornatus, & novis honoribus, & iudicijs Senatus &c. 1,9.

Si

Si non is in nos esset, qui esset, tamen ornandus videretur. Ibid.
Mihi vero tantum decoru, tantum dignitatis adjunxeris. 2.5.
Honorificum in me fuit. 2.12.
Ornavit res nostras divinis laudibus. 2 14.
Quæcunque à me ornamenta in te proficiscentur. &c. 2.18.
Cum tu omnibus, vel ornamentis, vel præsidiis redundares 3 10.
Multa mihi veniebant in mentem, quamobrem istum laborem tibi etiam honori putarem fore. ibid.
Dubitare non possum, quin tibi amplitudini ista solicitudo futura sit. ibidem.
Quibus ille me in rebus non ornatum voluit amplissimè. ibid.
Cùm aliquantulum ex provincia atque ex imperio laudis accesserit. 1. 7.
Quem mihi fortuna dedit amplificatorem dignitatis meæ. 2.8.
Dignitatem tuam, quæ quidem à te ipso integritate, & clementia tua sic amplificata est, ut nihil addi posse videatur. 2.17.
Accessio fortunæ & dignitatis. 2 1.
Si quando erit civitas, erit profectò nobis locus. 2.15.
Valet id quidem apud me multum, hat bey mir ein groß Ansehen. 2.18.
Tuæ literæ maximi sunt apud me ponderis Ibid. 3.1.
Cum mihi videbar, & fidelitatem erga te perspexisse & nosse locum, quem apud te is teneret 3. 6
Tua dignitas locum suum obtinet. Wird in ihren Acht bleiben. 3 9.
Cum sententiæ nostræ, magnum in senatu pondus haberent. 1 9.
Si merita valent. 3.10.
Posteaquam illi arti, cui studueram, nihil esse loci, neque in curia, neque in foro viderem 4. 3.
Tua scientia excellenti non multò plus, quam nostra relictum loci. Ibid.
Cujus injuria mihi summo honori fuit. 5. 2.
Si honos is esset, majorem tibi habere non potui. 5.20.
Hisce eum ornes gloriolæ insignibus. 7. 5.
Te non modo tuendum mihi, sed etiam augendum atque ornandum putavi. 7.17.
Cum viderem me à Cæsare honorificentissime tractari. Ibidem.
In honorem adducere 7 27.
Cupio nostrum illum amicum in tribunatu quamplurimum habere gravitatis. 7.33.
Meas preces apud eum non minimum autoritatis habere puto. 9 9.
Sic, tribuere, attribuere, adjungere, tenere, afferre autoritatem, valere autoritate, alibi apud Ciceronem sæpissime.
Apud quem quicquid valebo vel authoritate vel gratia, valebo tibi, das soll dir zu gut gehen. 6. 6.
Lælios, Antonios, & id genus valentes dico, id est præstantes, & potentes. 8 4.
Fiet quodcunque volent qui valebunt, id est rerum potientur. valebunt autem

tem semper arma. Gewalt wird vorgehen/Platz behalten/vor recht gehen. 9.17.

Homo valde honeratus. 9 21.

Is denique honos mihi videri solet, qui propter magna merita claris viris defertur. 10.10.

Sit modo aliqua Respub in qua honos elucere possit, omnibus mihi crede amplissimis honoribus abundabis ibid

Honos perpetua virtutis est præmium Ibid.

Verum decus in virtute positum est 10 12.

Nihil prætermisi in te ornando 10.13.

Honorificentissimam sententiam dicere 10 22.

Cum esses ab eo ordine ornatus summis honoribus 10.27.

Lator mea consilia à te probari, de adornando adolescente, id est, *Decernendo Cæsari Octavio consulatu* 11.14.

Lamia summo splendore, summa gratia est. 11.16.

Magno tibi erit ornamento 11 22.

Vir omnibus rebus ornatus 11.21.

Cùm in isto genere multo etiam ambitiosius facere soleam, quàm honos meus, & dignitas postulat 37.

Molestè tuli non illa beneficia tua potius ambitioni reservata esse, quam mea, qui ambitione nihil uterer. 5. 20.

Ambitiosa festinatio 10 25.

Quæ potest esse spes in ea Repub. in qua nec senatus, nec populus vim habet ullam. 10. 1.

Hircius demonstrabat, timere eum, ne nulla partes iis in repub. relinquerentur. 11.1.

Dubitanti mihi &c. magnum pondus accessit ad tollendam dubitationem, judicium & consilium tuum. 11 29.

Hæc à te peto, amicitia nostra nomine, quam confido apud te plurimum posse. 12 12.

Scio quantum ponderis, mea commendatio sit habitura. 12 26 & 27

Hunc tibi ita commendo, ut si eodem apud me loco esset, quo est apud patronum suum 13 24.

Si quid apud vos autoritas mea ponderis habet. 15 1.

Quos cohonestaris, inprimis me &c. 13.12.

Bonus plane vir, & tum virtutibus, tum etiam fortuna ornatus. 13.14.

Ejus summa existimatio igitur in eo. &c. 13.66

Ad existimationem imperij pertinere arbitratus sum exprimere eorum audaciam. 15.4.

Si mihi tua sententia tributus honos, & meis literis fuerit. Ibid.

Honos si deferatur à Senatu, non aspernandus videatur. 15.6.

Τὸ καλὸν δι' αὐτὸ αἱρετὸν esse 15.17.

Difficile est hominibus persuadere, ἡδονὴν καὶ ἀναλγησίαν, virtute, justitia, τῷ καλῷ parari, id est, *voluptatem, & tranquillitatem, virtute, justitia, & honesto parari,* Ibid.

ii, qui à nobis φιλήδονοι *vocantur, sunt* φιλόκαλοι καὶ φιλοδίκαιοι. Ibid.

Τὸ καλῶς ζῆν Ibid.

Honestum id intelligimus, quod tale est, ut detracta omni utilitate, sine ullis præmiij fructibus per se ipsum possit laudari. de finib.

Est profecto aliquid natura pulcrum atque decorum, quod sua sponte petitur, quodque spreta & contemta voluptate optimus quisque persequitur. In offic.

Inter hos juvenale decus, sed honore senili Bisseno celsus fasce cluis. 1.1. Symmach.

Celsus honoribus est. 1.2. AN JUL.

Tanto honore celebrabar, ut jam gravarer officiis. 1.3.

Mihi utrumque honorem fecistis. 1.6.

Largus honorum est 1.21.

Quem emendatio animi & sanctitas honoribus æquiparat 1.25.

Es vir in speculâ bonorum locatus. 1.26.

Honorem suum celebrem præstare colloquiis. 1.34.

Meritò apud nos indies singulos tui cultus augescit. 1.42.

Parentem meum novo honore Senatus accrevit. 1.44.

Multò tantò ornatior, quàm solebat, factus est honor cælestis. 1.46.

Tui honoris interfuit. 1.50.

Quod negocium ei aliquid dignitatis attulit 1.66.

Plus habet honoris in moribus. Ibid.

Cum reverentiâ mei feceris. 1.70.

Mihi in alterutrâ conditione summus est honos. 1.78.

Auctus sum honore. 1.88.

Idem mihi nunc sacro judicio factus est honor. 1.95.

Quantum gratia Castores adeptisunt, tantum Principes præstiterunt. Ibid.

Putat honori suo incrementa præstari. 7 107.

Video, quantum mihi amor tuus honoris imponat. 1.101.

Tribuere alicujus honori aliquid 2.16.

Siquidem dignum est, ut augustissimis honorum nostrorum patronus aquet dignitatibus. 2.62.

Puto ex his verbis, quo in numero filium nostrum Attalum spectabilem virum censeam, facilè dignosci. 2.82.

Quem dudum à parentibus clarum, & aulica dignitatis splendor excoluit. 3.3.

Pontificio litterati honoris auctus 3.17.

Tanquam mihi decus honoris accesserit. 3.19.

Qui inter professores medendi summatem locum obtinet 3.37.

Viderit, an se qu spi.m ordine aliis, aut honore postpositum credat. 3.59.

Ego me intelligo purâ affectione prælatum. Ibidem.

Quem nunc omnes alterem generis humani Deum diligunt. 3.81.

Vir spectabilis Rufinus, & in ordinis nostri lectissimâ parte censendus. 4.3.

Honor amissus cum illo revertit in gratiam. 4.7.

Aliis tributus, aliis integratus est honor. 4.7.

Majus est honorem restituere, quàm dedisse. 4.7.

Fla-

Pre

Pro solo honore, quem cepi, gratias ago. 10.23.
Culmen honoris sui infregit. 10.24.
Viam capessendi honoris affectare. 10.30.
Omnes qui ad amplissimos honorum gradus judicio clementia vestra vel favore provehuntur 10.54.
Neque doctissimorum virorum, quos semper coluisti pracepta te fugiunt. 4.1.
Existimat quod me colat, & observet, tibi quoque in eo se facere gratissimum 4.3.
Servius tuus vel potius noster, summa me observantia colit. 4.4.
Me sicut alterum parentem, & observat & diligit. 5.8.
Qui multa Deos venerati sunt contra ejus salutem. 6.7.
Me assiduè colunt & observant. 9.16.
Me peroffic osè, & peramanter observant. 9.20.
Amicitiam nostram sanctissimè nobis colendam puto. 10.1.
Persuade tibi, te unum esse, in quo ego colendo patriam mihi constituerim sanctitatem, id est parenti debitam pietatem & venerationem. 10.4.
Observantissimus studiosissimusque nostri. 13.3.
Ipsum praeterea summo officio, & summa observantia tibi in perpetuum devinxeris. Ibidem.
Quam ego necessitudinem sanctè colendam puto. 13.20.
Semper me coluit diligentissimeque observavit. 13.23.
Hominem summa observantia cognosces 13.24.
Me colit atque observat aquè atque patronum suum. 13.20.
Deos castissime colere. 14.4.
Te, ut dixi, fero oculis. 16.27.
Pompejus neminem dignitate secum exaquari volebat. 1.C.288. Wolte niemands gleiche Ehre gönnen.
Marcellus sibi omnem dignitatem ex Casaris invidia quarebat. 1.8.
Eum Cesar ex humilimo loco ad summam dignitatem perduxerat. 7.213.
Aliquem jacturam honoris & dignitatis, aliqua in re facere. 1.C.304.
Dignitatem alicujus non pati aliquid 6.164.
Aliquem omnem honorem & dignitatem alicujus expoliare. 8.280.
Honoris sui jacturam, Reipub. causa aquo animo ferre 1.C.291.
Mihi meum restituite nomen, ne ad contumeliam honorem mihi dedisse videamini. 2.C.364.
Casar decet se nullum extraordinarium honorem appetisse. 1.C 304.
Eos ille postea magno in honore habuit. 1 C 327.
Centuriones in Tribunitium restituit (Casar) honorem. 1. C.327.
Casar breviter sua in Heduos merita exposuit: quos & quàm humiles accepisset, & in quam fortunam, quamque in amplitudinem deduxisset, ut non solùm in pristinum statum redissent, sed omnium temporum dignitatem, & gratiam antecessisse viderentur. 7.221.
Vt Tribunos plebis, ex civitate expulsos, ad suam dignitatem restitueret. 1. C.298.

Cice-

Cicero in Epist. Famil.

Quantacunque accessiones tibi fient, & fortuna, & dignitatis, &c. 2. 2.
Mihi tantum decoris, tantum dignitatis adjunxeris, ut, &c. 2 6.
Utrum nescis quàm altè ascenderis? an pro nihilo id putas. 10. 26.
Aliquem dignitati alicujus obesse 5. 9.
Et novam & repentè collectam auctoritatem tenebant 6. 167.
Ut reliquorum Imperatorum auctoritatem res adversa minuunt: sic hujus ex contrario dignitas, incommodo accepto, in dies augebatur. 7. 207.
Italia totius auctoritatem sequi. 1. C. 306.
Cicero: 16. 10. *Moveri alicujus auctoritate.*
Nos agimus nihil cupidè eoque pluris est nostra auctoritas.
Sabinianum clarissimum virum ita magnifico , ut quos maximè colo. 1. 77.
Symmach.
Ut es nostri diligens, religiosam observantiam persevera 1. 96.
Scriptorum assiduitas cultum circa te meum pari lance compensat 2 56.
Quin immò semper primas sibi erga te partes observantia vendicavit. 2. 84.
Mihi eximiâ veneratione recolendus. 2 91.
Plurimum domui mea honorificentia & religionis exhibuit. ibid.
Cultum tibi debitum mente & sermone non desero. 3. 54.
Ipse te colere supra mensuram diligentia mea cœperit. 4. 39.
Devotione vos veneratur. 10. 29.
Cui competens numerus ordinantium legitimi solemnitas temporis , locique qualitas, rectè venerandi nominis apicem contulerunt. 10. 72.
Omnia virtutis præmia ambitio possidet. Cat. cap. 52.
Ambitione præceps datus est. Jug. cap. 63.

Honestatis.

Ehrbarkeit.

Valdè se honestè gerunt Ep ad Att. l. 6. p. 172.
Longè plurimum tribuere honestati. de Finib. lib. 2. p. 156.
Honestatis studiosissimum, & appetentissimum esse. Qu. Tusculan, l. 2 pag. 371.
Comprobatione honestatis moveri de Finib. l. 5. p. 218.
Neuter honestate carere potuit. de Finib. l. 5 p. 283.
Non honestate metitur. 1. Off. p 5.
Maximè honestatem propter se dicunt expetendam. Ibid.
Honestatem, & decus conservabimus. 1. Off. p 10.

Hortandi. *Vide supra Tit.* Admonitionis, pag. 59.

Vermahnen.

Te ad studium summa laudis cohortabor. 2.3.
Vetus nostra simultas stimulabat me, ut caverem id est, *hortabatur.* 3. 12.
Quod cum ita sit, hortatio non est necessaria 9 14.
Sic moneo ut filium, sic hortor, ut amicissimum. 10.5.
Vellem mea quoque autoritatis praeceptum aliquod ad te pertinere, id est, *admonitionem & doctrinam* 10.6.
Te cohortatione non puto indigere. 12.11.
Hac amore magis impulsus scribenda ad te putavi, quam quod arbitrarer te monitis & praeceptis meis egere 10.3.
Quae & tuâ exhortatione excepi, & mea affirmatione tibi recepi &c. 10.7.
Etiam illud te admoneo, ne. At 327.2.
Cleomenes admonet illud quod istum fugerat. in V.257.a.
Illud tamen esse admonitum volo primum, qualis es pro Cæl.38.b.
Sed te illud admoneo, ut. At. 297 b.
Illud tamen Theopompo mandavi, cum essem admonitus ab ipso. Attic. 301.
Hoc me etiam Peduceus, ut ad te scriberem, admonuit. At.3.a.
Multa praeterea ostentis, multa extis admonemur, multisque rebus aliis. de N. 59. b.
Quam multi inopes digni praesidio deorum, nullo somnio ad thesaurum reperiendum admonemur. de D.136.a.

Horti.

Garten / Lustgarten.

Apud me hortum confodere jussi Aul.2.2.v 66.
Epicurus hortulos suos irrigavit. de nat. Deor. lib.1 p.46.
Qui me ex nostris pene convellit hortulis, deduxitque in Academiam perpauculis passibus de lege lib 1.p 514.
Domus suppeditat mihi hortorum amoenitatem. Epist. ad Qu. frat. l.3. pag. 625.

Hospi-

Hospitalitatis. Hospitij. Excipiendi hospitio. Pernoctandi.

Gastfrey / Hospital / Herbergen / Beherbergen / Einkehren / Außspannen / Vber Nacht behalten.

Hospitio publicitùs accipiar Amph 1.1 ℣.8.
Diverti apud aliquem. Mil.1.2. ℣.57.
Dicam apud te eos hic devertier hospitio. Mil 2.2 ℣ 86.
Operam atque hospitium ego isti praebere nolo. Pers. 4 3.℣ 41.
Accipiam hospitio, si non venis. Rud 2.4.℣ 4
In tabernam ducor diversoriam Truc.3.2.℣ 29.
Hic apud nos jam, Alcesimarche, confregisti tesseram. Cist. 2.1 ℣.26. Vide Lex. Plaut. Tit. *Hospitij.*
Hominem alienum neminem intromittat quod illa aut amicum aut patronum. Asin.4.1.℣.16.
Hunc in aedes cogitas recipere Eun.5.2.℣.58.
Apud caeteros hospites collocantur. in Verr.p 232.
Patri hospitium publicè fit, quòd is eandem voluntatem suscepisset. in Verr. p.482.
Recipere aliquem tecto pro Aul. Clu p.77 & in Verr.232.
Parare alicui hospitium. Ep.ad fam.l.2.p.66.
Vt apud me diversetur, invito eum. Ep.ad Att l 13.p.399.
Non modò liberaliter ab aliquo, sed etiam ornatè cumulatèque tractari. Ep. Att.l.15.p.484.
Cùm ab eo magnificentissimo hospitio acceptus esset. de divinat. l. 2. pagina 243.
Gratae mihi fuerunt tuae literae, nisi quod Sinvessanum diversoriolum contempsisti. 12.20.
Coniunctissimos habeo, & hospitio & familiaritate & c 13 33.
*Avitum mihi hospitium est cum Lysone &c.*13.35.
Philoxenus antiquus est hospes meus, & praeter hospitium valde etiam familiaris. 13.36.
*Ne ego libentius emerim diversorium. &c.*7.24
Iterùm apud aquam Sullam cum equitibus noctem agitare iubet. Jug.93.
Suscipere aliquem cultu plausuque 1.3.Symm.
Hac domus à me hospitibus iampridudum est decreta. 3.14.

Huma-

Humanitatis. Lenitatis. Clementiæ. Mansuetudinis. Misericordiæ.

Freundlich / Sanfftmütig / Demütig / Gnädig seyn.

HVmane ingenio esse. Most 3.2 ℣.130.
Humanum facinus factu. Truc.2.1 ℣ 8.
Heri semper lenitas verebar quorsum evaderet. And 1 2 ℣.4.
Leni ego animo sum natus: non possum adversari meis. Hec 2.2 ℣.28.
Vt unus hominum homo te vivat nunquam quisquam blandior. Hecyr. 5.4. ℣. 20.
Nimis me indulges. Eun.2.1.
Te indulgebant, tibi dabant. Heaut. 5 2.
De, pratermitto, non necesse habeo omnia pro meo jure agere Adelph.1.1.
Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo usque adhuc, qua meo cunque animo libitum est facere. And.1.5.
An mei patris festivitatem & facilitatem? [scil. *laudem?*] Eun 5 9.
Pater propitius; [id est, *lenis, indulgens:*] Adelph.1.1.
Ingenio te esse in liberos leni puto. Heaut. 1 1
Inepta lenitas patris & facilitas prava. Adelph 3 4.
Malè decet te mea facilitas multa. Heaut.4.1.
Cœpi iis omnia facere, obsequi quæ vellent. Phorm.1.2.
Nostrapte culpa facimus, ut malos expediat esse, dum nimium dici nos bonos studemus & benignos. Phor 5.1.
Ipsum gestio dari mi in conspectum, nunc suâ culpâ ut sciat: lenem patrem illum factum me esse acerrimum Phorm.1 5.
Esse ego meis omnibus scio me apprimè obsequentem: sed non adeò, ut facilitas mea illorum corrumpat animos Hec.2 2.
Sed te tam leni & victo esse animo ostenderis. Heaut.3.1.
Revocare aliquem à scelere ad partem humanitatis in Verr.p 532.
Humanitate tantâ est, ut difficile dictu sit, utrum hostes magis virtutem ejus pugnantis timuerint, an mansuetudinem victi dilexerint. pro lege Man. p.644.
Ita faciles aditus ad eum privatorum, ita libera querimonia de aliorum injuriis esse dicuntur, ut is qui dignitate principibus excellit, facilitate par infimis esse videatur. pro lege Man.p 644.
Quæ jucunda ex humanitate alterius & moribus homini accipere possunt. Ep. Att. l.1.p.9.
In summâ magnitudine animi, multâ humanitate temperatum perdidimus. Ep.Att.l.4.p.117.

Yy In

In nos suavissimè est effusus. Ep. Att. l. 4. p. 121.

Humanitatem tuam, amoresque in tuos reditûs celeritas declarabit. Ep. Att. l. 4. p. 124.

Cui ego placabilem me præbuissem Ep ad Att. lib. 10. p. 330.

Nihil vidi in te tam placatum, quàm tum meus frater in sororem erat. Ep. At. l. 5 p. 116.

Vt quàm lenissimum me præbeam. Ep. Att. lib. 9 p. 136.

Facilem in rebus cognoscendis, in hominibus audiendis admittendisque præbere Ep Qu frat. l. 1 p 580.

Quid ad hanc mansuetudinem addi potest? 1. Offic. p. 17.

Theophrastus vir, & oratione suavis, & ita moderatus, ut per se probitatem quandam, & ingenuitatem ferat. Acad Qu lib 1 p 90.

Lenis à te, & fac lis existimari debeo 5 2.

Nunc cognosce humanitatem nostram. si humanitas appellanda est, in acerbissima injuria rem ssio animi, ac d ssolutio, id est, *inertia ac negligentia.* Ibidem.

Qui mihi lenissime sentire visi sunt. Ibid.

Nunc mihi Qu frater meus mitissimam tuam orationem, quam in senatu habuisses, perscripsit 5 4.

Nam & res eum quotidie, & dies, & opinio hominum, & sua natura mitiorem facit. 6. 13.

Non solum ex oratione Cæsaris, quæ sane mollis, & liberalis fuit, &c. perspicere potui. Darinn er sich vieles Dinges sehr freundtlich erbotten hat. 6 14.

Lenis à te, & facilis existimari debeo 5. 2.

Si tam facilem populum haberem, quam Æsopus habuit, &c 7. 1.

Facilitate mea ista ferebantur anteà 9 16.

O hominem facilem, ô hospitem non gravem, Der wohl zu leyden/ wohl zu halten ist 9. 20.

Pro tua facilitate, & humanitate purgatum se tibi scribit esse. 13. 25.

Hunc mi Cæsar sic velim omni tua comitate complectare. &c. 7. 5.

Scripsit ad me Cæsar perhumaniter 7. 8.

Des te ad lenitatem, vel propter summam humanitatem vel etiam honoris mei causa. 13 1.

Clementia ac mansuetudine sua uti in aliquos 2. 59.

In miseros ac supplices uti misericordia. 2 66.

Plerumque timor, in summo periculo misericordiam non recipit. 7 205.

Dicebat, se nihil propter inscientiam levitatemque vulgi, gravius de civitate judicare 215.

Humanitatem nostri ordinis Editoribus dignam impertias. 5. 65. Symmachus.

Clementiam maximi Principis sentiant vota & facta cunctorum. 9. 1.

Partes ingenita tibi æquitatis promptiùs arripias. 9. 122.

Per notarium mihi fecit indicium. 10 45.

Facilis in aliam partem esse non potui. 10 59.

Harum

Harum rerum aeternitati vestrae fidum exhibebit indicium trimestris instructio. 10 67.

Quod ne in aliquo clementiam vestram lateat, eadem, quae obtulerunt, Actibus inserta transmisi 10 76.

Id clementiae vestrae relictum arbitrio 10.77.

Excellentiae vestrae suggerere properavi. 10.78.

I

Ignaviae. Desidiae. Socordiae. Negligentiae. Pigritiae.

Faul/ Träg/ Nachlässig.

ABS te socordiam omnem reijce, & segnitiem amove Asin. 2. 1. ℣ 6. *Non me arbitratur militem sed mulierem, qui me meosque non queam defendere.* Bacch 8 4 ℣. 4. 5. Proverbium in hominem ignavum. *Mulier e ignavior: Mulier miles.* Mil. 2 6 ℣. 6. & Graeci timidum in bello γυναῖκας appellarunt. Vnde Virgilius, *ô verè Phrygiae (neque enim Phryges.)*

Nimium ego te delicatam habui. Men. 1. 2 ℣ 20.

Eijcienda haec mollities: nimus mî indulgeo. Eun. 2. 1. ℣. 16.

Cave pigritiâ praevortier. Merc. 1. 2. ℣. 3.

Non enim tibi nunc dormitandum, neque cunctandi copia est. Epid 1 2 ℣. 59.

Aemulari al cujus negligentiam. And Prol. ℣. 20.

Exaedificare suam inchoatam ignaviam 1. 2 ℣. 95.

Nihil loci est segnitiae, neque socordiae And. 1 3 ℣. 1.

Neutiquam haec res neglectu est mihi. Heaut 2 2.

Si te aequo animo ferre accipiet, negligentem feceris: aliam otiosus quaeret. And. 2. 3.

Ah, tantámne rem tam negligenter agere? And. 1. 5.

Vbi te vidi animo esse omisso, & suavia in praesentiâ quae essent, prima habere. Heaut 5 2.

Vereor ne indiligens nimium sies Adelph 4. 5.

Quid credebas dormienti haec tibi confecturos deos? Ibid.

Nolim caeterarum rerum te socordem eo modo. Ibid.

Deterrere aliquem ab iniuriosâ, & facinerosâ vitâ. Ibid. 309.
Vitam finibus terminare. Q. Tusc. l. 1. p. 307.

Ad societatem vitæ convocare aliquem Qu Tusc l. 1. p 319.
In corporibus humanis vitam alicuius imitari Ibid. 324.
Vitam alicuius lugere Ibid 329.
Visum efficere plorando me ariorem Ibid.
Vitæ sanitatem gustare Ibid 334.
In medijs vitæ laboribus obdormiscere Ibid. 345.
Quos & vivos alatis, & consumptos sinu recipiatis, de Univ 383.
Deinde ut vitam ejus pulcherrimè regeret & gubernaret, ibid. 384.
Vitam tranquillè placidéq; traducere Qu. Tus. l 3 p. 386.
Hominibus, quorum maximè interfuisset, tam exiguam vitam dedisset. Ibid. 406.
Totos se in optimo vitæ statu exquirendo collocare, Ibid 5 450.
Vitæ tranquillitatem aliis largiri Ibid 465.
Omni cultu, & victu humano carebant Ibid. 475.
Cùm in dispartibus animantibus vitam transire non possit. Ibid. 465.
Præceptis in omnes partes usum vitæ confirmare potest. Off l. 1 p 6.
Ad institutionem vitæ communis spectare videntur Ibid 6.
Qui ab ineunte ætate incensus essem studio utriusq; vestrûm de Or 95 a
Mea vitæ rationes ab ineunte ætate suscepta. Pro Pomp. 4. a
Ineuntis ætatis inscitia senum constituenda & regenda prudentiâ est Off 45
Ineunte ætate. de Am 100. a & in Verr 148. a & in Att. 202 b
Ex his exercitationibus ineunte ætate sumus de Clu. 178 a
Ab ineunte pueritiâ Ep 143. b
A primâ adolescentiâ de Cla 194 b.
Ineunte adolescentiâ cui inest, &c. Off 23 b
Ab ineunte adolescentiâ. in V 55 b.
Ab ineunte ætate Off 42 a
A primâ ætate. Pro Plan. 270 *A primo tempore ætatis iuri studere tenemini.* de Leg 158 a
Tamen adolescentulus, quantum illius ætatis mea patiebatur pudor, multa sæpè ex eo quæsivi. de Or 190 a
Quinto anno exeunte) (Quinto anno ineunte. de Div. 91 p. *A parvis.* de Leg. 171. a
Isocrates se tantum quantum ætate procedebat, relaxabat à nimiâ necessitate numerorum Or 214. a
An hoc vidit puerisi ætate processerit, non videbit? Acad. 204. a
Levius usq; ad adolescentiam meam processit ætate. de Sen 87. a
Isocrates. ut ætate processerit, aut in hoc orationum genere cui nunc studet, tantum quantum pueris reliquis præstet Orat. 200. b
Ut primùm ex pueris excessit. Archias. Pro Archius 186 a
Nam is postquam excessit ex ephebis. de Or. 31. b
Is ad centesimum annum vitam perduxit. de Sen 89. b
Necessaria vitæ præsidia debentur ijs maximè, quos antedixi. 1 Off p. 2 4.
Licet magnifi[illegible] gravitate animosq; vivere ibid 8.
Ki[illegible] vitæ[illegible] [illegible] d. 47.

Q

Quem potissimum cursum vitæ sequi volunt ibid.
Implicatur aliquo certo vitæ genere, cujusque vivendi ibid
Id tempus à natura ad deligendum, quam quisque viam vivendi sit ingressurus, datum est ibid.
Sic vivendum est in vita. Off l 1 p 58
Possunt sine ullo periculo justitia vivere Offic. l 2 p 29.
In agro vitam agere ibid p 79.
Qui vitam honestam ingredi cogitant Offic. lib 3 p 102.
Oportet vivere cum parentibus, cum uxore, cum filio ibid p. 137.
Is ut Galli cantum audivit, avum suum revixisse putat I P. 94.a.
Si revixissent hi qui hæc pene delerunt Post quam. 204.b.
Sed ne patri meo, si reviviscat, concesserim ad Bru. 285.b.
Si reviviscant illi. de Fin 1 9 b.
Ut facilius reviviscat Pompejanorum causa toties jugulata. I. A. 255 b.
Qui si eadem lege reviviscere posset, lex data nunquam esset. pro Mil. 117.a.
Cur piratis lucis usuram tam diuturnam dedisti? I V 251.
Lucisne hanc usuram eripere vult pro Syl 184 a.
Vos obsecro huic optimo viro usuram hujus lucis ne eripiatis. pro R P 130 a.b
Natura dedit usuram vitæ tanquam pecuniæ, nulla præstituta die Tusc. 168 b.
Implicari aliquo certo genere cursuque vivendi Off 24 a.
Aspera arteria excipit animam tum eam, quæ ducta est spiritu eademque à pulmonibus respirat de N 5 a
Ut optandum sit ut possimus ad id tempus Reipubl. spiritum ducere. Ep. 43 b.
Ad eosque portus quibus vitam & spiritum ducitis pro Pom. 10 a.
Ducere spiritum pro cura Her. 34 a.
Quod reliquum est vitæ, in otio Rhodi degam Ep 190 b.
Cum Lentulo & Catilina fœdissimam & miserrimam vitam degere. pro Syl. 81. b.
Degere vitam cum virtute. de Fin. 123.
Degere vitam in egestate pro S R. 42.b.
Ad vitam degendam præparare res necessarias Offi 3.b.
Degerem omnem ætatem in tranquillitate. de Fin. 89 b.
Amicitia nullam ætatis degendæ rationem patitur esse expertem sui. de Am. 112 a.
Degere ætatem inter feras pro S R 43.b.
Id sibi quisque genus ætatis degendæ constituit, quod maxime admavit. 23.b.
Ut vitam mihi esse acerbam putem. 1.1.
Quod si vitam pro tua dignitate profundam &c. 1.4.
Hic mea vita cursus offendit eos. 1.9.
Ea conficior curis, ut ... ipsum, quod maneam in vita, peccare me existimem. 4 13. & 5. 15.
Cum superstitem te esse Reipub. ne si liceat quidem, velit. 6 2. & 9 17.
Cum Repub. reviviscere, atque recreare 9 10.
Hunc tuos Tusculanenses dies, instar esse vitæ puto 9 6.
Optandum est, ut possimus ad id tempus Reipubl. spiritum ducere 10.1.

Neque deesse, neque superesse Reipublicæ volo, id est, *superstes esse*. 10 33.
Eripi ex miseriis, & iniquissimâ conditione vitæ. 5.16.
Mirari alicujus eloquium, morum vitæque leporem. 1.2. Symm.
Bona frugis est 1 58.
Mediolani te agere ante litteras tuas fama pertulerat 1.102. (1.63.
Cujus mores cum primore loco censere debuerim, malo tuo examini reservare
Suscipe, ero te, notum militiæ virum, qui se apicem fœlicitatis credit habiturum, si eum patrocinij tui splendor illuminet. ibid.
Vt nobis æquiorem vitæ cursum faciant participata solatia 2.36.
Tantum quippe est in eo synceritatis atque dulcedinis, ut illi soli necessitudines præferantur 2 85.
Et tamen vita mihi ducenda est. 3 6.
Scire pestulas quibus actibus vitam colamus. 4 20.
Honestam vitam de amicitiâ tuâ optamus exsolvere. 4 66.
Vt ab illo agenda vita petatur auctoritas. 5.68.
Opto in illo sinu agitare vobiscum 5.69.
Vitam colere 6 67.
Illecebrâ cessante temporum vivitur. Ibid.
Vbique vitam agimus Consularem & in Lucrino ferijs sumus 8 23.
Post hujus incommodi citum transitum, vita tua prospera longius porrigentur. 8 31.
Omnibus in hac vitâ positis ac locatis communis est cœli spiritus, lux diei. 9 2.
Cum hominem ageret 10. 22.
Num sententiæ est, in cœtum vocare collegas. 1 49.
In consortium festorum tuorum Consul me adsciscres. 5 5.
Filium meum Romulum accerso, tu retines 8 57.
Ne vitam silentio transeant. Cat cap.1.
Ætatem agere ibid 37.
Nunc neque vivere libet neque mori licet sine dedecore. Jug cap.14.
Quibus relicta est anima Ibid
Morte graviorem vitam exigere Ibid.
Cum summa turpitudine in exilio ætatem agere. Cat. cap.58.
Procul à Repub. ætatem agere. Jug.cap.4.
Ætatem agere Ibid.78.

Vlciscendi. Vltionis. Vindictæ.

Rach/Rachgirig/Rächen.

Nisi hanc injuriam neque ultus pulchrè fuero. Menæch.3.1.✝.7.
Faxo haud inultum prandium comederis. Ibid.55.
Nunquam hodiè inultus designaveris mihi. Most.5.1.64.
Inultum id nunquam auferet. And.3 5.✝.4.
Injurium est ulcisci adversarios, ut quâ viâ captant, eâdem ipsi capi. 1.1.✝.✝.15.

Inultum id nunquam à me auferet: ich wils jhm nicht schencken. Andr. 3.5.
Hoc tempus praecavere mihi me, haud te ulcisci sinit ibid.
Atque illis crucibus, quae nos semper omnibus cruciant modis, nunc referam gratiam: ich wil mich gegen jhnen rechen. Eunuch. 2.3.
Vbi nominabit Phaedriam, tu Pamphilam continuò: si quando illa dicet, Phaedriam commissatum introducamus: tu, Pamphilam cãtatum provocemus: si laudabit haec illius formam, tu hujus contra: denique par pro pari referto, quod eam mordeat Eun. 3.1.
Voluit facere contra huic aegrè. Eun. 4.1.
Inveniam hodie, parem ubi pol referam gratiam Eun 4.4.
Qui referam illi sacrilego gratiam? wie soll ich mich gegen jhm rechen. Eunuch. 5 3.
Ego polte pro istis dictis & factis, scelus, ulciscar. Eun 5.4.
Senis essem ultus iracundiam Phorm. 1.4.
Morte vindicare. Brut. p. 620.
Eam rem vindicandam putavit. pro Quint. p. 9
Ejus cruciatu atque supplicio pascere oculos animumque exsaturare. in Verr. p. 514.
Alij ulcisci dolorem aliquem suum volunt. Sest. p. 23.
Acrius & gravius ad ulciscendas injurias incumbunt. Phil. 6 p. 429.
In eis ulciscendis comitem me tibi praebuissem. 1. 9.
Nostram vicem ultus est ipse, &c. ibid.
Exemplum vindicandae seditionis, id est, *animadvertendae, puniendae* Ibid.
Quem mihi fortuna dedit ultorem, non modo inimicorum, sed etiam invidorum meorum. 2 8.
Vindicem conjurationis oderunt. 5 6.
Video magnas impendere discordias quas ferrum & vis vindicabit.
Legatos audio missos esse, sed malo Ecdicos, &c. id est, *vindices, & exactores pecuniarum publicarum* 13 57.
Odi hominem, & odero, utinam ulcisci possem: sed illum ulciscentur mores sui, Att. 9. 16.
Injurias suas per nos ulcisci ac persequi statuerunt. In V. 110. b.
Qui injurias suas persequi volunt. in Ver. 65. a.
Is mortem ejus se persequi velle dixit. pro D. 223 a.
Persequi mortem alicujus. in A. 215 b.
Vt tuas injurias persequar, id est, *à te factas.* pro Caecin. 19. b.
Inultum id nunquam feret. And 3 5.
Tunè impunè hoc facias. And 5 4.
Credin', te impunè abiturum? Eun 5 2.
Vt nè impunè in nos illuseris: Eun 5 4.
Siquidem istuc impunè habueris Eun 5 7.
Me ulcisci parentem negant oportuisse a Her. 3 b.
Odi hominem & odero, utinam ulcisci possem: sed illum ulciscentur mores sui. At 148. a.

Vt per alium teipsum ulciscantur, laborant I.V 58 a.
Quos equidem omnib sententiis ulcisco & persequor At.174 b.
Crassus tum ita Brutum ulteus est pro Clu 47 b.
Quos ego non tam ulcisci studeo, quàm sanare. I C 108 a.
Vlcisci male meritos oportet ad Her.17 a.
Competenter ulcisci 9.128 Symm.

Vmbræ.

Schatten.

Locus opacus) (*Locus apricus*. Part.213 a.
Locus opacus & frigidus in sylvâ. de O.144 b.
In viridi & opaca ripa inambulare. de Leg.59 a.
Opaca nubes in Arat.
Platanus ad opacandum aliquem l. cum pa ulis diffusa ramis. de Or 87.2.

Vocandi. Evocandi. Accersendi. Inclamandi. Convocandi. Avocandi. *Vide etiam* Clamoris.

Ruffen/Anschreyen/Anruffen/Beschreyen/Beruffen/Erfordern.

Adversus vim & injuriam clamabat. Amph.1.1 ✝ 120 Inclamasse etiam Porro Quirites locis παρωδιακοῖς Auctorum ostendit doctissimus *Brissonius* Formul.l 8.p.718 Edit VVechel.
Heus Curculio te voco. Ibid. *Heus tu leno, te voco*.
Nam ad matrem accersita est. Cist.1.1.✝.107.
Repentè expetit, ad sese à me ut irem Mil. 5. 2 11.
Quod si ego huc servos cito ibid 9.
Tuam qui hinc amicam accersebat. Pseud. 2 4 ✝ 20.
Quis homo tam tumultuoso sonitu me excivit subitò forus? Trin 5.2 ✝ 52.
Evocate mihi intus Cylindrum coquum actutum forâs Men.1.3.✝.35.
Quis currit pollinctorem accersseret Asin 5.2 61.
Sosia, adesdum, paucis te volo And. 1 12.
Cùm accersseret cupitam Antiphilam. Heaut Arg ✝ 6.
Cur non accersi jubes filiam? Heaut 5.5 3.
Quis nominat me? Phor 5 9.
Accersi jube [scil *filium*] And.3.3

Nutricem accersitum ijt. Eunuch. 5.2.
Pamphilam cantatum provocemus. Eun.3 1.
Aliquot mihi amicos advocabo ad hanc rem, qui adsient, ut ne imparatus sim, cùm adveniet Phormio. Phorm.1 5.
Cras est mihi judicium: advocatus manè mihi esse ut meminerit. Eun.2.3.
Amicus quidam me à foro abduxit modò huc advocatum sibi. Adelph.4.5
Adversúmne illum causam dicerem, cui veneram advocatus? Ibid.
Simulat se à matre accersi ad rem divinam. Hec. 1.2.
Philumenam ad se accersi hic jussit. Hecyr. 3.5.
Quis me volt? Andr.5 3.
Hem, hem, tibi dico Chærea Eunuch.2 3.
In clamando est benè robustus, atque exercitatus. in Verrem.p.126
Senatum frequenter, celeriter, ut vidistis, coëgi. in L. Catil p 196.
Ego literis eum Capuâ accersivi cum illo exercitu. Sest.7.
Vox plena gravitatis, plena authoritatis, plena salutis Ep Attic.l.1.p.11.
Vt sil teris consularibus ex Senatusconsulto cuncta ex Italiâ omnes convocarentur. pro Sest p 63.
Homines dissipatos congregare Qu.Tusc l.1.p.319.
Me illius fuga, negligentiaque deformitas avertit ab amore Ep.Att.l.1 p.284.
Nulla conditio pecunia ab summâ integritate continentiaque deduxerit. Ep. Qu Fr.l 1. p 571.
Vt in utramque partem discendo & audiendo eliciant. Acad.l 2 p.7.
Est etiam vox omnium magis odio firmata, quàm præsidio. Epist.Att l.2.pag. 70
Att eos inani sonare voce. de fin l.2.p.178.
Voces inanes fundere Qu Tusc.l.3 p 394.
Clarissimâ voce quod profiteri Qu.Tusc.l.5.p 467.
Voce freti sunt 1.off p 46.
Cum ab aratro arcessebantur, qui consules fierent. pro S R.26.a.
Cum P Lentulus, Qu. Metellus me arcesserent in senatum, non venirem? pro Dom,214 a.
Pelopem ad te arcesse At.225.a.
Interea narrat eadem, Brutum arcessi, Cassium exspectari. At 224.a.
Sedita tepara, ut si inclamaro, advoles At 33.b.&
Expeditus facito ut sis, si inclamaro ut accurras. 35 b.
Comitem illum inclamavit semel ac sæpius. de Invent 64.a.
Nemo ingemuit, nemo inclamavit patronorum, nihil cuiquam doluit. de Orat.164 b.

Vola-

Volatûs. Alarum.

Fliegen/ Flügel außrupffen.

A *Las intervellere*. Amph.1.1.170.
Dedaliis se ferre remigiis. Amph. *Scen*. DI vostram. ℣.51.

Vomendi.

Kotzen/ Speyen.

V *Omitum excutere alicui*. Merc.3.3.℣.15.

Vovendi. Votorum. Apprecandi Gratulandi. Gratificandi. Sacrificiorum.

Wünschen/ Gelübdthun/ Glück wünschen.

Q *Va ad Legionem vota vovi, si domo redissem salvus, ea ego exsolvam omnia*. Amph. 3.2.℣.66.
DI te ament! Amph.2.2.℣.6.
Iamdudum tuis votis fores positus. Amph. *Scen* Feram velis. ℣.21.
Dii tibi omnes omnia optata adferant! Capt 22.℣ 105.
Quae res bene vertat mihi, meoque filio! Capt.2.3.℣ 1.
Quodcunque opus tibi contingere vel m. Cist.2.1.20.
DI tibi dent, quae velis! Epid.1.1.℣ 4. Est formula bene precantis: quae & alibi extat apud Plautum Poen.5.2.℣ 95. Trin.5.2 ℣.28. Interdum sic effertur. *DI dent tibi mala a bona*. Poen.1.1.℣ 80. Asin.1.1. Stich. 3 2. Rud.1.1 ℣.6. Vide *Brissonii* lib.1 Formularum. Formula deprecandi sic concipiebatur: *DI melius faciant!* vel sic: *DI melius!* vel: *DI meliora!*
Volupe est, quod agas si id procedit ex sententiâ. Mil.4.11.
Fortunati omnes sitis. Poen 3.3.10.
Cùm isthaec res tibi pulchrè ex sententia evenit, gaudeo Rudent.5 3 9.
Cui boni atque secundi aliquid obtigerat, ei ominis causâ gratulabundi dicere solebant. *Feliciter*: aut, *Feliciter, quod agis*: cùm significarunt se perpetuò eadem felicitate uti: Juven. Sat 2.℣ 119. *Signatum tabula di-ctum Feliciter*. Contra: cui malè & adversus animi sententiam erat, ei alloquentes dicebant, *Vellem quae velles*. Amph. Prol.℣.39. Most.5.2 ℣ 54. *Velim quae velis, Tranio*; cùm scilicet in :icarent dolere sibi, quod ill

illi male esset, ac si dicerent: *Vellem tibi ita esset, ut tu quoque velles mihi; ægreque est, quod tibi quicquam præter voluntatem tuam evenerit.* Hor. l. 1. Sa yr 9 ✠ 15. Apul. Milesf. 11. *Quàm vellem præstare tibi, ô Luci, quod cupis.* Cicero l. 3 ad Att. Ep. 41. *Faciam quod volunt* : FELICITER VELIM , *inquam* Suet. Claud. c. 7. Domitian. cap. 13. Sic itidem cùm quid dissuaderent, utebantur hac formula. NOLLEM *quæ* VELLES. Sen Ep. 67. *Aspice M. Catonem sacro illi pectori purissimas manus admoventem, & vulnera demissa laxantem. Vtrum ille tandem dicturus est* NOLLEM *quæ* VELLES, *&* *molestè* FERO, *an* FELICITER *quod agis.* Vide Mur Var. l. 9 c. 8 Et Lipsl. l. 3 Antiq Lect. Nec non Animadversiones ad Senec Ep 67.

Dij tibi dent quæcunque optes! Asin 1. 1. ✠. 32.

Opta id, quod ut contingat, vix Asin 33. ✠. 129.

Exoptas, ut quod vis maximè tibi evenire. ibid.

Facile exoptata obtingent Ibid.

Deos volo benè vertere rem istam vobis Curc. 5. 2 ✠. 58.

Vera cantas: vana vellem Most 4. 7 ✠. 64.

Tantum tibi DI immortales dant Pseud. 4 1 ✠. 25.

Tantum tibi DI immortales duint, quantum tibi optes. Pseud. 4. 1. ✠ 25. Elegans formula proverbialis. Pœn. 5 2. ✠. 95. *DI dent tibi multa bona.* Pœn. 1. 1. ✠. 80.

Eueniant volo tibi, quæ optas. Pers 2 4. ✠. 23.

Quæ res bene vertat mihi, & tibi, & venris! Pers 3 1. ✠. 1.

Bene vos! bene nos! bene te! bene me! bene nostram etiam Stephanium. Stich. 5. 4 ✠ 26. Formula est bene vovendi. Vide Turn l. 16. c 11. & Brisson. Formules.

Dij Deæque vobis multa bona dent! Pœn. 33. ✠ 57.

Præmium à me optate, id optatum feres Eun. 5. 9. 27.

DI tibi, Demea, omnes semper omnia optata ferant. Adelph. 5. 9. ✠ 21.

Spero hanc rem esse euenturam nobis ex animi sententiâ Hecyr. 5. 4 ✠ 31.

Quæ cupiunt suffragia populi. Ad Her. l. 2. 30.

Suis operibus suffragium ferre. Sest 30.

Qui suffragium se in ipse confitentur. Sest. 54.

Quæstor factus est cunctis suffragiis Ver 78.

...rem ex sententiâ gesseris ep ad fam l. 1. 15.

In omnibus tuis rebus, meis optatis respondeas Epist. ad fam. lib. 2. 43.

Feliciter, & ex sententiâ meâ Rempublicam gessi. Ibid.

Quid causæ est, cur mihi non sit in optatis complecti hominem florentem ætate, opibus, honoribus, ingenio, liberis ibid. 49.

Ex sententiâ aliquid conficere. Ep. ad fam. lib. 12. 358.

Tanto melior. noster esto. Truc. 5. 1. ✠. 61. vide Gruter. Animadv. ad Senecam Epist 71.

Carior hoc esses tu mihi, Roma, bono. Propert. lib. 3. El. 12. (Panegyr.

Quam verâ acclamatione celebratum est: Tanto melior Tãto augustior! Plin.

...am de illo ægroto, vota faciebant Epist. ad Attic. lib. 8. 264.

Vt reliqua ex sententiâ succedant Ep B ut. 5 45.
Si contigerit nostris consilijs exitus, quem optamus. Epist. Brut. 548
Si ex sententiâ successerit Ep. Q. f. l. 2 617.
Tu autem Decierum devotionibus placatos Deos esse censes De Nat Deor. l. 3 p. 78
Tibi patrimonium Dij fortunent Ep 2. 2.
Quod actum est, Dij approbent Ep 2 14
Debas te velle, quæ egissem, bene & feliciter euenire Epist. 4 14.
Prouinciam tibi tributam esse, à Cæsare cognoui, tandem rem tibi volo benè & feliciter euenire Ep. 12. 9
Eum honorem tibi Deos fortunare volo Ep 15. 8 & 12.
Emisse te prædium vehementer gaudeo, feliciterque tibi rem istam euenire cupio. Ep 16. 21.
Quod mihi de nostro statu gratularis. Ep 1. 7.
Sera gratulatio reprehendi non solet Ep 2. 6.
Primum tibi, ut debeo, gratulor Ep 2 8.
Gaudere se dicebant mihi. Ep 1 9
Vt possimus saluum te venisse gaudere Epist. 1 11.
Grigalibus illis, quibus te plaudente vigebamus, amissis Ep 7. 34.
Gratulor tibi affinitatem viri optimi, &c Ep. 8. 14
Gratulationem tuo nomine ad omnia Deorum templa fecimus. Ep 11. 8.
Cùm ego ei gratulatus essem, idque me gaudere dixissem Ep. 15 2.
Omnium ordinum consensus, gratiarum actio, congratulatio me commouet. Ep. ad Attic. p 24.
Earès haud scio an mihi plus profuerit, quàm si mihi essent omnes congratulati pro Planc p 426.
Vt quotidie vota faciamus 7 2.
Nec habui quicquam antiquius, quàm ut Pansam statim conuenirem. 11. 5.
Dij faxint, ut tali genere nobis frui liceat 14 3.
Cum nostri imperatores ad illam ipsam principem aram vota persoluerent de Ar. 250 2.
Qui mihi gratulatus es illius diei celebritate (al. *celebritatem*) At 79. 2.
Cum populus Rom frequens aduentu meo gratulatus est in Sal 273. 2
Sic verba latandi & gratulandi omnia: ut, Primum tibi, ut debeo gratulor latorque cùm præsenti, tum etiam sperata tua dignitate: serius non negligentiâ mea, sed ignoratione rerum omnium Ep 22 b.
Mihi Quæstor optatior obtingere nemo potuit. ibid
Existimabam optandum quiddam me esse assecutum 5 16.
Neque tristius dicere quicquam debeo ea de re, quam tu ipse omnibus optimis prosequeris, id est, *in optatis habes, quàm felicissime conf. ctam esse.* 3 12.
Nemo est, qui non vota victoriæ suæ fecerit, id est, *optaret,* Jhm wünschen / und darumb bitten. 6. 7.
Plenius secundis litteris contestabor hujusmodi de te gratulationem 1. 20. Sym
Quem ego gratulabor iterarum. 1. 38.
Tecum super talis viri laude pietatis gratulandum 1 90.

Quod

Quod si scribenda defuerint, mihi satis erit, ut tibi gratuler sospitatis. 1. 91.
Quâ me gratulatione affectum putas 3. 24.
...que mea tantum gratulatio est, quod senatus bonique omnes hanc inter se partiuntur. 4. 7.
Magno impensius gratulor integratum mihi esse pignus religionis. 4. 65.
... eo mihi plurimùm gratulationis ae... 5 3
Ad huius celebritatem voto alacri accurrissem 5 38
Litera tua mihi semper aliquid gratulationis apportant. 5 49.
Amplissimè gratulor tibi secundare valetudinem. 5 78.
V... & communi pignori uberes precamur annos, & recursum in hac eadem festa numerosum 6. 81.
Nunc sanitatem tibi gratulor. 7 16
Gratulare nobis bonam valetudinem 7. 20.
...nerum nunc omnium gratulatio est. 7. 91.
Fratri suo Romulo nimis gratulor. 8 57.
Congratulare mihi. 9. 115.

Urbanitatis, Civilitatis.

Höflichkeit.

HOmo meâ sententiâ summâ prudentiâ, multâ etiam doctrinâ, plurimo rerum usu, addo urbanitatem, quæ est virtus. &c. 3. 7.
Cogitavi te hominem, non solùm sapientem, verùmetiam, ut nunc loquimur, urbanum 3. 8.
Veni quæso ne tantum semen urbanitatis intereat. 7. 32.
...ρεμπεια literarum fecit, ut intelligerem tuas esse 7 33.
Vt aliquando subtilitatem veteris urbanitatis, & humanissimi sermonis attingerem, ad Qu frat 2 8.

Urbis. Agri. *Vide etiam* Civitatis.

Stadt/ Landt.

ATheniensium jussu urbe atque agro est exterminatus. de nat. Deorum, l. 1. 27.
Diligentius urbem religione, quàm ipsis mœnibus cingitis. De nat. Deor. l 3. 154. (rurs de leg l. 2. 330.
Quæ aut augerent pietatem in Deos, easdem illas, quas nos, urbes incolere voluis...
... ad decem m... annorum gentem aliquam urbem nostram profuturam pu... tem. Qu. Tusc. l. 1. 333.

Qui illâ urbe pulsi, carere ingratâ civitate, quàm manere improbâ maluerunt. de leg. 3. 359.
Florere potentissimis, & maximis urbibus Qu. Tusc. l. 4. 414.
Quâ pulchritudine orbem, quibus autem opibus præditæ servitute oppressam tenuit civitatem. Quæst. Tusc. lib. 7. 423.
Oppidum in campo situ, magis opere, quàm naturâ munitum erat. nullius idoneæ rei egens, armis virisq; opulentum. Iug. Cap. 57.

Vrgendi.

Treiben/Zwingen/Anhalten.

Calcaria alicui adhibere. Brut. 578.
Respirare eum liberè non finis. pro Quint. 13.
Nihilo remissius, atque etiam multò vehementiùs instat quotidiè. in Verr. 448.

Vsûs. Experientiæ. Vtilitatis. Commodi. Fructûs.

Nutzen / Frucht.

Mihi usui veniet hoc, scio. Phorm. 1. 2. v. 23.
Ego quæ in rem tuam sint, ea velim facias. Phorm. 2. 4. v. 9.
Non herclè, ex re istius me instigasti, Demipho Phorm. 5. 8. 76.
Si in rem est, utriq; ut fiant, accersi jube. And. 3. 3.
Sed si ex eâ re plus mali est, quàm commodi ibidem.
Nec magis ex usu tuo. Des du mehr genossen köntest. Eun. 5. 9.
Ea sunt tamen ad virtutem omnia. Heaut. 1. 2.
Tibi quod ex usu fiet. Ibidem.
Magis, si magis noris, putes in rem esse. Heaut. 5. 1.
Magis in rem & nostram & vestram id esset. Hec. 2. 2.
Si ex usu esset nostro hoc matrimonium. Hec. 4. 1.
Tunc prospicere aut judicare nostram in rem quod sit potes. Ibidem.
Hoc & vobis & meæ commodum famæ arbitror. Hec. 4. 2.

Ex

Ex usu quod est id persequar. 4.3.
Neque enim est in rem nostram. Hec. 5 3.
Non hercle ex re istius me instigasti. Soll jhm wenig zutragen. Phor. 5.8.
Istuc in rem utrique est maximè. Pl. Capt. act. 1.
In rem quod rectè conducat tuam, id petam. Ibidem. Sallust. *In re esse.*
Qui [scil. *Dij*] *tam multa cognoverint commoda,* [Id est, *contulerint seu congesserint in me.*] Eunuch. 5. 9.
Nolo tibi ullum commodum in me claudier. Andr. 3.3.
Ex ea re plus mali est, quàm commodi utrique Andr. 3.3.
Manebone, quid vostrum remorer commodum. And. 4. 4.
Nunc me pietas matris potius commodum suadet sequi. Heayr. 3.5.
Matris servibo commodis ibid.
Multa ex quo fuerint commoda, ejus incommoda æquum est ferre. Hecyr. 5.3.
Patria potitur commoda, Adelph. 5.4.
At si corrigitur [scil. *filius,*] *quot commoditates, vide: Principio amico filium restitueris, &c.* Andr. 3.3.
O fors fortuna, quantis commoditatibus, quàm subitò hero meo Antiphoni ope vestra hunc onerasti diem! Phorm. 5.6.
Meritus de me est, quod queam, illi ut commodem. Hecyr. 5.1.
Qui mihi consultum esse optimè velit : [*id est* meum commodum quærit & cupit:] Phorm. 1.3.
In illis fructus est, unde aliquid abradi potest. Phor. 1.2.
Ego quæ in rem tuam sint, ea velim facias. Phor. 2.3.
Minimè: [scil *pudet, dum ob rem.* Phorm. 3.2.
Nostrapte culpa facimus, ut malos expediat esse. Phorm. 5.2.
Eum esse quæstum in animum induxi maximum, quàm maximè servire vostris commodis. Heaut. Prolog. & Hecyr. Prolog.
Mihi ut discere novas [scil. fabulas] *expediat.* Hecyr. Prolog.
Ita dij deæque faxint, si in rem est Bacchidis. Hecyr. 1.2.
Si tu idem faceres, magis in rem & nostram & vestram id esset. Hecyr. 2,2.
Ceterùm de reducenda id fac, quod in rem sit tuam. Hecyr. 3.3.
Si ex usu esset nostro hoc matrimonium. Hecyr. 4.1.
Tun' prospicere, nostram in rem quid sit, potes? ibid.

Meritus de me est, quod queam illi ut commodem. Hecyr 5.1.
Neque enim est in rem nostram, ut quisquam amator nuptiis lætetur. Hec. 5. 3.
Mihi usu venit hoc, scio. Phorm. 1. 2.
Nec cum hujusmodi unquam usus venit ut conflictares malo. Phor. 3.2.
Nulli bono fuit. pro S. Rosc. 41.
Communi quodam in usu atque in hominum more & sermone versatur. De Orat. l 1.272.
In hac civitate ipsâ, profectò nulla unquam vehementiùs, quàm eloquentiæ studia viguerunt. Ibid. 272.
Usum autem per nos percipere voluisti. de Orat. l. 2. 346.
Quæ ad rem referant, Persa. 4.4. 44.
Nullum fructum laboris expecto Ep. ad fam. l. 7. 184.
Peto à te ut ita eum tractes, ut intellegat meam commendationem sibi magno adjumento fuisse. Ep. ad fam. l. 13. 416.
Gratissimum mihi feceris, si intellexero, hanc commendationem magnum apud te pondus habuisse Ibid. 418.
Magnopere à te peto, cures, ut intelligat meam commendationem magno apud te, & ornamento, adjumentoque fuisse. Ibid.
Usus adhibendus est. Acad. l. 2 p. 31
Ita æquum est, quod in rem utrique esse arbitremur, consulere, & admonere. Aul. 2, 1, v. 10.
Tuâ è re feceris. Capt. 2. 2. v. 46.
Quod in rem conducat tuam. Capt. 2. 3. v. 26.
In rem utrique maxime. Capt. 2 3. v. 38.
Ut illam, quod tuam in rem conducat, consulam. Stich. 3. 1 v. 4.
Satin' ego oculis utilitatem obtineo sincerè an parùm? Epid. 5. 1. v. 28.
Si magis usus venerit. Bacch 2 3. 120.
Nequior jam factus est usus ædium Most. 1. 1, 32.
Eccum video, qui mihi est usui. & pluri mum prodest. Menæch. 2. 3. v. 1
Atque id mihi prodest, si alij, esse ita ut in rem esse ducant. Men 5 6. 19.
Quæ in rem sint suam, ut posset eloqui. Truc. prol v. 36.
An pœnitet te, quando hoc fuerit usu? Pseud. 1 3. v. 70.
Ex tua re non est, ut ego moriar Ibid. v. 101.
Improbi alunt, augent rem meam mali. Pseud. 4. 7. 27.
Ob istam rem tibi multa instant à me Pers. 4 3. v. 21 & 22.
Ex tuo re est eme hanc Pers. 4. 4 v. 14.
Quid mihi melius, quid magis in rem est? Rud. 1. 4. 1.

In rem utrique est. And. 3.3.14.
Ex eâ re plus mali est, quàm commodi. Ibid. 15.
Nolo tibi ullum commodum claudier in me Ibid. v. 41.
Ex incommodis alterius, sua comparare commoda. And 4.1.v.4.
Manebo, ne quod vestrum remorer commodum. And. 4.3 34.
Nunc me pietas matris potius commodum suadet sequi Hecyr. 3.5.v 31.
Postputare omnes res præ parente, intelligo Ibid. v. 53.
Ex meo rure hoc capio commodi. Eunuch. 5.6.1.
Ex illius commodo meum compararem commodum. Heaut. 2.4.17.
Servire commodis alicujus maximè. Hecyr. prol. 51.
Magis in rem, & nostram, & vestram id esset. Hec 2 2.3.
Ex usu nostro hoc est Hec. 4.1.55.
Vnumquodque trahimus ad nostram utilitatem. Ad Herenn lib. 1. p. 8.
Non industriæ fructum ex tuâ scientiâ capiemus. ad Her. lib 2. 31.
Nam quæ diximus, ad vocem servandam prosunt Ad Her. lib 3 64.
Non mihi soli, sed etiam atque adeò multò magis natus sum patriæ. Ad Her. l. 4. p. 119.
Ad corporis utilitatem spectat. de Invent. l. 1. 177.
Vt & vobis honori, & amicis utilitati, & Reipublicæ emolumento esse possimus. de Orat. l. 1. 278.
Cæterarum rerum, quarum utilitate fructum metimur de Orat. l. 2 p. 441.
Omnes civitatibus suis profuerunt de Orat. l 3. 492.
Opera pretium est pro S. Rosc p 56 7.
Mihi bono fuit agere. S. Rosc. p 65.
Fructus tibi labore parere. S. Rosc. p. 67.
Hoc commodi est. pro S. Rosc. 68.
Fructum alicui, quem meruit, retribuere. pro Sext. Roscio 107.
Commodis suis servire. in Verr. p. 132.
Hoc percommodum cadit in Verr. 137.
Pertinet hoc ad commodum senatorum, ad utilitatem eorum. In Verr. 408.
Sibi, suis commodis, operâ, sumtu, labore deservire. in Verr. pagina 421.
Ad meam rationem usumque æstimo. in Verr. 417.

Meus labor in privatorum periculis castè integreque versatur: ex vestro judicio fructum est amplissimum secutus. pro L. Manil. p. 826.
Rei fructum tribuere. ibid. p. 628.
Illorū magnæ res agētur, in vestris vectigalibus exercendis occupatæ. ibid.
Agitur salus ejus, pro leg. Manil. 621.
Vtriusq; temporis fructum tuli maximum. pro domo. 440.
Capere fructum maximum. De Arusp. respons. p. 462.
Vsum dicendi, & fructum aliquem ferre possunt. Cœl. p. 115.
Omnium hujus n. rvorum, & laborum potissimum diuturnos & uberes fructus capietis. Cœl. 127.
Magno usui Reipub. nostræ fuerunt. Corn. 135.
Quo tempore fructum immortalem vestri in me amoris cœpi. Pis. p. 191.
Laudem adolescentis propinqui jam ad meum aliquem fructum redundare existimo. Lig. 269.
Ille fructum omnis anteactæ vitæ hodierno die maximum cœpit. Marc. p. 282.
Maximum vitæ fructum cœpisse putant. Phil. 2. 357.
In hoc tam commodum tribuitur. Phil. 5. 427.
Ea res magno usui Reipublicæ fuit. Phil. 10 426.
Qui tibi ex me fructus debentur, hos uberiores, & præstantiores præsens capere potuisses. Ep. ad fam. l. 1. p. 21.
Cum unâ mehercle ambulatiunculâ, atque uno sermone nostro omnes fructus provinciæ non confero. Ep. ad fam. l. 2. p. 49.
Onus tibi imponere, nec audeo quicquam, nec debeo, sed quod tuo commodo ferri possit. Ep. ad fam. l. 3. p. 69.
Itaque mihi propono fructum amicitiæ nostræ. Ep. ad fam. l. 3. 89.
Existimabam id quod erat, omnes & industriæ meæ, & fortunæ perdidisse. Ep. ad fam. l 9. 101.
Fructum ex tuis literis cepi maximum. Ep. ad fam. l. 5. p. 135.
Mei consilij majorem in dies singulos fructum voluptatemq; capio. Ep. ad fam. l. 5. 117.
His proximis literis maximum cepi fructum, & judicij & officij tui. Ep ad fam. l. 5. 43.
Vt ipse aliquid commodi consequatur. Offic 2. 109.
Sed quid ejus fructus omnis in ipso amore inest? de Amic. lib. 2. 196.
Vtilitates ex amicitiâ maximæ capientur. De Amic. p. 196.
Ex quibus sperant, se maximum fructum esse capturos. de amic. p. 212.
Non mihi ullum tibi afferet utilitatem de fin. l. 16.

Corporis commodis compleri de fin.l. 3.p. 197.
Fructum capere ex aliqua re. de div. p. 4.
Utilitatis desiderio moveri de fin.l 5.p.274.
Utilitate omnia metienda sunt; negliget, teget, si poterit is, qui sibi eam rem fructuosam putat fore. de leg.p.300.
Ea, quæ propter utilitatem constituitur, utilitate illâ convellitur. ibid.
Ut quisque maximè ad suum commodum refert, quæcunque agit. de leg.l.1.pag. 312.
Fructus alicui ferre. Qu.Tusc.l.2.p.347.
Fructus rei alicujus uberrimos proferre. Qu.Tusc.lib.2.p.351,
Cui si non cessissem, nõ diuturnum beneficij mei patria fructum tulisset. de leg.l 3.p.359.
Id suis commodis, non honestate metitur. 1. Officiorum p.5.
Debemus communes utilitates in medium afferre. 1.Offic.p.11.
Ut communi utilitati serviatur. 1.off.p.14.
In suam rem aliena convertunt. 1. off. p.19.
Quicquid sine detrimẽto possit commoveri, id tribuatur cuivis vel ignoto. 1.off.p 22.
Sunt ijs utilia, qui accipiunt, danti non molesta. 1 offi.p.23.
Semper aliquid ad communem utilitatem afferendum. Ibidem.
Ad Reipublicæ dignitatem aliquid referre. 1. offi.p 26.
Utilitatem civium sic tueantur, ut quicquid agũt, ad eam referant, obliti commodorum suorum. 1 off p 34.
Quod prodesse vult plurimis. 2.Off.p 79.
Qui multam utilitatem Reipublicæ, atq; hominum societati afferre possit. 3.off. 111.
Tempestivos fructus ex his capere possemus. 2.off.69.
Cùm ex ipso fructus est, tum etiam ex cæteris. 2.off.p.88.
Ut ipse aliquid commodi consequatur 3.ofi p.109.
Ducere rationem commodi Ep ad fam lib.3.p. 199.
Te, mi Cornifici, rogo, cures, ut intelligas, hanc meam commendationem maximo sibi usui fuisse Ep.ad fam.l.12 p.388.
Majorem fructum ponere in perpetuitate laudis, quàm in celeritate naturæ. Ep.adFam.l.10.360.
Quarum rerum fructum satis magnum Republicâ salvâ tulisse me putabo. Ep ad fam l 10 p 315.
Quod cùm facies ex magnâ parte communi commodo inservieris. Ep. ad fam, l 11.p.324.

A te peto, ut des operam, ut intelligat meam commendationem sibi fuisse. Ep. ad Fam. l. 13. p. 106.
Fructum magnum humanitatis tuæ capiebam ex silentio literarum mearum. Ep. ad Fam. l. 16. p. 105.
Fuit mihi magno usui in nostris petitionibus. Ep. Att. p. 6.
Nostris rationibus maximè conducere videtur ibid.
Multò majorem fructum ex populi existimatione cepimus. Ep. Att. p. 9.
Quod commodo tuo fieri possit. ibid.
Nisi prætermissos fructus suavitatis tuæ præteriti temporis omnes exæro. Epist. Att. l. 4. p. 106
Mirabiles vtilitates mihi præbet. Ibid. 7. p. 206.
Spero nos communi saluti prodesse posse. Ep. Att. l. 8. p. 256.
Si arbitrare utile fore æquè Reipublicæ. Ep. Brut. p. 541.
Quo die magnorum laborum meorum fructum cepi maximum. Ep. Brut. p. 527.
Vt plurimi prosimus, enitimur. Acad. l. 2. p. 6.
Nisi ob aliquam utilitatem, quam ex eâ caperent, nos servaverint. de Nat. Deor. l. 1. p. 49.
Pecudum greges diliguntur isto modo, quòd fructus ex eis capiantur. ibid.
Quicquid magnam utilitatem generi affert humano. de Natur. Deor. l. 2. p. 73.
Vtilitatem igitur magnitudine constituti sunt ij Dij, qui utilitates gignebant. ibid. p. 34.
Vt aliquid ex eâ commodi consequantur. de Fin. l. 1. p. 109.
Percipere fructus de Nat. Deor. l. 2. p. 74.
Tanta putabatur utilitas percipi ex bobus, ut eorum visceribus scelus haberetur. ibid p. 114.
Reliquæ caussæ, quas Cleanthes affert, quarum unus est de commodorum, quæ capimus, copiâ. de Nat. Deor. l. 3. p. 123.
Scripsi tres libros de Oratore, quos arbitror Lentulo tuo fore non inutiles. 1. 10
Mihi ille dixit perfore accommodatum tibi, si ad illam maritimam partem provinciæ navibus accessissem. 3. 5.
Quod tuo commodo fieri possit. 3. 5. & 4. 2.
Quo in capite sunt quædam nova, salutaria civitatibus. So zu Nutz vnd Gedeyen der Stätte dienen. 3. 8.
Si illud est maxime astuti, omnia ad suam utilitatem referre, quid mihi

mihi tandem erat utilius, quid commodis meis aptius, &c. 3. 10.
Si quid maximè expediat quærimus, obscurum est. 4. 2. & 5. 19.
Nihil arbitremur expedire nisi quod rectum honestumq; sit. Ibid.
Quæ quidem vel optimis rebus & usui, & delectationi esse possent. 4. 3.
Quæ saluti tuæ conducere arbitrarer. 4. 7.
Erat meum consilium cum fidele Pompeio, tum salutare utriq;. 6. 6.
Si tibi id esse emolumento sciam. 7. 10.
Iste tuus à me discessus fructuosissimus tibi sit. 7. 18.
Maximam utilitatem afferre 9. 14.
Fructuosissima professio bonæ voluntatis. 10. 8.
Sedulitas mea, & mihi, & Reip. tulit fructum. 10. 15.
Qui tibi ex me fructus debent, ut eos uberiores & præstantiores præsens capere potuisses. 1. 9.
Cum ea contentio mihi magnum fructum tulisset. Hette mir viel zu getragen. 1. 9.
Cum sermone nostro omnes fructus provinciæ non confero, id est, *reditus*. 2. 11.
Mei consilij, majorem in dies singulos fructum voluptatemque capio, 5. 2.
Cùm ad cæteras summas utilitates hæc quoq; oportunitas adjungatur. Pro Fon. 13. b
Considera, quæ sit utilitas, quæq; oportunitas in homine membrorum. de N. 19: b. & 37. a. b
Illud Cassianum. *Cui bono fuit*. Ibid.
Quibus occidi Roscium bono fuit. Pro S. R 20. b
Hoc aliis quoq; bono fuit. ad Her 7. a
Neq; enim fructum ullum laboris ex his peto 7. 1.
Agros, quos fructuarios habent civitates, &c. 8. 10.
Artes nostræ nescio quomodo nunc uberiores fructus ferre videntur. 9. 3.
Fructus doctrinæ percipis eos qui maximi sunt. 9. 6.
Nos jam ex areis tantum habemus, scil. *redituum*. *Legunt alij*. Nos & artis tantum habemus, seu: nos ex te artis tantum habemus. 9: 20.
Nihil est, quod tibi majori fructui gloriæq; esse possit. 10. 5.
Fructuosissima professio bonæ voluntatis. 10. 8.
Mihi fructus meritorum meorum, in Republica

 in-

incolumitate, satis magnus est paratus. Ibidem.
Major pars Senatus, maiores ex me fructus tulisset, id est, *percepisset.* 10.32.
Confirmo tibi, eum te quem soles fructum, à bonorum virorum officijs exspectare, esse capturum. 13. 23.
Serere beneficium, ut metere possit fructum. In orat. Antequam iret in exil.
Nihil me non salutariter cogitare scio. 10.24.
Cures ut intelligat, hanc commendationem maximo sibi usui fuisse. 12. 29. & 13.17.
Esse è Republicâ. 13 9.
Decrevi ut tu, si arbitrarere utile fore & è Republica esse, persequerere Dolobellam bello. &c, ad Brut. epist. 5.
Maius commodum ex otio meo Reipubl. venturum. Iug. cap. 4.
Cucurrit vester quaestus in meum commodum. 1.6. Symm.
Frui bona autumni 117.
In rem suam fore existimavit. 1.20.
Fructus illi ex tuo congressu, tuo honore proveniet. Ibid.
Processus tuos in meo aere duco. 1.27.
Tibi uni nihil adhoc locorum gratia praestitit. 1.31.
Hoc nulli rei est. 1.37.
Fructus optabiles omnium amor spondet 1 42.
Bona cujusque rei tam brevis est usus. 1.48.
Cujus labor saluti publicae commodabit. 1.55.
Quem ego non minus famae saeculi, quàm civium securitati commodasse dixerim. 64.
Multum in gratiam tuam publica utilitas promovebit. 1.68.
Amicis ac necessarijs suis usui esse. 1. 73.
Nisi futurae sibi usui litterae poposcisset, ad scribendum defuisset occasio. 1.74.
Minuere alicujus utilitatem. 1.79.
Cui si nihil compendij optimatium voluntas ante tribuisset, eruditio sua fructum ferre deberet. Ibide
Commoda repudiare. 2.13.
Iuvare commodum alicujus. 2.29.
Usui alicui esse. Ibid.
Aliquid commoditatis attulit. 2. 37.

Vulgi.

Vulgi.

Pöfel / Gemein Volck.

SIc est vulgus, ex veritate pauca, ex opinione multa æstimat. Pro Q.Rosc.p.102.
Quidam è medio. 9. 110.Symm.
*Minimæ fortunæ homines.*10.16.

FINIS CALLIGRAPHIÆ ROMANÆ.

ERRA-

Errata.

Errata typographica non excusamus: sed æquitati Lectoris obnixè commendamus. Fieri fortassis potuit, ut in copiâ istâ Exemplorum geminatè quædam occurrant: eóque alterutrum expungendum. Nonnullibi etiam exempla collocata Titulis non-suis. qualia sunt illa duo:

Pag. 708 *Et domum, & semet igni corrumpunt.* Jug. cap. 76.
Pag. 709. *Et fuga cultorem deserta igni vastare.* Frag. lib. 1.

Quæ referenda ad Tit. sequentem *Ignis*.

INDEX

Singulorum Titulorum Phraseologicorum in hac Calligraphiâ comprehensorum.

A

A

INDEX.

Compe-

D

L. Lab[illegible]

L

M

N

Tractan-

Register aller gemeiner art zu reden/vnnd zuschreiben / in dieser Calligraphia verfasset.

A

Kn

INDEX.

Scha-

Vie

F I N I S.

REGV-

REGVLAE ELE-
GANTIARVM CICERO-
NIANARVM

In gratiam
Eloquentiæ ſtudioſorum è Variis
Auctoribus collectæ.

REGVLA I.

Assidua elegantium scriptorum lectione Adjectivis Substantiva postponi sæpius solere advertas. Cic. *Ampla domus dedecori domino sæpè fit, si est in ea solitudo, & maximè si aliquando alio domino solita est frequentari.* Quint. *Tenacissimi sumus eorum, quæ rudibus annis percepimus.*

NOTA I.

Elegantiam majorem sentias, si comparativum aut Superlativum Substantivo postpones: quamvis id nonnulli diligenter parum observent. Vt;

Vtilitas major: Vtilitas maxima Dignitas amplior: Dignitas amplissima. Mala plurima affert mala vicinia.

Cic. *Nihil illo regno spoliatus, nihil rege egentius.* Idem. *Imperatorem liberalissimam, ætatem oportunissimam, commendationem certè singularem habes.*

NOTA II.

Nomina ea, quæ numerum significant, Substantivis eleganter postponi possunt.

Cic. *Cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares: sed omnes omnium caritates patria una complexa est.*

NOTA III.

Concinnitatem multam habet, quum Adjectivum duas habens syllabas postpositum est Substantivo, quod pluribus syllabis constet.

Cic. *Quis animo æquo videt eum, quem impunè ac flagitiosè putet vivere?*

NOTA IV.

Oratio omnis ferè solet esse venustior, in qua vox Omnis Substantivo postposita est.

Cic. *Virtutis laus omnis in actione consistit: à qua tamen sæpè fit intermissio.* Idem *Ratio omnis dicendi tribus ad persuadendum rebus est nixa, ut probemus vera esse quæ defendimus: ut conciliemus nobis eos qui audiunt: ut animos eorum ad quemcunque causa postulabit motum vocemus.* Idem. *Rerum omnium satietas, vitæ facit satietatem.*

Nota V.

Nullus ornatius Substantivo postponitur.

Cic. *Illud magis mihi solet esse molestum, tantis me impediri occupationibus, ut ad te scribendi meo arbitratu facultas nulla detur.*

Nota VI.

Adjectiva Pronominalia non raro Substantivis postposita invenias.

Terent. *Abi hinc quo dignus es cum donis tuis tam illepedis.* Idem. *Munus nostrum orna verbis quoad poteris.*

Elegantiam sentias majorem si primitivæ speciei Pronomen interposueris.

Familiaritas mihi tua non injucunda est.

Labore mihi tuo utilitatem paris.

Cic. *Tanta liberalitate se tua usos prædicabant, ut iis plus à te tributum intelligerem, quàm ego auderem te rogare.* Idem. *Sunt enim testes, & erunt sempiterni meritorum erga me tuorum, meæque pietatis.*

Observari hunc ordinem semper ne putes, alia ponimus exempla.

Cic. *Tuum te desiderium movet.* Idem. *Tua te res cruciat.* Idem. *Istis te molestiis laxes.*

Nota VII.

Legendis auctoribus probis verborum singulorum collocationem qui perpenderit, is non raro inveniet Adjectiva hæc, Alienum, Aliud, Alterum, Vtrumque, Solum, Vllum, Tale, Quodlibet, Quodvis, Totum, Cætera, Reliqua, aliaque hujusmodi, quæ multitudinem significant, Substantivis postposita esse.

REGVLA II.

Inter Adjectivum & Substantivum, & contrà, per quàm venustè

nuſtè aut Nomen, aut Pronomen, aut Verbum, aut Præpoſitio cum ſuo caſu, aut Adverbium, aut plures ſimul orationis partes à præclaris inſeri videas auctoribus.

Cic. *Philoſophia omnium mater artium, quid eſt aliud niſi, ut Plato ait, donum, ut ego, inventum Deorum.* Idem. *Referri decet ad ea, quæ propoſui in principio fundamenta.* Idem. *Desine bonospetulantiſſima conſectari lingua.* Idem. *Sed quid quæro velisne? cum ex literis tuis eruditiſſimè ſcriptis, te vel maximè velle perſpexerim.* Ter. *Et quia erat forma præter cæteras, honeſta & liberali, accedo ad pediſequas.*

REGVLA III.

Quod ſi duo Adjectiva ſint, unum Nominale, & alterum Pronominale, quæ uni Subſtantivo attributa ſint, Nominale præponas, inter quod, & Subſtantivum, Pronominale interpones.

Cic. *Memini gloriari ſolitum eſſe familiarem noſtrum Hortenſium, quod nunquam bello civili interfuiſſet.* Idem. *Subciſiva quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior.*

NOTA I.

Si quid verò inter Adjectivum Pronominale, & Subſtantivum interſeras, quod cum utroq;, aut cum altero conveniat, majorem quandam ſentias elegantiam.

Magna tua in omnes liberalitas.

Mira quædam in cognoſcendo ſuavitas & delectatio.

NOTA II.

Quod ſi in huiuſmodi ſermone Adjectiva duo Nominalia ſint, copulativa juncta particula, inter utrumque Pronomen, Adjectivum collocetur.

Libero tuo & admirabili ingenio delector.

Cic. *In omnibus egregiam quandam, ac præclaram indolem ad dicendum cognovi.*

REGVLA IV.

Relativum cum ſuo verbo, & interdum ſine eo pereleganter Antecedenti præponitur, ita ut & ſequenti verbo in caſu reſpondeat.

Quas jampridem optavi accepi literas.
Quos homines securos, nulliusque rei curiosos putamus, in utramvis aurem dormire, proverbiali sententia dicimus.
Terent. *Quod habui summum precium persolvi tibi.*

REGULA V.

Pervenustè quoque Relativum Antecedenti in casu quidem eodem præponitur, ita tamen ut cum Verbo vel Adjectivo sequente non consentiat.

Quas ad me dedisti literas fuere gratissimæ.
Cic. *Quæ prima innocentis mihi defensio est oblata, suscepi.* Terent. *Populo ut placerent quas fecisset fabulas.*

In hujusmodi loquendi genere Antecedens Relativo non præponitur, nisi apud Poetas.

Plaut. *Naucratem quem convenire volui, in navi non erat.* Terent. *Eunuchum quem dedisti nobis quas turbas dedit?* Virgil. *Urbem quam statuo vestra est*, Vide capitis 1. Regulam quartam Syntaxeos Emmanuelis.

REGULA VI.

Relativum, Qui, Quæ, Quod, quoties Pronomine Hic, Is, Idem, Ille cum casibus qui inde fiunt pro Antecedentibus habet, triplicem omnino recipit collocationem: Aut enim his præponitur, aut iis postponitur, aut sine iisdem solùm in oratione collocatur.

Prima collocatio, qua Relativum, Qui, Antecedenti suo Hic, Is, Idem, rarius Ille, Ipse, Iste præponitur.

Qui fructum ex studiis suis percipere cogitat, is diligenter exerceat stylum. Qui amicum extrema subeuntem pericula comitatur, idem amici appellatione indignus non est. Infelicitatem ferre qui nescit, is infelix est.
Cic. *Qui dolet rebus alicujus adversis, idem etiam secundis dolet.* Idem. *Qui semel verecundiæ fines transierit, eum bene & naviter oportet esse impudentem.* Idem. *Tunc res malè se habet: quum quod virtute effici debet, id tentatur pecunia.*

Altera collocatio, qua Relativum Qui, iisdem Antecedentibus postponitur.

Is diligenter exerceat stylum, qui fructum ex studiis suis percipere cogitat.

gitat. Nulla est amicitia ea, quæ sibi lucrum proponit. Corvis & lupis largitur hic, qui in ingratos confert beneficia.

Cic. *Ira est libido puniendi hujus, qui videatur læsisse injuria.* Idem, *Quærendi defatigatio turpis est, quum id quod quæritur sit pulcerrimum.*

Tertia collocatio, qua Relativum Qui sine huiusmodi Antecedentibus ponitur.

Qui fructum ex studiis percipere cogitat, diligenter exerceat stylum. Qui literas scripsit, amicus est. Cui secundæ res adsunt ne superbiat. Quem læsisti semel, amicum ne putes.

Cic. *Qui habet, ultro appetitur, qui est pauper, aspernatur.* Idem. *Nec me pudet, ut istos, fateri nescire, quod nesciam.*

NOTA.

Quum sermone domestico Relativum qui habet Antecedens Aliquis, tum id antecedens genere dicendi ornatiore omittitur.

Est qui te alloqui cupit. Fuerunt qui nostram amicitiam dissolvere conati sunt. Mitto ad te qui negotium hoc conficiat.

Cic. *Sunt qui quod sentiunt, etiamsi optimum sit, tamen invidiæ metu non audent dicere* Idem. *Est quod gaudeas te in illa loca venisse, ubi aliquid sapere videare.*

Aliquid etiam ante Cur, vel Vbi omitti solet.

Cic. *Non est cur eorum qui se studio eloquentiæ dediderant spes infringatur, aut languescat industria.* Idem. *Habes ubi ostentes illam præclaram tuam patientiam famis & frigoris.*

REGVLA VII.

Quum domestico sermone dicitur, Quæ res, ejus loco, Id quod, dicemus usitatè admodum, idq; per Parenesin.

Hac nostra ætate nimia bonorum cupiditas, id quod Reipub. perniciosum est, nobilissimum quemque occupat. Immeriti cumulantur honoribus, viri boni repulsam patiuntur, id quod in caussa est, cur non magno studio virtus ipsa colatur.

Cic. *Habetis omnes ordines, omnes homines, universam Rempubl. id quod in civili caussa hodierno die primum videmus, unum atq; idem sentientem.*

REGULA VIII.

Relativum Qui, Quæ, Quod adjuncto verbo Substantivo, eleganter pro secundum, vel Pro præpositionibus adhibetur.

Inculta orationi meæ, quæ tua humanitas est, facilè puto, ignosces. *Quæ tua humanitas est*, id est, *secundum tuam humanitatem*, vel, *Pro tua humanitate*.

Cic. *Si mihi permisisses, qui meus amor in te est, confecissem cum cohæredibus.* Fit in formulis quæ Parentheseos quandam formam habent.

REGULA IX.

Si in cultiorum auctorum lectione studia tua occupaveris, Qui pro quo, vel quomodo non invenustè poni, observabis.

Qui vales? Qui scis patrem venisse?

Pacuvius. *Canis quando est percussa lapide, non tam appetit illum qui se icit, quàm illum eum ipsum lapidem, qui ipsa icta est, petit.* Terent. *Abs quivis homine beneficium, quum opus est accipere gaudeas.* Cic. *Quicum amantissimè, & conjunctissimè vivebat.*

REGULA X.

Cicero non rarò ibi Pronomen Is, ea, id, ponit, ubi Relativum Qui, quæ, quod solitum est poni, præcipuè in principio clausulæ proximæ.

Litteras tuas recepi, iis profectò supra fidem delectatus.

Cic. *Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen: is Conus vocitatus est.* Idem. *Cura ut valeas: id foris canitando facillimè consequêre.*

NOTA.

Pronomen Is post conjunctionem copulativam non sine elegantia declarandi præcedentis causa ponitur.

Vnas tantùm à te accepi litteras, & eas perbreves. Veste erat indutus talari, & ea detrita & sordida.

Cic *Barbarum & eum quidem, ut scriptum est, compunctum notis Threiciis, districto gladio jubebat anteire.*

REGULA XI.

Inter Nominativum & Verbum elegantissimè Relativum cum alia sententia, parenthesi inclusa, collocatur.

Amici-

Amicitia (quam multis declarasti beneficiis) facit ut meam tibi operam nunquam sim denegaturus. Terent. *Tamen vel virtus tua, vel vicinitas, quod ego in propinqua parte amicitiæ puto, facit ut te audacter moneam, & familiariter.*

Cic. *Vultus quidem totus, qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in fraudem homines impulit, hic eos quibus erat ignotus, decepit, fefellit, induxit.*

Virgilius. *Ast ego, quæ divum incedo Regina, Iovisque*
Et soror & coniux, una cùm gente tot annos, Bella gero.

REGVLA .XII.

Doctioribus illa probatur oratio, quæ à posterioribus initium sumit.

Cic. *Epistolarum genera multa esse non ignoras.* Idem. *Eunti mihi Antium, venit obviam tuus puer.* Idem. *Alexandrum regem videmus, qui cùm interemisset Clytum familiarem suum, vix à se manus abstinuit.* Idem. *A nobis homo audacissimus Catilina accusatus in senatu, obmutuit.*

REGVLA XIII.

Periodi verbis, quàm aliis orationis partibus venustius clauduntur.

Cic. *Non enim procacitate linguæ vitæ sordes eluuntur.* Idem. *Pares cum paribus, veteri proverbio, facillimè congregantur.*

REGVLA XIV.

Elegantiæ studiosis etiam illa placet oratio, quæ dictionem universalem Omnis, Nemo, Nullus in fine habet.

Cic. *Somnum denique nobis, nisi requietem corporis, & medicinam quandam laboris afferret, contra naturam putaremus datum: Aufert enim sensus, actionemq́, tollit omnem.* Idem. *Quæ igitur ea cupiditas eius legis ferendæ, quæ turpitudinem summam habeat, gratiam nullam.*

Eædem voces non parùm lepidè in orationis principio collocantur, maximè si Sum verbum subsequatur.

Cic. *Omne animal simul ac ortum est, & seipsum, & omnes suas partes diligit.* Idem. *Nulla gens tam fera, cujus mentem non imbuerit Deorum opinio.* Idem. *Nemo de iis qui peritissimi sunt, huic anteponendus est.*

REGVLA XV.

Comparativa & Superlativa non rarò in orationis fronte, nec minus eleganter in fine ejusdem collocantur.

Cic. *Facilius ad ea quæ visa, quàm ad illa quæ audita sunt, mentis oculi feruntur.* Idem. *Rerum omnium ex quibus aliquid expeditur, nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius.* Idem. *Gratissimum mihi feceris, si intellexero hanc commendationem magnum apud te pondus habuisse* Idē. *Profectò ita est, ut habendum sit antiquissimum, & Deo proximum, quod sit optimum.*

REGVLA XVI.

In numerorum nominibus ut plurimum majori præponitur minor, si qua interponatur conjunctio, ut;

Quartus & vicesimus; Octavus & tricesimus. M. Cicero tertio & sexagesimo atatis anno obtruncatus est. Annus tertius atatis & sexagesimus Aristoteli, atque Demostheni eodem propè tempore vitam ademit.

Post Centum, major, intercedente Conjunctione, minori sæpius præponitur.

Cic. *Leontinus Gorgias centum & septem implevit annos.*

Idem conjunctionem utrobique aliquoties omittit.

Sine ullâ molestia, sumtuvé sociorum quinquagesimo septimo die rem confeci. Idem. *Is locus est citra Laucadem stadia centum viginti.*

REGVLA XVII.

Genitivum dictioni regenti præpositum, ab eadem, interposita voce aliqua, eleganter interdum separari, doctissimorum lectione edocemur.

Literarum tuarum profectò admiratus sum elegantiam.

Cic. *Multorum in nos perfidiam, insidias, proditionem notabis.*

REGVLA XVIII.

Elegantioris ingenii scriptoribus usitatum est, ut tunc comparativum usurpent, cùm familiari sermone Adverbium Multum, aut valdè Positivo adiungitur, ut;

Alexan-

Alexander Macedo corpus habuit imbecillius.
vehementius in scelera invehitur,
Ab amico litteræ jucundiores sunt.
Fortuna tuis rebus arridet felicius.
Cic. *Senectus est natura loquacior.*

REGVLA XIX.

Cùm inter magis, & Quàm vulgari sermone aliquid interponi solet: eas duas particulas sine ulla voce media coniunxeris elegantius.

Amicitia me delectat magis quàm pecunia.
Cic. *Graue est homini pudenti petere aliquid magnum ab eo de quo se benè meritum putet: ne id quod petat, exigere magis quam rogare, & in mercedis potius, quàm beneficij loco numerare videatur.*

REGVLA XX.

Elegans dicendi genus est, bonisque auctoribus frequentatum, quoties hæ duæ particulæ, Quam Vt, post Comparatiuum in oratione continuantur, ut;

Amor in te meus major est, quàm ut dicere possim. Pro quo vulgò dicitur: *Tantùm te amo, quod dicere non possum.*
Cic. *Hoc videtur esse altius, quàm ut id nos humi strati suspicere possimus.*

NOTA I.

Loco particulæ; Vt; Qui, Quæ, Quod non minus eleganter ponitur, licet fortasse minus usitatè, ut;

Amplior tua est felicitas, quàm cui quis invideat.
Cic. *Quum præsertim matris tuæ gravissimæ atque optimæ feminæ, majora erga salutem dignitatemq; meam studia, quàm quæ erant à muliere postulanda, prospexerim.*

NOTA II.

Sine his vocibus post Quàm positis, hoc dicendi genus usurpari possit.

Cic. *Hoc majus est quiddam, quàm ab iis qui hæc tradunt, postulandum sit.*

REGV-

REGVLA XXI.

Quum particula Quàm, ratione Comparativi posita, orationi adhibetur, tribus locis inseri potest: Siquidem Comparativis vel interponitur: vel inter vocabula duo collocata Comparativo antecedit: vel Comparativum sequitur.

Quàm duobus Comparativis interpositum.

Quos amamus, eos amicius, quàm veriùs laudare solemus. Hoc est, *amicè magis quàm verè. Fortunatior, quàm sapientior es,* id est, *fortunatus magis quàm sapiens.*

Salust. *Ego scio quàm aspera hæc res in principio futura sit, præsertim iis, qui se in victoria licentius liberiusq́, quàm arctius futuros credebant.*

Quàm, inter vocabula duo collocatum, Comparativo antecedens.

Amicitia quàm pecunia delectat amplius. Divitiis quàm virtute plures invigilant.

Cic. *Quamvis Themistocles jure laudetur: & sit ejus nomen quàm Solonis illustrius.* Idem. *Id re, quàm verbis faciam libentius.*

Quàm inter duo vocabula collocatum, Comparativum sequens, non pari tamen elegantia.

Pluris amicitia, quàm rerum multarum possessio esse debet. Melius est cum doctis errare, quàm cum imperitis benè sentire.

Cic. *Morbi pernitiosiores pluresq́, sunt animi quàm corporis.*

NOTA.

Quod de comparativo postposito aut præposito vocabulis iis, quæ particula Quàm copulat, dictum est, idem de verbo Malo observandum.

Cic. *Italiam ornare, quàm domum suam maluit:* Idem. *Malo non intelligi orationem meam, quàm reprehendi.*

REGVLA XXII.

Elegantissimum illud dicendi genus est, quoties Superlativo postponitur ejusdem nominis Comparativum, quod Superlativi significatum quodammodo superare videtur.

Mihi amicissimus es: esses tamen amicior, si ad me scriberes.

Cic. *Quum ipsum Furnium per se vidi libentissimè, tum hoc libentius,*

quod

quod illum audiens te videbar audire. Idem. *Tibi persuade, te mihi quidem esse carissimum, sed multò fore cariorem, si talibus monumentis praceptisq; latabere.*

N O T A.

Dicendi venustate vis acquiritur orationi, cùm per Comparationis gradus fit velut quædam gradatio.

Felix est cui amicum bonum diligere contigit, felicior qui ab eo literas multas accipit, felicissimus cui cum eo vivere datum est.

Caritas in parentes magna est, major in patriam, in Deum maxima.

Nusquam apud Ciceronem ejus generis Climax reperitur.

R E G V L A XXIII.

Oratores vel maximi Superlativis, Nominibus, Adverbiis, Vel pro Etiam adjungere consueverunt.

Literæ mihi tuæ gaudio vel maximo fuerunt, pro quo indiserti dicunt, *non solùm magno, sed etiam maximo.*

Carmen illud tuum, vel Momo judice, laudem meretur insignem.

Cic. *Turba & barbaries forensis locum dat vel vitiosissimis orationibus* Idem. *Hoc uno præstamus vel maximè feris, quod colloquimur inter nos, & exprimere dicendo sensa possumus.*

N O T A.

Aliis quoque vocabulis Vel in hac significatione adjungi potest.

Cic. *Per me vel stertas licet, non modò quiescas.*

N O T A.

Particula Etiam à Cicerone quoque Superlativo apponitur.

Caput autem est in omni procuratione negotij & muneris publici, ut avaritia pellatur etiam vel minima suspicio.

R E G V L A XXIV.

Primi in scribendo nominis auctores, Quo pro Vt, sæpissimè cum Comparativo, & nonnunquam sine eo usurpant, inquè medio ferè vocem aliquam ponunt.

Cibo & somno parcè utendum est, quò sit ingenij acrimonia major.

Artium bonarum studiis opera danda est, quò sit animus divinior.

Cic.

Cic. *Facessant omnes qui docere nihil possunt, quò melius sapientiusque vivamus.* Idem. *Quò tolerabilius feramus igniculum desiderij tui, crebris nos literis appellato.* Idem. *Omnia faciat, quò propositum assequatur.* Terent. *Hanc simulant parere, quò Chremetem absterreant.*

REGVLA XXV.

Quo pro quanto, & Hoc vel Eo pro tanto à doctioribus sæpissimè usurpantur.

Quo te magis amo, hoc plures ad te scribo literas. Quo quis pauperior est, eo ei vehementior erit ad studia literarum cupiditas.

Cic. *Quo difficilius, hoc præclarius.* Idem. *Quo minus honoris erat Poetis, eo minora studia fuerunt.*

NOTA

Quamvis Quo præponatur sæpius, postponi tamen etiam invenitur.

REGVLA XXVI.

Cùm elegantissimis Latinæ linguæ scriptoribus id dicendum est, quod indoctum vulgus dicit, Secundum quod quisque, tum Superlativa duo dicunt, utrumque Nominale, vel utrumque Adverbiale, vel alterum Nominale & alterum Adverbiale; quibus Vt quisq; & Ita, vel adiunguntur, vel omittantur. Exemplis id fiet manifestius.

Vt quisq; optimus est, ita retinet amicitiam longissimè, id est, secundum quod quisq; bonus est, amicitiam diu retinet: parum enim bonus parum diu retinet, melior diutius, optimus diutissimè.

Vt claris natalibus quisq; conspicuus est maximè, ita superbia eminentissimus. Maximè quisq; dives à literis abhorret maximè.

Cic. *Vt quisq; sordidissimus videtur, ita libentissimè severitate iudicandi vitæ sordes eluet.* Idem. *Vt quisq; animi magnitudine maximè excellit, ita maximè vult omnium princeps esse* Idem. *Nec dubium quin maximo cuiq; plurimum debeatur.*

REGVLA XXVII.

Quisque, non Omnis adiungi solet Pronomini Sui, sibi, se; & Suus, a, um; itemque Qui, quæ, quod, nisi huius Antecedens est, & illius tanquam Adjectivum. Dicas enim: *Omnes qui amant diffi.iles sunt. Omne suum decoxit patrimonium.*

Sed

Sed regulæ hujus ea sunt exempla.

Dignus amari sibi quisq; visus est. Sua cuiq; amicitia jucunda est. Quod quisq; facit, id laudandum putat.

Cic. *Partem aliquam sibi quisq; vendicat.* Idem. *Suum cuiq; pulcrum est.*

Nota.

Cum particula Quantum, itidem Quisque, non Omnis dicitur.

Cic. *Quantum quisq; volet, bibat.*

REGVLA XXVIII.

Pronomen Ipse, ipsa, ipsum, cum alio Pronomine in casibus diversis eleganter poni solet.

Mihi ipse placeo. Te ipse laudas. Sibi ipse nocuit.

Cic. *Sibi ipse peperit maximam laudem.* Idem. *Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit, nequidquam sapit.* Idem. *In hoc me ipse castigo.*

REGVLA XXIX.

Duo, tria, plurave Pronomina juxta se, sine ullo medio, posita, orationem reddunt venustiorem.

Venio à fratre tuo, is se tibi commendat. Amicitiam nostram ego nulli anteponendam censeo Tu tibi ipse vivis.

Cic. *Mihi tu, tui, tua omnia maxima cura sunt, & dum vivam erunt.* Idem. *In te mihi omnis spes est* Idem. *Perfecisti ut nemo sine literis meis se tibi esse commendatum putaret.*

REGVLA XXX.

Felicis illius seculi scriptores sic sæpè locuti sunt, ut pronomen derivatum solum usurpent, tum cùm sermone domestico, cum eo jungitur nomen Familiaris, Amicus, Socius, Comes, aut quodvis aliud hoc genus. Ibi autem Proprium nomen non raro adjungitur : sed non sæpè minus omittitur.

Ignatius meus ad suos abijt.

Cic. *Catonem tuum mihi mitte.* Idem. *Ita ad tuos scribas, ut me tuum esse sciant.* Idem. *Me Romæ tenuit omninò Tullia mea partus.*

RE-

REGVLA XXXI.

Sermone familiari quum dicitur Tale ut, pro Tali, Id vel Hoc; pro Vt, Quod dixeris elegantius.

Non is sum, quem contemnere debeas. Is fuit Cicero de quo seculum nullum conticescet.

Cic. *Præsta te eum qui mihi à teneris, ut Græci dicunt, unguiculis es cognitus.* Idem. *Hæc mihi scribenti veniebat in mentem, me eum esse, cujus tu desperationem accusare solitus es.*

NOTA.

Idem quoque, Tales ut, dixit.

Tales, inquit, nos esse putamus, ut jure laudemur.

REGVLA XXXII.

Hic, & ille ad præcedentia duo relata, hoc modo elegantissime distinguuntur: ut Hic ad posterius & propius, Ille ad prius & remotius referatur.

Virtuti potius, quàm voluptati opera danda est: Hac enim à belluis nihil distamus, illa verò hominis dignitatem retinemus. Scipio, & Cicero immortalem gloriam sibi peperêre: hic dicendo, ille bellicis rebus.

Cic. *Divitias alij præponunt, bonam alij valetudinem, alij potentiam, alij honores, multi etiam voluptates: Belluarum hoc quidem extremum est; illa autem superiora sunt caduca & incerta, posita non tam in consiliis nostris, quàm in fortunæ temeritate.* Iste, pro Hic, non raro ponitur.

NOTA I.

Hunc relationis ordinem etiam à Valerio Maximo, qui ejus observantior est, neglectum agnoscimus. Cujus hæc sunt verba:

Brutus, inquit, par gloria Romulo: quia ille urbem, hic libertatem Romanam condidit.

NOTA II.

Pro altero Relativorum Antecedens tum repeti potest, cùm oratio longior auditoris animum turbare posset. Quale est hoc Ciceronis.

Inter hominem, & belluam hoc maximè interest, quod hæc tantum, quan-

quantum sensu movetur, ad id solùm quod adest, quodq; præsens est, se accommodat, paulum admodum sentiens præteritum aut futurum: Homo autem qui rationis est particeps, facilè totius cursum videt, ad eamq; degendam præparat res necessarias.

REGVLA XXXIII.

Genitivi Terrarum, Gentium, ornatus causa potius quàm sensus, orationi non raro adjunguntur, quemadmodum Verbis, Voce, Via, Tempore detrahi solent à vocabulis paucis, Multis, Pluribus, Clara, Recta, Brevi.

Cic. *Vbi terrarum esses ne suspicabar quidem.* Idem. *Longè gentium abes.* Idem. *Complectar brevi, disseram pluribus: Is est enim eloquens, qui humilia subtiliter, & magna graviter & mediocria temperatè potest dicere.*

REGVLA XXXIV.

Inter vocabula duo Conjunctione vincta, venustè aliquid, quod cum utroque conveniat, ponitur.

Cic. *Magnum opus omninò atq; arduum, Brute conamur: sed nihil difficile amanti puto, amo autem & semper amavi ingenium, studia, mores tuos.* Idem. *Rustica vox, & agrestis quosdam delectat.*

REGVLA XXXV.

Quum vocabulum unum bis in oratione eadem ponendum, proximo sibi sine ullo medio componatur.

Amicus amici consuetudine gaudet. Amore amor, ut clavus clavo truditur. Calliditate calliditas plerumq; vincitur.

Cic. *Cura ut valeas, & me ut amas ama.* Idem. *Proximè & secundum deos, homines hominibus maximè utiles esse possunt.* Idem. *Reddenda est terra terræ.*

REGVLA XXXVI.

Quum vocabula duo quorum ab altero alterum profectum sit, in oratione eadem sunt, tum sine ullo quod in medio sit, propè se collocantur.

Orationes oratori futuro legendæ sunt. Socrates hortabatur juvenes, ut in speculo se inspicerent sæpius, ut si formosi essent, ea specie digni fierent, sin deformes, deformitatem suam eruditione tegerent.

Cic. *Delectarunt me literæ tuæ, in quibus primùm amavi amorem tuũ,*

qui te adscribendum incitavit. Idem. *Facilè fuit ju*[illegible]*titiam justissimo viro defendere.* Idem. *Nihil est calibe lectulo lectius atque fortunatius.*

REGVLA XXXVII.

Nulla mehercule fœcunda magis, nulla acrior, nulla vehementior oratio est, quàm ea in qua vox una sæpiùs repetitur. quæ tanquam aures auditoris ipsius percutit sæpiùs, ut;

Amicitia nihil dulcius, nil suavius, nil hominis libertate dignius esse putem.

Cic. *Nemo justus esse potest, qui mortem, qui dolorem, qui exilium, qui egestatem timet, aut qui ea quæ his sunt contraria, æquitati anteponit.* Idem. *Nihil est mihi crede, virtute formosius, nihil pulcrius, nihil amabilius.* Idem. *Multi quum in potestate essent hostium ac tyrannorum, multi in custodia, multi in exilio dolorem suum, doctrina studio levaverunt.*

REGVLA XXXVIII.

Quum res una vocibus multis eandem propè significationem habentibus, quæ Synonyma aut ferè Synonyma sint, ornatè effertur, multum ponderis accedit orationi. Eo tamen ordine voces collocandas esse memineris, ut, quæcunque postremo loco ponitur, majorem quàm quæ præcessit vim habeat. Graviorque futura sit oratio, si non ponitur ulla inter vocabula hæc Conjunctio.

Eruditionem tuam omnes uno ore prædicant, extollunt admirantur. Nihil equidem lego quod oratione tua elegantius sit, venustius, lepidius.

Cic. *Abijt, excessit, evasit, erupit.* Idem. *Omnibus qui patriam conservarint, adjuverint, auxerint certum esse in cœlo definitum locum.* Idem. *Turpe est viro debilitari, dolore frangi, succumbere.*

Nonnunquam inter hujusmodi vocabula Conjunctio interponitur.

Cic. *Meq; præ cæteris & colit, & observat, & diligit.*

Est quando in hoc dicendi genere verbis ipsis aliquid adjungatur.

Cic. *Siciliam provinciam Verres per triennium depopulatus est, Siculorum civitates vastasse, domos exinanisse, fana spoliasse dicitur.*

In

In hac dicendi figura duæ solæ voces sine Conjunctione ra-rò dicuntur.

Cic. *A te peto majorem in modum, ut eum etiam atque etiam tuis officiis, liberalitate complectare.*

REGVLA XXXIX.

Omnis oratio vehementiam & impetum habet majorem, per Interrogationem, aut Exclamationem, quàm simpliciter, elata.

Quid in vita hominum amicitia dulcius est? Studio literarum quid invenies jucundius? O felices eos quibus cum natura bonitate adest fortunæ benignitas!

Cic *Quid turpius, quàm sapientis vitam, ex insipientium sermone pendere?* Idem. *Quid est dulcius otio literato?* Idem. *Quid est stultius, quàm incerta pro certis habere, aut falsa pro veris?* Idem. *O callidos homines, ô rem excogitatam, ô ingenia metuenda!* Idem. *O fallacem hominum spem fragilemq́, fortunam, & inanes nostras contentiones? quæ medio in spatio sæpè franguntur, & corruunt, aut antè in ipso cursu obruunt, quàm portum conspicere potuerunt.* Idem. *O miserum senem, qui mortem contemnendam esse, in tam longa ætate non viderit!*

NOTA I.

Sed Exclamatio frequens, quàm Interrogatio odiosior est.

NOTA II.

Quid, particulam Quod sine medio præcedens, multa cum venustate Interrogat. Vtimur autem his dicturi rem ponderis majoris quam fuit quæ antecessit.

Quibuscunq, potui rebus tibi præsto fui, operâ, consilio, quid? quodne pecuniam quidem tibi unquam denegavi.

Cic. *Quid? quod sapientissimus quisq, æquissimo animo moritur stultissimus iniquissimo.* Idem. *Quid? quod salus sociorum summum in periculum ac discrimen vocatur.* Idem. *Quid? quod eodem tempore desidero filiam.*

REGVLA XL.

Quum detestandum quippiam abominandumque dicturi sumus, tum clausulam eam cui energiã dare volumus maximã,

faciemus Interrogativam, in eaque Interjectionem Malum, post primum secundumvé vocabulum ponemus. Significat autem hæc vox hac ratione usurpata, idem quod Virgilio Nefas.

Quæ, malum, est ista effrenata tua impudentia impurissime? Quid, malum, amici persona contegis inimicitias?

Cic. *Quænam, malum, est ista voluntaria servitus?* Terent. *Quas, malum, ambages mihi narrare occipit?* Catullus. *Quid hunc, malum, fovetis? aut quid hic potest?*

REGVLA XLI.

Particula Tandem post interrogandi vocem collocata, multum habet venustatis.

Quid mihi tandem putes fore jucundius, quàm, aut te, aut tuas litteras videre aut legere? Cur tandem ad me non scripsisti, ex quo à nobis abivisti?

Cic. *Quid mihi tandem erat utilius, quid commodis meis aptius, quàm hominis nobilissimi atque honoratissimi conjunctio?* Idem. *Quousq; tandem abutêre Catilina patientia nostra?* Idem. *Quis tandem id justus rerum æstimator reprehenderet?*

REGVLA XLII.

Gravior multò efficietur Interrogatio, si horum Vocativorum unus per Admirationem apponatur, Deus immortalis, Magne Deus, Bone Deus, Dii boni, Dii Deæq; omnes.

Quantam, bone Deus, voluntatem ex amicitia nostra capio! Quam præclarum est, Dij boni, Rempub. benè administrare!

Cic. *Quantus est error, Dij immortales, eorum qui istam legem excogitaverunt!* Idem. *Quanquam, ô Dij boni, quid est in hominis vita diu?*

REGVLA XLIII.

Duo verba Activa uni Nominativo Conjunctionis beneficio conjuncta, venustè sine copula efferuntur, Verbo priore in Participium præteriti temporis, quod ab altero regatur, mutato.

Laudatos amicos honora: id est, *Lauda amicos, & honora. Scriptas litteras mitte. Percussum exclusisti.*

Virg. *Incute vim ventis, submersas obrue puppes.*

Salust. *In his erat Fulvius Senatoris filius, quem retractum ex itinere parens necari jussit.* Val.

Val. Max. *Verberibusq; affectam necari jussit.*

REGVLA XLIV.

Veneris multum orationi conciliat varietas: Nihil enim tam vitiosum est, ut ait Cicero, quam si dicendi genus semper est idem.

Amicitia in prosperis rebus voluptas est: perfugium in adversis: in mediis tranquillitas Iustitia bonos tutatur: malos punit: conservat civitatem.

Cic. *Vt medicina valetudinis, navigationis gubernatio, sic vivendi ars est prudentia* Idem. *Contemnenda sunt humana res, negligenda mors est, patibiles & labores & dolores putandi.* Idem. *Efficit hoc philosophia: medetur animis, inanes solicitudines detrahit, cupiditatibus liberat, pellit timores.*

REGVLA XLV.

Vocabula duo in oratione eadem si sint, quæ contrariam habeant significationem: ea sibi proximè posita orationem reddunt concinniorem atq; uberiorem.

Doctis indocti melius vulgo dicere videntur. Ingenium rude eruditi præceptores poliunt.

Cic. *Cimbri & Celtibri in præliis exultant, lamentantur in morbo.* Idem. *Videas rebus injustis justos maximè dolere, imbecillibus fortes, flagitiosis modestos.* Idem. *Sequuntur largitionem rapinæ.*

Nota I.

Ea quoque vocabula, quæ licet contraria non sint, de eodem tamen eadem ratione dici non possunt, juxta se posita, nihil minus, quàm ea quæ contraria sunt, venustatis habent.

Servo dominus rarò amicus est. Vxorem marito parere jus est. Filij parentum cura instituendi sunt.

Cic. *Quid est fletu muliebri viro turpius?* Idem. *Athenis jamdiu doctrina ipsorum Atheniensium interijt: domicilium tamen in illa urbe remanet studiorum, quibus vacant cives, peregrini fruuntur, capti quodammodo nomine urbis & auctoritate.*

Nota II.

Si alterum horum contrariorum, aut tanquam contrariorum Præpositionem sibi præpositam habeat: hoc alteri non ineleganter præponas.

Ex inimicis amici facti sunt. Pro servo libertus factus est.

Cic. *Quos ego mea ope ex incertis certos compoteisq; voti dimitto.* Idē. *Ipse ad meam utilitatem cum Græcis Latina conjunxi.* Idem. *Quid enim tam distans, quàm à severitate comitas?*

REGVLA XLVI.

Non infrequens est & apud Poetas, & apud Oratores locutio per Negationem.

Littera mihi tua non jucunda fuerunt, in quibus non parvum mutua amicitia testimonium est. Alexander Magnus hostem quemvis intrepide aggressus est.

Cic. *Etsi esse una minus poterimus quàm volumus, animorum tamen conjunctione, ysdemq; studiis ita fruemur, ut nunquam non una esse videamur.* Idem. *Est etiam illa Platonis vera, & tibi, Catule, certè non inaudita vox, omnem doctrinam harum ingenuarum & humanarum artium uno quodam societatis vinculo contineri.* Idem. *Neque enim ignoro, & quæ bona sunt fieri meliora posse doctrina, & quæ non optima, aliquo modo acui tamen & corrigi posse.*

REGVLA XLVII.

Nemo pro simplici Negatione, scilicet Non sæpè, idque elegantissimè usurpatur.

Cic. *Nemo est mihi te amicus antiquior.* Idem. *Nemo vir magnus sine aliquo afflatu divino unquam fuit.* Idem. *Hominem quidem scire arbitror neminem.* Idem. *Adhuc neminem cognovi Poetam, & mihi fuit cum Aquilio amicitia, qui sibi non optimus videretur. Sic se res habet: Tua te, me delectant mea* Idem. *Nemo pictor est inventus, qui Veneris eam partem, quam Appelles inchoatam reliquerat, absolveret.*

NOTA.

Nomina & Adverbia cum particula Ne composita pro Non accipi, eisq; voces quibuscum erant compositæ, aliasvé idem significantes adjungi, inque medio quid sæpius interponi, non est ignotum illi, qui Oratores aut Comicos attentè excusserit.

Nunquam arbitror, unquam amicitia tua quidquam mihi fore suavius. Nusquam te usquam videre potui.

Teren. *Nunquam commodius unquam herum audivi loqui.*

Quod

Quod genus loquendi usurpatum sæpius, nota affectionis profectò non caret; quæ oratori opere maximo fugienda est. Quod verò de Nemo dictum est, apud Ciceronem passim, aliosq; primæ notæ scriptores invenias.

REGVLA XLVIII.

Nullus, & Nunquam eleganter dividuntur inter quorum partes si quid interposueris, de elegantia nihil detraxeris. Hoc autem sæpius factum videas, quando his vocibus Conjunctio copulativa adjungi solet Ea, nec, posita negligatur, Nec aut Neque (utrumque enim Et non significat) pro parte altera dixeris, ut;

Non est ulla res quàm desiderem magis, quàm te coràm alloqui. Non est ullum mihi ad te scribendi otium, neque ullus unquam adest nuntius.

Cic. *Nec enim unquam bono quidquam mali evenire potest, nec vivo nec mortuo: nec unquam ejus res à dijs immortalibus negligentur.* Idem. *Fateor conscientiam rectè voluntatis maximam consolationem esse rerum incommodarum: nec esse ullum majus malum præter culpam.* Idem. *Neque enim ulla res vehementius Rempub. continet, quàm fides, quæ nulla esse potest nisi erit necessaria solutio rerum creditarum.*

NOTA.

Nec quidquam elegantius dicitur, quam Et Nihil.

Cic. *Nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamvis artis præcepta perceperint, quidquam magna laude dignum sine usu & exercitatione consequi possunt.*

REGVLA XLIX.

Vocabula composita auctores optimi dividere, inq; medio aliquid interponere, aut partium ordinem ita mutare solent, ut quæ prior erat, posterior sit.

Viri boni amicitia magno me opere delectat. Lucri hodie nihil omnino feci.

Cic. *Magnoq; opere à te peto, cures ut is intelligat meam commendationem maximo sibi apud te & adjumento, & ornamento fuisse.* Idem. *Rem vero publicam penitus amisimus.* Plaut. *Rex Seleucus me oravit opere maximo.* Virg. *Nascere præq; diem veniens age Luciferortum.*

REGVLA L.

Antequam, Priusquam, Postquam à facundis oratoribus nō rarò ita usurpantur, ut ea dividant, inque medio aliquid interponant.

Nomen meum prius obliviscar, quàm quæ apud me collocasti beneficia. Nullas à me antè accipies literas, quàm nuntius redierit: Mense tertio post ægrotare cœpi, quàm Romam veni.

Cic. *Volo enim prius habeat orator rem de qua dicat, dignam auribus eruditis, quàm cogitet quibus verbis quidquam dicat, aut quomodo.* Idem. *Quidam Numam Pompilium regem nostrum fuisse Pythagoreum ferunt: qui annis permultis antè fuit, quàm ipse Pythagoras.* Cæsar. *Post diem quartum, quàm est in Britanniam ventum.*

REGVLA LI.

Adjectiva Masculina, & Feminina in genus Neutrum sic commutata, ut Substantivum subjiciatur in genitivo, elegantem orationem constituunt. Maximè si inter genitivum eum, regentemq; vocem aliquid interponatur.

Tantum apud me ponderis nostra habet amicitia, ut nihil sit, quod ejus causa non libenter suscipiam. Nihil ad me litterarum adhuc dedisti. Quid mihi sit consilij, vide.

Cic. *Quod cuiq; temporis ad vivendum datur, eo debet contentus esse.* Idem. *Quantum mihi vel fraus inimicorum, vel caussæ amicorum, vel Respub. tribuet otij, ad scribendum potissimum conferam.* Idem. *Plus enim te operæ Græcis dedisse rebus video, quàm putaremus.*

NOTA.

Genitivus in hoc dicendi genere Regenti vocabulo non sæpè præponitur.

REGVLA LII.

Orator Cicero aliiq; ordinis ejusdem, dignitatis nomen aut officii plerumque nomini proprio præponunt.

Pontifex maximus Clemens. Imperator Rudolphus, Rex Philippus.

Cic. *Augurem Tyresiam, quem sapientem fingunt poetæ, nunquam inducunt deplorantem cæcitatem suam.* Idem. *Is à rege Ptolomæo probibitus esse dicitur, illa in scholis docere: quod multi his auditis mortem sibi consciscerent.*

RE-

REGVLA LIII.

Cùm aliorum, tum maximè clarissimi oratorum Ciceronis id te lectio doceat, quum quid Nomini proprio, vel ad laudem, vel ad vituperationem, vel ad declarationem, aliudve quid hoc genus, adjungitur, licet postpositum nonnunquam sit, præpositum tamen multo sæpius invenias.

Parentibus clarissimis ortus Wernerus Pallantius Adolescens indole summa praditus Matthias Fronhovius. Amœni clariq; ingenij Ioannes Bernardus Wietz.

Cic. *Vir magnus ingenio, summaq; prudentia Lucius Cotta.* Idem. *Cinna collega sui consulis Cn. Octavij caput pracidi jussit.* Idem. *Nos hic cum homine gladiatore, omnium nequissimo, collega nostro bellum gerimus.*

REGVLA LIV.

Cognomina Nominibus propriis præposita multam dicendi gratiam relinquunt.

Hagenius Matthias. Holterus Engelbertus. Buchlerus Thomas.

Cic. *Phalereus Demetrius meo judicio præstitit cateris.* Quint. *De Pollione Asinio seriis jocisq; pariter accommodato dictum est, esse eum omnium horarum.* Suetonius *Quos omnes libellos vetuit Augustus publicari, in epistola quam brevem admodum ac simplicem, ad Pompeium Marcum, cui ornandas bibliothecas delegaverat, misit.*

REGVLA LV.

Inter Prænomen, & Nomen, aut inter Nomen proprium, & Cognomen non ineleganter aliquid collocatur. Hoc ipsum Prænomen, aut Proprium nomen in orationis fronte ferè cõstituitur, & interponitur nonnunquam Pronomen, sæpius verbum Inquit, sæpissimè subjunctivi ordinis Conjunctio.

Paulus meus Scriba. Wilhelmus autem Crato.

Cic. *Ego Cùm Athenis decem ipsos dies fuissem, multumq; mecum C. noster Caninius.* Idem. *Tum Phalereus ille Demetrius omnium istorum mea sententia, politissimus.* Idem. *Tyberius enim Gracchus Publij filius tam diu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit.* Agellius. *Vt Cornelius autem Nepos scriptum reli-*

quit, verberando necatus est. Idem. *Valerium, inquit, Probum audivi hæc dicere.*

REGVLA LVI.

Cicerones, Valerios, Agellios imitari qui contendit, is non vitabit usum Propriorum nominum in multitudinis numero; si plures eodem nomine appellatos, aut si quos eorum quos dicit, imitatores aut similes, dicere volet.

Cic. *Te cum video omnes mihi Gracchos, Lucilios vere ut dicam, Crassos quoq; & Lælios videre videor* Idem. *Neq; me divitiæ movent, quibus omnes Africanos & Lælios, multi venalitij, mercatoresque superarunt.*

REGVLA LVII.

Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Logica, Physica, aliaq; hoc genus nomina; sive librorum sint, sive disciplinarũ à probatis scriptoribus, numero plurali usurpantur.

Rhetoricorum doctus est. Musicis eruditus est. Ciceronis Rhetorica publicè enarrantur.

Cic. *Musicorum perstudiosum accepimus* Idem. *Gradatim respondens, eò perveniat, quasi Geometrica didi isset* Idem. *Ne Physicorum quidem esse ignarum volo.* Idem. *In Astrologia C. Sulpitium audivimus, in Geometria Sex. Pompeium ipsi cognovimus; multos in Dialecticis, plures in jure civili.*

NOTA.

Posse etiam hæc eadem singulari numero poni, cùm sunt artium & disciplinarum nomina, Quintiliani verba hic adscripta docent.

Timagenes auctor est, inquit omnium in litteris studiorum antiquissimam Musicen exstitisse. Idem. *Lycurgus durissimarum Lacedæmoniis legum auctor Musices disciplinam probavit.*

REGVLA LVIII.

Auctoris alicujus sententiam semidoctum vulgus citans, ei præponere solet Dicens, vel Dicit. Qui vero concinniore lingua utuntur, ii post primum, secundum, aut tertium verbum (raro enim ultrà fit) inquit sæpius, Ait rarius dicere solent.

Amicitiam nihil minus hominibus, quàm solem necessariam esse. Lælius apud

apud Ciceronem testis est: Solem, inquit, è mundo tollere mihi videntur ij, qui amicitiam è medio tollunt. Diogenes interroganti quota hora prandendum esset: Si dives, inquit, est, quum vult, si pauper, dum potest. Anaxagoras dicenti cuidam, Atheniensibus privatus es: Non ego illis, inquit, sed me illi privati sunt.

Cic. *Aristippus quidem ille Socraticus non erubuit quum esset objectum habere eum Laida: Habeo, inquit non habeor à Laide.* Idem. *C Lælius, quando ei quidam malo genere natus diceret, indignum esse suis majoribus: at herculè, inquit, tu tuis dignus.* Idem. *Ennio delector, quispiam ait, quòd non discedit à communi more verborum. Pacuvio, inquit, alius: Omnes apud hunc ornati elaboratiq; sunt versus.*

NOTA.

Est quando, Inquit, ponatur in fine orationis.

Cic. *Socrates in pompa quum magna vis auri argentiq; ferretur: quàm multa non desidero, inquit.*

Vbi sub finem ponatur, rarum est, quale illud est apud eundem Ciceronem.

Multi iniqui atque infideles regno sunt, pauci boni, inquit Accius.

Si verò de te loqueris, Inquam, non invenustè dicas.

Agellius. *Ego, inquam, longè jam diu in eo ipso quærendo fui.*

REGVLA LIX.

Cum genitivus Quorum, aut Cujus, à Substantivo regitur cui Præpositio præposita sit, tum Genitivus Præpositioni simul & Substantivo non invenustè præponitur.

Cujus ex amicitia. Quorum in ædibus. Cujus ab utilitate.

Cic. *Cujus cum patre magna mihi fuit amicitia.* Idem. *Forum erat iste mos, qui tunc Sophistæ nominabantur, quorum è numero primus est ausus Leontinus Gorgias in conventu poscere quæstionem, id est, jubere dicere qua de re quis vellet audire.* Idem. *Ecce tibi exortus est Isocrates magister istorum omnium: Cujus è ludo, tanquam ex equo Trojano innumeri principes exierunt: sed eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt.*

REGVLA LX.

Vocativus qui in orationis fronte insolens, post Pronomen, cùm aliarum, tum secundæ personæ collocatur frequentius.

Cic.

Cic. *Nihil enim isti adolescenti, neque à natura, neque à doctrina deesse sentio: eoq; magis est tibi, Cotta, & tibi, Sulpiti vigilandum ac laborandum.* Idem. *Te, mi Cornifici, etiam atq; etiam rogo, ut omnia Lamiæ negotia, mea putes esse.* Idem. *Quam dubitationem avunculus tuus, Brute, sustulit.* Idem. *Cupio jam vigiliam meam, Brute, tibi tradere.*

REGVLA LXI.

Accusandi casus, quem infinitivus à fronte habet, eidem elegantius multo postponitur.

Contemni te putas, quod non rescribam. Mirari se pater ait, heri quod non veneris. Vidisse se negat. Scipio Africanus, & Antonius Pius dicebant malle se unum civem servare, quàm mille hostes occidere.

Cic. *Valdè jubeo gaudere te, magna res gesta est* Idem. *A primo tempore ætatis juri studere te memini.* Idem. *Honestum illud Solonis est, quod ait versiculo quodam, senescere se in dies multa addiscentem.*

REGVLA LXII.

Quum Participium, aut Substantivum nomen habet Pronomen primitivum tanquam Substantivum, ei non inusitatè præponitur.

Amantem me contemnis. Visurum me non despero. Audito eo gavisus sum.

Cic *Legiones scribit Cato sæpè alacreis in eum locum profectas, unde redituras se non arbitrabantur.*

REGVLA LXIII.

Eleganter Pronomen Ille cum conjunctione Quidem jungitur, quoties aliquid concedimus, à quo mox aliud removebimus.

Cic. *In quo eò magis nobis laborandum est, quod multi jam esse Latini libri dicuntur scripti, ab optimis illis quidem viris, sed non satis eruditis.* Idem. *Atque hoc loco Philosophi minimè mali illi quidem, sed non satis acuti.* Idem. *Qui autem summum bonum in virtute ponunt, præclarè illi quidem, sed hæc ipsa virtus amicitiam & gignit & continet.*

REGVLA LXIV.

Participiis futuri temporis præsertim passivis, addito verbo Sub-

bo Substantivo, eleganter utimur pro Debere, vel oportere. *Rempub. curaturus es. Sum expectaturus fratrem. Frater expectandus est mihi. Diogenes interrogatus qua ætate ducenda sit uxor: Iuvenibus, inquit, nondum, senibus nunquam. Amicis obsequendum est.*

Cic. *Non paranda nobis solùm, sed fruenda etiam amicitia est.* Idem. *Medico diligenti priusquàm conetur ægro adhibere medicinam, non solum morbus ejus, cui mederi volet, sed etiã consuetudo valentis, & natura corporis cognoscenda est.* Idem. *Rempubl. capessentes nec anxij futuri sunt, & cum gravitate constantiaq; victuri,*

NOTA I.

Hujus ut rara usurpatio, ita rara exempla sunt. Illius verò abundè multa. Vide cap. 7. Reg. XIII. Appen. 2. Syntaxeos Emmanuelis.

NOTA II.

Illorum verborum loco Cupio, Volo, Desidero, Debeo, cũ particulis Si vel Cùm, ornatissimè utimur Participio futuri tẽporis, abjectis Si, vel Cùm particulis.

Oraturus cubiculum intrato: elegantius est, quàm si dixeris: *Si vis orare, cubiculum intrato. Scripturus carmen Virgilium legito. Auditurus concionem templum subito. Scripturo mihi has ad te literas nuntiatum est, te in Italiam profectum esse.*

REGVLA LXV.

Gerundia, quæ Accusativo casu gaudent, ferè elegantius in participialia Adjectiva, quæ ab aliis Gerundiva vocantur, commutamus. Ita ut Gerundii casus maneat, servato tamen Genere & Numero Accusativi.

Cic. *Princeps vestræ libertatis defendendæ semper fui.* Idem. *Animum tuum promptum & alacrem perspexi, ad defendendam Rempubl.* Idem. *Omne desiderium litteris mittendis accipiendisq; leniam,* vide Regul. 8. c. 7. Syntaxeos Emmanuelis.

REGVLA LXVI.

Orationes Indicativi, & Substantivi modi præcedentibus Cùm, Dum, Donec, Postquam, aliisque id genus particulis, ornatè in duos Ablativos commutantur.

Actorę

Actore non probante reus absolvitur. Saturno rege aurea fuere secula. Mulier amissa pudicitia, nihil habet reliqui, quod laudandum putes.

Cic. *Appropinquante morte animus multo est divinior.* Idem. *Oppressa libertate patriæ nihil est quod amplius speremus.* vide Regulam 8. c. 6. Syntaxeos Emmanuelis.

REGVLA LXVII.

Ablativus absolutè positus, vel in orationis principio, vel in medio, præcipueq; ante verbum orationis præcipuum, usurpari solitus est.

Cic. *Re intellecta in verborum usu faciles esse debemus.* Idem. *Anaxagoram ferunt nunciata morte filij, dixisse, sciebam me genuisse mortalem.* Idem. *Nonnulli omissa imitatione majorum, suum quoddam institutum sequuntur.*

NOTA.

Ablativos duos nonnunquam in oratione eadem absolutè poni posse, Valerianum illud contestatur.

Carthagine capta, uxor Asdrubalis, exprobrata ei impietate, quòd à Scipione soli sibi impetrare vitam contentus fuisset: dextra lævaq; tres communes filios mortem non recusantes trahens, incendio se flagrantis patriæ objecit.

NOTA II.

In fine orationis Ablativus hic rarò collocatur. Cic. *Maximas verò virtutes jacere omnes necesse est voluptate dominante.*

REGVLA LXVIII.

Quum Domum alicujus vulgus nominat, Terentius, aliiq; facundiæ beatioris homines, Personæ nomen, aut pro Personæ nomine Pronomen dicunt propè semper, ut;

Ab amico venio, potius quàm à domo amici. Apud patrem est.

Terent. *Quænam est hæc anus exanimata, à fratre quæ egressa est modò?* Idem. *A me nescio quis exit.* Cic. *Ianitor interrogat: quis tu? A Marco tabellarius.* Sallust. *Constituère ea nocte cùm armatis hominibus, sicuti salutatum, introire ad Ciceronem, ac de improviso domi suæ imparatum confodere.*

REGVLA LXIX.

Vulgari sermone si Loci nomen ponitur, pro eo non ineleganter-

leganter nomen Gentis ponetur: Sin contra nomen Gentis vulgo poni consuevit, elegantius Loci nomen dicetur.

Ad Italos profectus est. Anglia tyrannidis patiens non est. Cic. *Sicilia tota si una voce loqueretur, hoc diceret.* Idem. *Vt omittam Graciam, qua semper eloquentia princeps esse voluit, atq; illas omnium doctrinarum inventrices Athenas, in quibus summa dicendi vis & inventa & perfecta est.* Idem. *Quorum princeps Socrates fuit, is qui omnium eruditiorum testimonio, totiusq; judicio Gracia, cùm prudentia & acumine, & venustate, & subtilitate, tum verò eloquentia varietate, copia, quam se cumq; in partem dedisset, omnium fuit facilè princeps.*

REGVLA LXX.

Juventuti studiosæ ad poliendam linguam id inutile non sit: ut ibi ponat Substantivum nomen inanimatam rem, & quasi accidens significans: ubi sermone quotidiano personæ nomen dici solitum est, ut;

Amicitia vera in re incerta probatur: dictum elegantius est, quàm, *amicus verus in re incerta probatur. Liberalitatem tollit ingratitudo. Quo altior felicitas est, eo majorem in se commovet invidiam.*

Cic. *Publ. Crassum ex omni nobilitate dilexi plurimum.* Idem. *Quale be..um nunquam Barbaria cum sua gente gessit.* Idem. *Dies deficiet, velim paupertatis caussam defendere.*

REGVLA LXXI.

Domesticus sermo hic, *Ignosce mihi, quod fui nimium tardus mittere ad te litteras amicitia nostra testes,* multo fit ornatior, ubi Substantivum nomen Delictum significans in Dandi casu collocatur: hoc modo. *Quod literas amicitia nostra testes non miserim, tarditati mea ignoscas. Negligentia tua ignosco, Pudori meo pater ignovit.*

Cic. *Ignosce brevitati litterarum mearum.* Idem. *Ignosce timori nostro.* Idem. *Noli ignoscere hasitationi mea.*

REGVLA LXXII.

Substantiva nomina ab Adjectivis facta, pro Adjectivis ipsis multũ & venustè dicuntur. Quod domc..ico sermone dicitur;

Magna

Magna tua in me benevolentia, politius fit hoc modo: *Benevolentia in me tua magnitudo me delectat. Hominis ingratitudine, peius nihil terram creare ex receptis auctoribus discimus. Ingenij tui facilitas id facit, ut amem te plurimum.* Cic. *Brevitas tuarum litterarum me quoq; breviorem in scribendo fecit.* Idem. *Quæ si longior fuerit oratio, cum magnitudine utilitatis comparetur: ita fortasse etiam brevior videbitur.* Idem. *Facillimè quanta oratorum sit, semperq; fuerit paucitas, judicabit.*

NOTA.

Quando etiam Adjectiva duo sunt, eorum alterum in hoc genus nomen Substantivum mutare inelegans non sit.

Docta literarum tuarum facilitas, elegansq; venustas admirabilis est.

Cic. *Non austeritas ejus tristis, non dissoluta sit comitas.* Val. Max. *Nulla tam modesta felicitas est, quæ malignitatis dentes vitare possit.*

REGULA LXXIII.

Aliud in oratione geminatum multam habet elegantiam.

Alius alio dicendi genere gaudet: elegantius est, quam quod domestico indoctoque sermone dicitur: *Aliqui volunt loqui uno modo, & alij alio*: vel, *Unus vult loqui sic, alius aliter. Alijs alius vivendi mos est. Alius alij rebus delectati sunt.*

Cic. *Sunt alij ad alios morbos procliviores.* Idem. *Habes Sardos venales, alium alio nequiorem.* Idem. *In omni re difficillimum est formam, qui character Græcè dicitur, exponere optime, quod aliud alij videtur optimum.*

NOTA. I.

Multo quoque elegantius est, *Alij divitias, alij honores præponunt*, sermone hoc trivialium, *Aliqui divitias, aly honores præponunt. Ingeniorum alia facilia sunt, alia nimis obtusa.*

Cic. *Neq; omnis ægritudo una ratione sedatur: Alia est enim lugenti, alia miserenti, alia invidenti adhibenda medicina.* Idem. *Qui alijs nocent, ut in alios liberales sint, in eadem sunt injustitia, ut in suam rem, alienam convertant.* Idem. *Itaque se alij ad jus civile, alij ad philo-*

philosophiam, alii ad ius civile, alii ad eloquentiam applicant. Ipsarúq; virtutum in alia alius vult excellere.

NOTA II.

Est quando Partim pro altero tantùm, vel pro vtroque ponatur.

Salust. *Semisomnos partim, alios sumentes arma fugant funduntque.*

Cic. *Eorum partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt.*

NOTA III.

Quidam pro Alio geminari aliquando invenias: Sed rarum est.

Cic. *Dicimus gravedinosos quosdam, quosdam torminosos: non quia iam sint, sed quia sæpe sint.*

REGVLA LXXIV.

Aliud, & alter bis elegantius ponuntur, quàm Aliud quàm, & Aliter quàm.

Aliud vis, aliud postulas. Aliud est virtutis, aliud voluntatis pretium. Aliter dicis, aliter cogitas.

Cic. *Est aliud iracundum esse aliud iratum.* Idem. *Majores aliud jus gentium, aliud jus civile esse voluerunt.* Idem. *Sed aliter leges, aliter Philosophi tollunt astutias.*

NOTA.

Præterea dictum putes elegantius Alius alio doctior est, quàm, Vnus, aut Alius doctior est quàm alius.

Cic. *Virtus autem quæ est per seipsa laudabilis, & sine qua nihil laudari potest: tamen habet plures partes, quarum alia aliâ est ad laudationem aptior.*

REGVLA LXXV.

Vbi domestico sermone Genitivus Aliorum poni consuevit: Alienum poni solet usitatius ab auris purioris oratoribus.

Aliena bona diripis; melius, quàm *Aliorum.*

Cic. *AEmulantis est angi alieno malo.* Idem. *Peregrini & incolæ officium est nihil præter suum negotium agere, nihil de alio inquirere, minimeq; in aliena esse Repub curiosum.*

Ovid. *Fertilior seges est alienis semper in agris, Vicinumq; pecus grandius uber habet.*

NOTA.

Aliorum tamen poni nonnunquam invenias.

Cic. *Est enim proprium stultitiæ, aliorum vitia cernere, sua oblivisci.*

REGVLA LXXVI.

Dignus, Idoneus, Promptus, & si qua sunt generis hujus Adjectiva, post se Infinitivos, in carmine præcipuè nonnunquam habere leguntur: In soluta verò oratione cum Finito verbo collocâtur sæpius, cui præpositum sit Qui, Quæ, Quod, aut particula Vt. Loquentium vulgus adjungere solet Gerundium in Dum, Præpositione Ad præposita.

Dignus es qui ameris. Promptus es qui commissum tibi negotium conficias. Idoneum te puto, ut hunc geras magistratum.

Cic. *Quem tibi commendo, & ipsum suo nomine diligas, habeasq; in numero tuorum, hominem prudentem & officiosum cognosces, & dignum qui à te diligatur* Idem. *Qui modestè paret, videtur qui aliquando imperet dignus esse.*

NOTA.

Alia quoque hoc genus Adjectiva, quæ cum Infinitivo cōstrui solent, cujusmodi sunt, Egregius, Bonus, Justus, Honestus, Par, Paratus, eodem genere dicendi dicere possis.

REGVLA LXXVII.

Quum domestico sermone Magnum, aut Parvum dicitur, pro hoc Leve, pro illo Grave cum doctis dixeris in malis rebus præcipuè Vsitatius. Quod idem sentiendum est de Adverbiis Graviter & Leviter, pro Multum & Parum.

Cic. *Facilius in morbos incidunt adolescentes, gravius ægrotant, tristius curantur.* Idem. *In adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est, qui leviter ægrotantes, leviter curant: gravioribus autem morbis periculosas curationes & ancipites adhibere coguntur.* Idem. *Levis est consolatio ex morbis aliorum.*

REGVLA LXXVIII.

Diutinum pro Longo, quum tempus significatur, dicitur non illepidè. *I in-*

Diutinum laborem perpessus sum: Hominum litteris operam dare coactorum diutina miseria est. Cic. *Tantus ardor animos hominum occupavit desiderio libertatis, odioq; diutinæ servitutis.* Suet. *Diutino morbo Antiochia periit.*

REGVLA LXXIX.

Ferina Bubula Aprina, Veruecina, Leporina, Ovilla, Suilla, aliaque hoc genus sine Substantivo ponenda sunt. Adhæc Adjectiva quæ sine Substantivis facile intelligi possunt, in Genere eo atq; Numero in quibus eorum Substantiva ponuntur, sine iis Substantivis, veluti Substantiva usurpari solent, ut; Oriens, Occidens, Torrens, Mortalis, Auricularis, Maxillaris, Vocalis, Consonans, Arida, Curulis, Prægnans, Biremis, Triremis, Præsens, Instans, Suburbanum.

Ferina accipiendi sunt amici. Suilla gaudet rusticus, Dat ferinæ pretiũ raritas. à vervecina id copia nimis ampla admit.

Virg. *Implentur veteris Bacchi, pinguisq; ferinæ.* Celsus. *Inter domesticas quadrupedes levissima suilla est, gravissima bubula.*

NOTA.

Sallustius hujusmodi vocabulis Carnem adjunxisse legitur. *Numidæ plerunq; lacte & ferina carne vescebantur.*

REGVLA LXXX.

Qui in litteris politiores sunt, dicunt.

Epistolarum multa sunt genera. Ordinis homo est honesti. Elegans hic est versus Virgilij, pro quibus semidoctum vulgus propè semper usurpat: *Epistolarum multi sunt modi. Ille est de statu honesto. Elegans est hoc Virgilij carmen.*

Carmen, quod à canendo factum est, de aliquo toto opere dicitur melius.

Nullum est laboris genus, quod caussa tua defugiam. Ordinis nostri homines patronum te litterarum admirantur. De te versum illum Virgilij jure dixerim.

Cic. *Meus est familiarissimus, sic prorsus ut nostri ordinis observet neminem diligentius.* Idem. *Genere novo sum ad te litterarum usus, ut intelligeres non vulgarem esse commendationem.* Idem. *Cæsar semper in ore Græcos versus Euripidis habebat.*

NOTA.

Id genus, Hoc genus, Quod genus, pro eo quod est, Ejusmodi, Hujusmodi, Cujusmodi, tanquam si una vox esset non inflexa, promiscue in omni Casu, auctorum plurimi, M. tamen Cicero Ejus generis, Hujus generis, Cujus generis, dicere solet,

Cic. *Horum ætati successit Isocrates, qui præter cæteros ejusdem generis laudatur semper à nobis.* Idem. *Hujus generis plenus Nævius est.*

REGVLA LXXXI.

Aliquot elegantius est, quàm quod vulgo dici solet, Nescio quot.

Aliquot abs te accepi litteras. Invidorum aliquot felicitate tua discruciantur. Domus aliquot incendio cremata sunt.

Cic. *Accepi à te aliquot epistolas uno tempore: quas tu diversis temporibus dederas.* Virg *Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.* Terent. *Cupio aliquot parare amicos beneficio meo.*

NOTA.

Quintilianus pro Aliquot, Aliquos dixit. *M. inquit, Tullius non dubitavit aliquos suos libros jam editos, aliis postea scriptis, ipse damnare.*

REGVLA LXXXII.

Qui, Quæ, Quod, & casus qui inde proficiscuntur, non sine elegantia cum verbo Nescio junguntur.

Vidi ante ædes tuas adolescentem, nescio quem, qui te conventum expetebat. Lectis litteris tuis pater nescio quid, sibi non probari in iis, dicebat.

Cic. *Serpit, nescio quomodo, per omnem vitam amicitia.* Idem. *Plus nescio quo pacto, videtur habere gravitatis.* Idem. *Qualem fuisse Athenis Timonem, nescio quem, accepimus.*

REGVLA LXXXIII.

Superius pro præcedente, aut præterito, aut quod apud Ciceronem non legitur, novissimo; Posterius vero, aut (quod sæpius

pius est) proximum pro sequenti, aut futuro, aut secundo non rarò usurpatur.

Superiores tuæ litteræ amicitiæ nostræ testes sunt. Superioribus his diebus quid hic novitatis fuerit, proximis litteris meis cognosces. Anno proximo te, ut spero, v. surus sum.

Cic. *Superioribus litteris benevolentia magis adductus, quàm quòd res ita postularet fui longior.* Idem. *Quum sint duo genera decertandi, unum per disceptationem, alterum per vim: cumq; illud sit proprium hominis, illud belluarum: confugiendum est ad posterius, si uti non licet superiore.* Idem. *Fertur de Sileno fabella quædam: qui cum à Mida captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur: docuisse Regem non nasci homini longè optimum esse, proximum autem quàm primùm mori.*

NOTA I.

Proximum pro superiore ab ipso etiam Cicerone ponitur.

Omnis amor tuus ex omnibus partibus se ostendit in his litteris, quas à te proximè accepi. Idem. *His proximis Nonis tu non adfuisti.*

NOTA II.

Proximum & Superius nonnunquam simul dicuntur.

Cic. *Quem proximis superioribus diebus, &c.* Agellius. *Quem librum legimus biduo proximo superiore.*

NOTA III.

Superior & Inferior non invenustè tum dici solent, quum Comparationis excessus quidam est.

Illud enim, *Cicero Cæsare fuit eloquentior*, elegantius afferas hoc modo: *Cæsare Cicero fuit eloquentia superior*: vel; *Cicerone Cæsar eloquentia fuit inferior.*

Cic. *Habes neminem honoris gradu superiorem.*

Cic. *Idem fecit Timotheus Cononis filius, qui cùm belli laude non inferior fuisset quàm pater, ad eam laudem, doctrinæ & ingenij gloriam adjecit.*

REGVLA LXXXIV.

Præteritum perfectum, atque ejus beneficio facta tempora in Verbis Passivis Deponentibus, & communibus, ita elegan-

ter ab auctoribus usurpantur probatis, ut Verbum Sum, es, est, &c. brevi intervallo à Præterito, per interpositionem aliarum vocum, sejungant.

Cic. *Rejectus Austro sum, in eum ipsum locum unde conscenderam.* Idem. *In Repub sum pariter cum Repub restitutus.* Idem. *Marcellino & Philippo Consulibus, nonis Aprilibus mihi est Senatus assensus.*

REGVLA LXXXV.

Interrogativo Quis, Quæ, Quod singulari quadam gratia præponitur Ec particula.

Ecquis est, qui me conventum cupit?

Cic. *Quæso, ecquodnam tantum malum putas, quod in mea calamitate non sit?* Idem. *Deinde interrogares, ecquosnam alios possent nominare.* Idem. *Eccui potestas in forum introeundi fuit?* Idem *Brutus ecquid agit?* Idem. *Vt cùm quæritur, ecquisnam?* Idem. *Ecquò te tua virtus provexisset? ecquò genus?* Idem. *Ecquandò te rationem factorum tuorum redditurum putasti?*

REGVLA LXXXVI.

Indicativi vel Subjunctivi modi oratio, quæ Quod, vel Vt particulas sibi appositas habet, in Infinitivi constructionem, abjectis Quod vel Vt, resolvenda est: Nominativo in Accusativum, Verbo Finito in Infinitivum mutato.

Cic. *Te à me amari plurimum, indicabis.* Idem. *Hunc quidem nimbum citò transiisse lætor.*

Vide Regulam 2. c. 1. Syntaxeos Emmanuelis.

REGVLA LXXXVII.

Quoties uni Nominativo duo vel plura Verba Conjũctionis beneficio conjunguntur, ea abjecta, Verbisq; in Gerundia vel Participia mutatis, oratio fit illustrior, Verbi gratia, hunc incultum & illepidum sermonem per Gerundia & Participia reddes lepidum & concinnum.

Cicero à primis annis oratoriæ facultati vacavit, & multos eloquentiæ patrocinio servavit, & incredibili suavitate peroravit.

Cicero à primis annis oratoriæ facultati vacans, multos eloquentiæ patrocinio servavit, incredibili suavitate perorando.

Lycurgus canes educavit duos, quorum alter in culina semper obambulans,

lans, unctioribus cibis inhiabat, mollibusq; scamnorum pulvinis assultando, tempus otiosè transmittebat.

REGVLA LXXXVIII.

Formulæ in quibus est relativum Qui, Quæ, Quod, & Verbum præsentis, præteriti, vel futuri temporis, ornatè Relativo omisso, & Verbo in Participium temporis ejusdem mutato efferuntur.

Bonarum artium studio quæritur nomen, quod nunquam peribit.

Latinius, magisq; ex usu doctiorum erit si dixeris:

Bonarum artium studio quæritur nomen nunquam periturum.
Redama eum, qui te amat.

Rectius sic;

Amantem te redama.
Compara tibi divitias semper duraturas.
Res celerem finem habituras summopere exposcimus.

REGVLA LXXXIX.

Pro Participio passivo futuri temporis in Dus, & verbo Esse, ex ornatiorum in dicendo virorum auctoritate, Futurum passivum ex Infinito Iri, & voce simili Supino in Vm constans, ut; *Amatum iri, Doctum iri, Violatum iri, Occisum iri*, ponitur, omnibusq; Generibus, & utriq; Numero attribuitur.

Existimaram me nunquam à te ludibrio lædendum esse: Ornatius à Cicerone effertur. Cic. *Existimaram pro mutuo inter nos animo, & pro reconciliata gratia me nec absentè ludibrio læsum iri.* Idem. *Ejus litteris omnia perlatum iri ad Senatum putabam.* Terent. *Qui postquam audierat non datum iri filio uxorem suo.* vide c. 7. Regulam I. Appendice 3. Syntaxeos Emmanuelis.

REGVLA XC.

Orationes vulgi sermone tritissimas, Non est opus, Oportet, Non oportet, Quid est opus? venustiores efficies, si scilicet pro iis, Non est quod, Nihil est quod, Quid est quod? adhibueris.

Non est quod mihi gratias agas.
Quid est, quod ob rem tam levem, tantam excites Tragœdiam; Nihil est quod vereare te ob id in hominum odium incursurum.

Cic. *Epistola copiosa, & suaviter scripta, nihil est quod multa respondeam.* Idem. *De Britannicis rebus cognovi ex tuis litteris, nihil est nec quod metuamus, nec quod gaudeamus.* Idem. *De Apuleio, quid est quod labores?* Idem. *De eruditione ejus quod labores, nihil est.* Idem. *Excruciat me valetudo Tulliæ nostræ, de qua nihil est, quod ad te plura scribam.* Virg. *Si vitulam spectes, nihil est quod pocula laudes.*

REGVLA XCI.

Observatur plerumque, ut, cùm generalis sermo est, hoc est, ad omnes, vel multos generis ejusdem relatus est, Impersonali verbo passivæ vocis utantur.

Cum amicis jucundè multum vivitur, hoc est, *Quicunq; cum amicis vivunt, aut ex his multi, jucundè multum vivunt. Nobilitati injustè multa committenti non occurritur. De rebus gestis principum vere satis non scribitur.*

Sic. *Cœnatur, prandetur canitur, luditur, &c.* venustiora sunt, quàm *Cœnant, prandent, canunt, ludunt*, quæ vulgo usurpantur.

Cic *Invidetur præstanti florentiq; fortunæ.* Idem. *Quum placuisset idem cæteris, in silvam venitur, & ibi magna cum audiendi exspectatione consideratur.* Idem. *Ego ad urbem accessi pridie nonas Ianuarias. Obviam mihi sic proditum est, ut nihil fieri potuerit honoratius.*

REGVLA XCII.

Generalis item sermo si erit, hoc genere orationem venustes. Verbum modi subjunctivi, personæ secundæ, numeri singularis colloces.

Ea est amicitia suavitas, ut ea suavius nihil excogitare queas: id est, *nullus, quicunq; sit, queat. Qui in pericula euntem comitetur, vix hominem invenias.*

Cic. *Neque naturæ attinet repugnare, nec quidquam sequi quod assequi nequeas.* Idem. *Injurias fortunæ quas ferre nequeas, defugiendo relinquas.* Idem. *In omnibus negotiis priusquam aliquid aggrediare, adhibenda est præparatio diligens.*

REGVLA XCIII.

Apud M. Tullium legere licet Infinitivum cum verbo Licere, ut apud Agellium cum verbo Esse, tum dici cum sermo generalis est.

Audiri

Audire licet quàm frequens sim laudum tuarum buccinator. Animadvertere est, quanta ex re litteraria quæri poßit utilitas. Quam sit hæc aeris intemperies vehemens sentire est.

Cic. *Licet hoc videre in reliquis sensibus; unguentis minus diu nos delectari, summa & acerrima suavitate conditis, quàm his moderatis.* Agellius. *Multos videre est pecuniæ cupidos.* Idem. *Animadvertere est in tota ista Catonis oratione omnia disciplinarum arma atque subsidia mota esse.*

REGVLA XCIV.

Cùm impersonali verbo vocis activæ, Indefinitum vocis passivæ collocari debet.

Amicorum negotia perinde ut sua curari oportet. Ab eo qui habitus amicus est, negligi; inofficiosum esse dici solet. Quanta sit litterarum utilitas dici non potest.

Terent. *Hanc oportet in cruciatum abripi.* Cic. *Doctrinis antè excoli animos, & ad sapientiam concipiendam imbui ac præparari decet.* Idem. *Cui maximè invideri solet.* Idem. *Negat Epicurus iucundè posse vivi, nisi cum virtute vivatur.* Idem. *Premit enim atq; instat, nec resisti potest.*

REGVLA XCV.

Cùm verbis Jubere & Imperare Indefinitum activum raro, passivum propè semper, nisi alius generis sit, adjunctum est.

Accersi jubeo, Impero observari. Portari jubeo. Plau. *Iube hanc aquam calefieri.* Cic. de Dionysio. *Quum pila ludere vellet, studiosè enim id faciebat, tunicamq; poneret, adolescentulo quem amabat, tradidisse gladium dicitur. Hic cum quidam familiaris jocans dixisset. Huic quidem certè vitam tuam committis: arrisissetq; adolescens, utrumq; jussit interfici.* Idem. *Numne hunc in vincula duci, num ad mortem rapi, num summo supplicio mactari imperabis?* Idem. *Xenocrates, cum legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attulissent, quæ erat pecunia temporibus illis, Athenis præsertim, maxima: adduxit legates ad cœnam in Academiam. Iis apposuit tantum quod satis esset, nullo apparatu. Quum postridie rogarent, cui numerari juberet. Quid? vos hesterna, inquit, cœnula num intellexistis me pecunia non egere?*

REGVLA XCVI.

Cùm verbo Posse Infinitivum passivi sæpius, activi perrarò junctum invenias, nisi in primis & secundis personis.

Ex amicitiæ integritate utilitas multa quæri potest. Ab uncto corio canis ægrè absterreri potest. Res ea citius nuntiari non potuit.

Cic *Insidiatori vero quæ potest inferri injusta nex?* Idem. *Animi labes nec diuturnitate vanescere, nec manibus ullis elui potest.* Idem. *Tanta oblectatio est in ipsa facultate dicendi ut nihil hominum aut auribus aut mentibus jucundius percipi possit.*

NOTA.

Beneficio verbi Posse, cum Infinitivo passivo vitari vocabulum Possibile, & Impossibile, à Cicerone nunquam usurpatum, potest.

REGVLA XCVII.

Pòst Volo, Nolo, Malo sæpius, multoq; usitatius in persona quavis Infinitivus passivus, quam activus collocatur.

Amicitiam tuam comparari volo. Damnum suscipi nolo. Abs te virtutem, quam divitias parari malo.

Cic. *Pluribus nominibus unam rem declarari volo.* Quint. *Nec mihi unquam tanta fuit cura brevitatis: ut non ea quæ credibilem faciunt expositionem, inseri velim.* Idem. *Ante omnia ne sit vitiosus sermo nutricibus, quas, si fieri posset, Chryppus optimas eligi voluit.*

NOTA.

Post alia quoque vocabula Infinitiuum passiui verbi, quàm activi invenias vsitatius.

Puplicam rem negligi turpe est. Amicitiæ nostræ fines protendi longius operam dabo. Bellerophontis litteras fertis, qui exitiū à se suum portari nescit. Cic. *Sera gratulatio reprehēdi non potest, præsertim si nullâ negligentiâ prætermissa est.* Idem. *Ego gentem nullā video neque tàm humanam atq; doctam, neq; tàm immanē atq; barbaram, quæ non significari futura, & à quibusdā intelligi prædiciq; posse censeat.* Idem *Ego cupio non mendacē probari* Idem. *Meliùs apud bonos, quàm apud fortunatos beneficiū collocari puto.* Idem *Res familiaris quæri debet iis rebus, à quibus abest turpitudo: conservari autem diligentia & parcimoniâ, iisdem etiam rebus augeri.*

REGV-

REGVLA XCVIII.

Post Curo, Volo, Nolo, Malo, Cupio, & oportet, posueris Participium temporis præteriti, non Indefinitum verbi actui.

Missas ad amicum litteras curavi. Detrimentum ullum tibi allatum nolo. Rempub. divitiis ac viribus adjutam oportet.

Terent. *Adolescenti morem gestum oportuit.* Idem. *Iamjam, ubi erit, inventum tibi curabo, & mecum adductum tuum Pamphilum.* Plaut. *Sed etiam est, paucis quod vos monitos voluerim.* Idem. *Sunt qui volunt te conventam.* Idem. *Dij me ex perdita salvatam cupiunt.* Agellius. *Adversarios servatos magis, quàm perditos cupiunt.*

REGVLA XCIX.

Cum verbis Curo, & Loco Participium futuri in Dus ponitur elegantius, quam verbum activum modi indefiniti.

Negotia tua quàm mea prius conficienda curabo. Librum, cùm usus fuero, referendum curabo. Litteras ad te mittendas curavi. Annulum signatorium ei faciendi locavi.

Cic. *Funus ei satis amplum faciendum curavi.* Idem. *Negotium conficiendum cures.* Idem. *Hunc Fabricius reducendum curavit.* Idem. *Hunc tu si mihi restituendum curaris, non possum dicere quam mihi gratum futurum sit.* Idem. *Quos tamen ipsos si quem, cui recte committam, invenero, curabo ad te perferendos.*

NOTA.

Verba duarum proximè superiorum regularum quoque cum Infinitivo passivi verbi non ineleganter dicuntur.

REGVLA C.

Cùm sermone triviali verbum Precor aut Rogo, cum verbo subjunctivi modi, interjecta particula Vt, junguntur; ornatior tua sit oratio, si ex Conjunctivo Imperativum facias, ac Quæso in orationis medio colloces.

Quanti

Quanti te fecerim, quamq; de te, ut amicorum integerrimo, mereri benè contenderim animo, quæso, revolve. Vbi primum tibi per otium licebit, ad me, quæso, rescribe. Cic. *Attende, quæso, quæ sint consecuta* Plaut. *Abstine quæso.* Terent. *Narra istuc quæso.*

REGVLA CI.

Præteriti perfecti, modi Indicativi persona tertia numeri pluralis in Re exiens, Historicis, maximè Sallustio familiaris est. Apud alios scriptores finitionem utramvis promiscuè invenire licet.

Abeunti mihi pecuniam nullam parentes dedere.

Livius *Morte Africani crevêre militũ animi.* Sed in hoc finitionem alteram sæpius invenias. Sallust. *Vrbem Romanã, sicuti accepi, condidere atque habuere initio Trojani.* Idem. *ij quibus his die ventrem onerare, nulla nocte sine scorto quiscere mos est: ubi animum, quem dominari decebat, servitio oppressere, nequaquam eo postea hebeti atque claudo pro exercitio uti volunt.* Cic. *Nam & erudiere multos quò meliores cives utilioresq; in rebus suis publicis essent.*

NOTA.

Hoc dicendi genus multam habebit gratiam, nisi usurpatione nimia affectasse videare.

REGVLA CII.

Persona secunda vocis passivæ, modò in Ris, modò in Re terminatur: terminationis in Re, quàm in Ris usurpatio frequentior est, cùm in aliis modis, tum vel maximè in subjunctivo, idque in conjugationibus aliis, quàm in prima frequentius.

Amicis honesta petentibus obsequare. Rebus meis perinde ut tuis utare.
A quibus amari te sentias, amore prosequare.

Cic. *Amoriq; nostro plusculum etiam quàm concedat veritas, largire.* Idem. *Valdè jam lautus es, qui gravere litteras ad me dare homini præsertim propè domestico* Idem. *Cæteræ res quæ expetuntur, opportunæ sunt, singulæ rebus ferè singulis, divitiæ ut utare, opes ut colare, honores; ut laudare, voluptates ut gaudeas, valetudo ut dolore careas, & muneribus fungare corporis.* Idem. *Hictu qua lætitia perfruere? quibus gaudiis exultabis? quanta in voluptate bacchabere?*

REGV-

REGVLA CIII.

Subjunctivi modi tempora, haud illepidè pro Indicativi ponuntur temporibus. Sed majorem nescio quam vim Suadendi, Postulandi, Vetandi aliudve quid hoc genus faciendi retinent.

Cic. *Hoc velim existimes animum mihi istum tuum vehementer probari.* Idem. *Tu ipse velim judices.* Idem. *Pergratum mihi feceris, si eum in amicitiam tuam receperis.*

REGVLA CIV.

Cum sermone domestico post Spero, Credo, Puto, Affirmo, Suspicor, & his similia, Participium futuri temporis, cum verbo Esse dici solet: tum elegantiorem construas orationem, si Participium in verbum modi Conjunctivi, cui particulam Vt præponas, & Esse in Fore commutaveris.

Spero fore ut certum me tibi aliquando probem amicum. Pro. *Spero me probaturum esse aliquando certum me tibi amicum. Nunquam credidi fore, ut à me tam brevi discederes. Putabas fore ut te viserem.* Cic. *Spero fore ut contingat id nobis.* Idem. *Nunquam putavi fore ut ad te supplex venirem.* Idem. *Tu fac, animo forti magnoq; sis, speresq; fore, ut impetu levissimi hominis, tuam pristinam dignitatem consequare.*

NOTA I.

Hac circuitione subvenitur cujusvis generis verbis, quæ Supinis carent.

Spero fore, ut brevi his incommodis medeare. Polliceor fore ut non multo post infimus sensibus angaris, quando saluberrima parentis consilia negligis.

NOTA II.

Pro Fore, Futurum dicitur.

Seneca. *Scio futurum, ut auditis ejus sententiis, cupiatis multas audire.* Quint. *Carthaginensium dux Amilcar, cum obsideret Syracusas, inter somnium vocem exaudisse credidit, nuntiantem futurum ut proximo die in ea urbe cœnaret.* vide c. 1. Regulæ primæ Appendicem 4. Syntaxeos Emmanuelis.

REGV-

REGULA CV.

Quemadmodum Diminutiva pro Primitivis posita multam orationi afferunt gratiam: ita pro Perfectis Frequentativa cum usurpata sunt, orationem non parum venustant.

Prope me sessitabat Ignatius. Amici litteris non responsitavi. Venturum te mihi nuntius dictitavit. Ad audiendum Theophrastum duo millia discipulorum itabant.

Cic. *Cum his temporibus non sanè in Senatum ventitarem, tamen ut tuas litteras legi, non existimavi me salvo jure nostræ veteris amicitiæ, multorumque inter nos officiorum facere posse, ut honori tuo deessem* Idem. *Si igitur non poterit, sive causas defensitare, sive populum concionibus tenere, sive bella gerere: illa tamen præstare debebit, quæ erunt in ipsius potestate justitiam, fidem liberalitatem, modestiam, temperantiam, quo minus ab eo id quod desit, requiratur.* Agellius. *Scipionem hunc Africanum solitavisse noctis extremo, priusquam dilucularet in Capitolium ventitare.*

REGULA CVI.

Verba in Sco exeuntia speciei derivatæ, pro primitivis non inusitatè dicuntur.

Amicitia officiorum vicissitudine juvenescit. Voluptas blanda citò evanescit. Morbi acerbitas incrudescit.

Virg. *Animosaque regum corda licet longè præciscere.* Terent. *Næ tu id præsentisceres.* Idem. *Labascit victus uno verbo.* Idem. *Perii hoc malum integrascit.* Cic. *Divino aliquo animi motu concupiscat.* Plin. *Si contra occidentem rubescunt nubes, serenitatem futuræ diei spondent.* Cic. *Equidem & in vobis animadvertere soleo & in meipso sæpissime experior, ut exalbescam in principiis dicendi, & tota mente atque omnibus artubus contremiscam.*

NOTA.

Has duas posteriores Regulas verecundè multum usurpabis.

REGULA CVII.

Quid, Quod, Id, Aliquid cum verbis Neutris usitatè multum collocantur, ac ferè significant Propter quid, quod, id, aliquid: vel Quantum, vel Aliquantum.

Id

Id gaudeo. Quid tristis es?

Terent. *Adolescenti nihil est quod succenseam.* Idem. *Sed est, quod succenseat.* Idem. *Nunc id prodeo, ut conveniam Parmenonem.* Idem. *Quid hic stabas? cur non recta introibas.* Cic. *Ego te commendare non desino: sed quid proficiam ex te audire cupio* Idem. *His ego litteris si quid profecissem, existimabam optandum quiddam me esse assecutum.* Idem. *Quid huc properes nihil est.* Idem. *Si modò aliquid in philosophia profecimus.* Idem. *Nec verò iis, à quibus accusatus sum, aut à quibus condemnatus, habeo quod succenseam, nisi quod mihi nocere se crediderunt.*

NOTA I.

Quid, quod, id, Aliquid in significatione eadem Activis & Passivis verbis nonnunquam adjunguntur.

Id te amo. Quid me odisti?

Terent. *Quid me incusas?* Idem. *Quod me accusat nunc vir sum extra culpam.* Cic. *Nihil est, quod adventum nostrum extimescas.* Idem. *Neque tamen adhuc habeo quod te accusem.* Idem. *Quid tu id pateris.*

NOTA II.

Nihil item hujusmodi verbis non ineptè adjungitur. Ea enim particula, quàm Non vim habet majorem.

Nihil irascor. Nihil te accuso. Salluſt. *Animo cupienti nihil satis festinatur.* Cic. *Samnites vibrant hastas ante pugnas, quibus in pugnãdo nihil utuntur.* vide c. 4. Regulam XI. Appendice 1. tertii generis Syntaxeos Emman.

REGVLA CVIII.

Pati, pro Permittere positum multum habet gratiæ, sæpeq; ab eloquentioribus usurpatur.

Injuriam amico fieri non patiar. Adolescentem filium pater indulgentius vivere ne patiatur. Patrem inedia mori passus est. Cic. *Ego cùm à nostro Catone laudabar, vel reprehendi me à cæteris facile patiebar.* Idem. *Illud quidem natura non patitur, ut aliorum spoliis, nostras facultates, copias, opes augeamus.*

REGVLA CIX.

Verbum Negare eleganter ponitur pro eo quod vulgo usitatius est, Dicere quod non.

Ami-

Amicitia sibi tua quidquam dulcius esse negabat. Generis nobilitatem bonarum litterarum scientia præstantiorem esse negamus. Qui cupiditatibus suis modum non imponit, eum felicem quis non neget?

Cic. *Negat Epicurus jucundè posse vivi, nisi cum virtute vivatur.* Idem. *Nuper M. Crassus negabat ullam satis magnam pecuniam esse ei, qui in Republ princeps vellet esse, cujus fructibus exercitum alere non posset.*

REGVLA CX.

Cum quid per partes aut ordinem enumeramus, pro primo Primum, Deinde pro secundo, pro tertio Adhæc, Tum, Tertium, Postea, Præterea, Postremò, Denique, aut si quid ejusmodi est, non ineleganter ponitur.

Deus primum nobis diligendus est, deinde patria, postea parentes, postremò amici. Patrem tuum salutavi primùm, deinde litteras ei tuas reddidi. Thales Milesius trium maximè rerum caussa fortunæ gratias agebat primùm quòd homo non bellua, deinde quòd vir non mulier, tum quod Græcus natus esset non barbarus.

Cic. *Tu multis de caussis vellem me convenire potuisses. Primùm ut te, quem jam diu plurimi facio, tanto intervallo viderem. Deinde, ut tibi, quod feci per litteras, possem præsens gratulari. Tum, ut quibus de rebus vellemus tu tuis, ego meis inter nos communicaremus. Postremò, ut amicitia nostra quæ summis officiis ab utroq; culta est, sed longis intervallis temporis interruptam consuetudinem habuit, confirmaretur vehementius.* Idem. *An ego tibi obviam non prodirem? Primùm Appio Claudo? Deinde Imperatori, deinde more majorum? Deinde, quod caput est, amico?* Idem. *In omni autem actione suscipienda, tria sunt tenenda. Primùm, ut appetitus rationi pareat: quo nihil est ad officia conservanda accommodatius. Deinde, ut animadvertamus, quanta illa res sit, quam efficere velimus: ne major, neve minor cura & opera suscipiatur, quàm caussa postulet. Tertium est, caveamus, ut ea, quæ pertinent ad liberalem speciem & dignitatem, moderanda sint.* Idem. *De orationis ornamentis, in qua præcipitur primùm, ut purè & latinè loquamur: deinde, ut planè & dilucidè: tùm ut ornatè: pòst ad rerum dignitatem aptè & quasi decorè.*

NOTA.

NOTA.

Hæc Ciceroni quidem, aliisq; melioris notæ scriptoribus usitatiora sunt, verùm non semper observata.

Cic *Plerumque improborum facta, primò suspicio insequitur, deinde sermo atq; fama, tum accusator, tum judex.*

REGVLA CXI.

Divisi alicujus generis partes cum enumeramus, pro primo Vnum, pro secundo *Alterum*, pro tertio, si duobus plura fuerint, nonnunquam *Aliud*, sed sæpius, Tertium appositè dicimus.

Duo sunt quibus puerum benè instituere possis: Vnum, si quid bene fecerit, ejus laudatio: Alterum, si quid malè, vituperatio. Multa sunt quibus in disciplinis percipiendis valeas magis: Vnum animi libertas: Alterum bona valetudo: Tertium, cibi, potionis, somniq; temperantia.

Cic. *Injuriæ duo genera sunt, Vnum eorum qui inferunt: alterum eorum qui ab ijs quibus infertur, si possint, injuriam non propulsant.* Idem. *De risu quinq; sunt quæ quærantur: Vnum quid sit: alterum unde sit: tertium sitnè oratoris risum velle movere: quartum quatenus: quintum quæ sint genera ridiculi.* Idem. *Quatuor causas reperio, cur senectus misera videatur: Vnam, quod avocet à rebus gerendis: Alteram, quod corpus faciat infirmum: Tertiam quod privet omnibus ferè voluptatibus: quartam, quod procul haud absit à morte.*

NOTA I.

Quod si ordo quidam servandus est in numerando, Primum & secundum dixeris.

Cic. *Mea totius in dicendo orationis, tres sunt rationes: una conciliandorum hominum, altera docendorum, tertia concitandorum. Harum trium partium, prima lenitatem, secunda acumen, tertia vim desiderat.*

NOTA II.

Pro Vno, Alterum dicere possis, si duo tantum sunt quæ numeres.

Cic. *Cùm duo genera sint facetiarum, alterum æquabiliter in omni sermone fusum: alterum peracutum & breve.*

NOTA III.

Alterum de alio quocunque, aut aliis quibuscunq; à te ipso etiam dici posse ἐν παρέδῳ notes.

Ad alterius utilitatem perinde atq; ad suam homo natus est.

Cic. *Malevolentia est voluptas ex malo alterius sine emolumento suo.* Idem. *Carmen ne liceret fieri ad alterius injuriam leges sanxerũt.* Idem. *Invidentia ægritudo est ex alterius rebus secundis.*

REGVLA CXII.

Particulæ duæ, id est, voces non inclinatæ, maximeque Adverbia, idem prope significantes, juxta se sine ullo medio venustè ponuntur.

Spero fore ut tecum tandem aliquando colloquar. Num ne te pœnitet, quod insalutato me abieris? Id quidem certè jam sentio, quod metuere me dixeram.

Cic. *Me quidem certè tuarum actionum, sententiarum, voluntatum, rerum denique omnium socium comitemq; habebis.* Idem. *Hunc mihi timorem eripe, si verus, ne opprimar: sin autem falsus, ut tandem aliquando metuere desinam.* Idem. *Quæ ætas longa, aut quid homini omnino longum? num ne modò pueros modò adolescentes, in cursu à tergo assequens, nec opinantes assecuta est senectus?*

NOTA.

Idem propè virium habent Omne quidquid, Diu multumque.

Publius Syrus. *Alienum est omne quidquid optando evenit.* Val. Max. *Animadvertit immensæ magnitudinis serpentem concitato impetu omne quidquid obvium fuerat proterentem.* Cic. *Utrum difficilius ac majus esset negare tibi sæpius idem roganti, an efficere id quod rogares, diu multumq; Brute dubitavi.* Idem. *Herculem Prodicus dicit, ut est apud Xenophontem, cùm primùm pubesceret, quod tempus à natura ad diligendum quam quisq; viam sit ingressurus, datum est, exisse in solitudinem, atque ibi sedentem diu secum multumq; dubitasse, cùm duas cerneret vias, unam voluptatis, alteram virtutis, utram ingredi melius esset.*

REGVLA CXIII.

Vsque ad, & Vsque ab, his modis à receptæ fidei scriptoribus invenias dictum.

Vsque ad palatium, Adusq; palatium, usque palatium, ad palatium, ad palatium usque. Item quæ. *Vsque à palatio, abusque palatio, à palatio.*

Virg. *Siculo prospexit abusque Pachyno.* Plaut. *Amor & melle & felle est fœcundissimum, gusta dat dulce, amarum ad satietatem usq; aggerit.* Terent. *Mihi magna cum eo jam inde usque à pueritia fuit semper familiaritas.* Cic. *Vixit ad summam senectutem valetudine optima.* Idem. *Cùm ad vesperam usque contentius ambularet.* Idem. *Cùm repeteret usq; à Corace nescio quo.*

NOTA.

Quint. *In usq; dixit.*

In proverbium usq; Græcorum celebratum est, *Indoctos à musis atque gratijs abesse.*

REGVLA CXIV.

Quantum, multo usitatius, quàm quod verbo uno dici solet, Prout, usurpatur.

Ad nos brevi, quantum intelligo, venturus es. Hac de re alias, quantum memoria repeto ad te scripsi. Is tibi, quantum suspicor, amicus certus non est.

Cic. *Abdimus nos quantum licet, & sæpè soli sumus.* Idem. *Vt laudem eorum jam propè senescentem, quantum ego possum, ab opinione hominum, atque à silentio vindicarem.*

NOTA I.

Quam, vel Vt cum superlativo & verbo Posse, licet cum gradibus aliis dici possit, in hac significatione usurpari solet.

Cic. *Dabo operam quàm maximè potero.* Idem. *Quantus ornatus in peripateticorum disciplina sit satis est à me, ut brevissimè potui paulò ante dictum.*

NOTA II.

Pro Quamdiu singulari cum venustate Dum dicitur.

Tui dum vivam memorem me experieris. Neutri nostrum deerit quidquam, dum hæc durabit amicitia.

Cic. *Immortales gratias ago tibi agamq; dum vivam.* Idem. *Quem tamen esse natum & nos gaudemus, & hæc civitas, dum erit, lætabitur.*

REGVLA CXV.

Tantum abest, orationi elegantiæ adfert plurimùm. Postulat autem verbum Subjunctivi modi, particula Vt præposita, cùm alius sermo, qui contrariæ sententiæ sit, cùm particula eadem subjicitur.

Tantum abest ut amici objurgatione offendar, ut ea mihi jucundissima sit. Tantum abest tui ut oblitus sim, ut ne unus quidem prætereat dies, quin mihi in mentem sæpius tui veniat.

Cic. *Tantum abest ut scribi contra nos nolimus, ut id etiam maximè optamus.* Idem. *Id autem tantum abest ab officio, ut nihil magis officio possit esse contrarium.* Idem. *Tantum abest ut nostra miremur, ut usq; eo difficiles ac morosi simus, ut nobis non satisfaciat Demosthenes qui quanquam unus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non semper implet aures meas.*

REGVLA CXVI.

Duo cùm dicimus, eorumque alterum dubium est nec certum satis, alterum verò certum est: quod incertum est præponamus, quodque certum postponamus, ibiq; Certè dicamus, ubi sermone domestico Saltem dici solet.

A me aut discessurus non eras, aut abitum certè tuum significare debebas. Ad te veniam, aut certè scribam, aut nocebit, aut nihil certè proderit.

Cic. *Tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem & benevolo certè usus es.* Idem. *Omnis cura mea solet in hoc versari semper: dicam enim sæpius si possum, ut boni efficiam aliquid dicendo, si id minus, ut certe ne quid mali.* Idem. *Quamobrem quoniam de ornatu omni orationis non sunt omnes patefacti, aut certè commonstrati loci: nunc quid aptum sit, hoc est, quod maximè deceat in oratione, videamus.*

REGVLA CXVII.

Post Si particulam, Quis, quàm Aliquis, collocari solet elegantius.

Si quem adeptus es honorem, virtutis tuæ id amplum testimonium est.

Cic. *Si quid ad me forte scripseris, perficiam, ne te frustra scripsisse arbitrere* Idem. *Socratem illum solitum ajunt dicere, perfectum sibi opus esse, si quis satis esset concitatus cohortatione sua ad studium cognoscendæ percipiendæq; virtutis.*

REGVLA CXVII.

Ne quid, quam ne aliquid, Num quid, quàm Num aliquid dicitur elegantius.

Ne quam patiar injuriam opera mihi danda est. Ne quid à me frustra postulaveris laborabo. Num quas mihi afferes litteras? Cic. *Num quis horum miser hodie?* Idem. *Num quid igitur est causa quin amicos nostros Stoicos dimittamus?* Idem. *De evertendis autem diripiendisq; urbibus valdè illud considerandum est, ne quid temerè, ne quid crudeliter fiat.*

REGVLA CXIX.

Post Quis, post Quo pro quanto, post Cùm, Quid, quàm aliquid dici solet frequentius.

Ex Diogene servum ullum aut ancillam habere se negante cùm quis quæsivisset: quisnam te igitur ad sepulcrum efferet? Qui, inquit, domo indiget. Anacharsis Scytha rogatus quo quis pacto abstemius fieret, Si turpes, inquit, ebriorum motus sibi ante oculos ponat.

Cic. *Voluntas est qua quid cum ratione desiderat.* Idem. *Quo enim quis versutior & callidior est, hoc invisior & suspectior, detracta opinione probitatis.*

REGVLA CXX.

Post Sive, post Nisi, post Aliud, usitatius Quid, quàm aliquid à doctioribus collocatur.

Cic. *In eum locum res deducta est, ut nisi quis Deus, aut casus aliquis subvenerit salvi esse nequeamus.* Idem. *Si verum est Q. Fabium Labeonem, seu quem alium.*

REGVLA CXXI.

Qua non Quæ pones post particulas Ne. Num, Aliud, Si, & ab ea compositas Sive, Sin. Nisi, si Relatio non fuerit.

Ne qua mulier. Si qua templa. Aliáve qua injuria.

Cic. *Graves solent offensiones esse ex gravibus morbis, si qua culpa commissa est.* Idem. *In illam igitur curam incumbe, mi Plance, ut ne qua scintilla teterrimi belli relinquatur.* Idem. *Sin qua necessitas hujus muneris alicui Reipub. obvenerit.*

NOTA.

Si verò Relatio fit, etiamsi Antecedens non ponatur, Quæ, non Qua dicendum est.

Si quæ dicis vera sunt.

Quint. *Providendum est, ne quæ dicuntur, ab eo qui dicit, dissentiant.*

REGVLA CXXII.

Si quando, Sicubi, Nuncubi, Nequando, Nunquando, Latinæ linguæ principibus usitatiora sunt, quàm Si aliquādo, &c.

Sicubi est, eum inveniam. Nunquando venies? Provide nequando tuorum te factorum pœniteat.

Cic. *Si quando, quod nolim, displicere tibi tuum consilium cœperit, possis meum recordari.* Idem. *Veruntamen, Crito, si me assequi potueris, aut sicubi nactus eris: ut tibi videbitur, sepelito.*

NOTA I.

Nuncubi, Sicubi, Necubi, ad hiatum evitandum literam in medio accipiunt. Quod de his dictum, idem in Adverbiis aliis tibi putes observandum, ut; Siquo, Siqua, Sicunde, Nequo, Nequa, Necunde, Nunquo, Nunqua, Nuncunde.

NOTA II.

Si verò vocabulum aliquod sit, quod inter particulam, Si, Ne, aut Num, & aliquid interponas, Quid vel aliquid promiscuè usurpes.

Si me aliqua voluptate affecisti. Num præmio donas me aliquo? Ne injuriam feras aliquam.

Cic. *Lælius, si digito quem tetigisset, pœnas dedisset.* Idem. *In quo viro erit perfecta sapientia: quem adhuc nos quidem vidimus neminem, sed Philosophorum sententiis qualis futurus sit, si modo aliquando fuerit, exponitur.* Idem. *Si te rogavero aliquid, numné respondebis?*

REGVLA CXXIII.

Post negationem Quisquam, Quispiam, Vllus, Vsquam, Vnquam, elegantius quàm Aliquis, Alicubi, Aliquando ponuntur.

Non est labor ullus qui causa tua mihi ingratus sit. Nemo vir bonus cuiquam invidet. Nolo ullam pati injuriam.

Cic. *Nec mihi est te jucundius quidquam, nec carius.* Idem. *Ego nunquam quendam ad te, cum sciam, sine meis litteris ire patiar.* Idem.

Nec

Nec simulatum potest quidquam esse diuturnum. Idem. *Nemo unquam sine magna spe immortalitatis se pro patria offerret ad mortem.* Idem. *Neque quisquam est quin satietate jam defessus sit.*

NOTA.

Verba illa quæ latentem quandam in se continent Negationem, ab hoc dicendi genere aliena non sunt: qualia sunt Vetare, Cavere, Rarum esse, Vix, aliaq; hoc genus multa.

Cic. *Cave putes ullam in Philosophia vocem emissam clariorem.* Idem *Bene præcipiunt qui vetant quidquam agere quod dubites æquum sit an iniquum.*

REGVLA CXXIV.

Politiorum litterarum auctores post vocem Interrogativam Vllum, Quidquam, aut Vnquam, non Aliquid aut Aliquando ponere consueverunt.

Quis ullam rerum earum suscipiat curam? An tibi est ullius honestæ rei studium? Apud quos unquam ullum fuit liberalitatis exemplum majus?

Cic. *Quis unquam tanti quenquam fecit?* Idem. *An est quidquam similius insaniæ, quàm ira?* Idem. *Harum tot tantarumq; rerum videtisne ulla esse præcepta, quæ in artibus Rhetorum reperiantur?*

REGVLA CXXV.

Post particulam Quàm ratione Comparativi, aut vocis Cōparativi vim habentis positam, Vllum, Quidquam, Vnquam ponitur elegantius, quàm Aliquid, Aliquando.

Virtute instructior quàm ullus sociorum. Ditior es quàm ut unquam fortuna te deserat.

Cic. *Plus valuit, quàm pro ullo alio valere potuisset.* Idem. *Nihil turpius Physico, quàm fieri sine caussa quidquam dicere.*

REGVLA CXXVI.

Nominis primi oratores Si particulæ, Quidquam, Vllum, Quippiam, Vnquam, non Aliquid, Aliquando postponunt.

Si litteras ullas unquam ad me dederis supra fidem gavisurus sum, sine quibus quidquam mihi jucundum fore non puto. Si quisquam te amat, nisi redamas, inhumanus es.

 Cic.

Cic. *Multa præterea commemorarem nefaria in socios, si hoc uno sol quidquam vidisset indignius.* Idem. *Intelligo equidem à me istum laborem jam diupostulari, Attice: quem non recusarem, si mihi ullum tribueretur vacuum tempus & liberum.*

REGVLA CXXVII.

Ornatioris eloquii viri postSine ferè Vllus, Quispiam, Quisquam, non Aliquis usurpant.

Ne horam quidem sine ulla amicitia nostra memoria vivere possum. Sine cujusquam auxilio negotium efficere non possum.

Cic. *Sine ulla mora negotium susceperunt.* Idem. *Ipsi sine cujusquam suspicione multos fortes viros eduxerant.*

REGVLA CXXVIII.

Particula Ac vel Atque usitatius, quàm Et inter polysyllaba vocabula ponitur.

Iustitiam ac liberalitatem tuam amici ac inimici suspiciunt ac mirantur. Cic. *Causa nulla est cur apud homines prudentissimos atq; amicissimos mentiar.* Idem. *Exacta ætas honestè ac splendidè tantam fert consolationem, ut eos qui ita vixerunt, aut non tangat ægritudo aut leviter pungat animi dolor.*

NOTA.

Invenias etiam Polysyllabis vocibus particulam, Et, interpositam, sed rarius.

Dissyllabis quoq; vocabulis Atque nonnunquam interponitur.

Saluſt. *Avaritia bellua fera, immanis, intoleranda est: Quo intendit, oppida, agros, fana atq; domos vastat: Divina cum humanis permiscet. Neque exercitus neq; mœnia obstant, quo minus vi sua penetret. Fama, pudicitia, liberis, patria atque parentibus cunctos mortales spoliat.*

REGVLA CXXIX.

Elegantior venustiorque est oratio ea, in qua plurium syllabarum vocabula Conjunctione Que postposita conjunguntur, quàm si Et interponatur.

Miserias calamitatesq; fortiter animoseq; suscipis, paterisq;.

Cic. *Ego cum tuo Servio jucundissimè conjunctissimeq; vivo.* Idem.

Cùm

Cùm A. Cæcinna tanta mihi familiaritas consuetudoq́ꝫ semper fuit, ut nulla major esse poßit. Idem. *Hominem facillimum liberalißimumq́ꝫ cognosces.*

REGVLA CXXX.

Conjunctio Que sæpius postponitur cùm præest Omne, Totum, Aliud.

Totusq́ꝫ tremo. Omnisq́ꝫ thesaurus. Aliaq́ꝫ hoc genus. Nobilitatem, gloriam, aliaq́ꝫ hoc genus Diogenes ille Cynicus irridens malitiæ velamenta esse dicebat.

Cic. *Honos alit artes: omnesq́ꝫ intenduntur ad studia gloriæ.* Idem. *Populi verè Romani, totiusq́ꝫ Italiæ mira consensio est.*

REGVLA CXXXI.

Particula Que, tum venustat orationem, cùm voci declinationis experti postponitur: cui particulam Et raro præposueris.

Rursumq́ꝫ. Ideoq́ꝫ. Vulgoq́ꝫ.

Cic. *Et si nihil novi quod ad te scriberem habebam, magisq́ꝫ litteras tuas exspectare incipiebam, vel te potius ipsum: tamen cùm Theophilus proficisceretur, non potui nihil ei litterarum dare.* Idem. *Ego quanti te faciam, semperq́ꝫ fecerim, quanti me à te fieri intellexerim, sum mihi ipse testis.* Idem. *Vivitur non cum perfectis hominibus, planeq́ꝫ sapientibus.*

REGVLA CXXXII.

Cùm monosyllaba vox est, ei raro particula Et præponitur: postponitur propè semper Conjunctio Que.

De justitia tua, deq́ꝫ liberalitate supra fidem sentio. Iamq́ꝫ oblitus es quàm te diligam, quamq́ꝫ requiram credere non posis.

Cic. *Te valde amamus, nosque à te amari tum volumus, tum etiam cõfidimus.* Idem. *Estq́ꝫ ea jucundißima amicitia, quàm similitudo morum conjugavit.* Idem. *Balbum quanti faciam, quàmque ei me totum dicaverim ex ipso scies.* Idem. *Valebis igitur, meq́ꝫ, ut à puero fecisti, amabis.* Idem. *Ista sunt pergrata, perq́ꝫ jucunda.* Idem. *Nihil tam detestabile, tamq́ꝫ pestiferum quàm voluptas.*

REGVLA CXXXIII.

Pronominibus particula Que non ineleganter postponitur.

Nuncius ad me venit, isq; tuas mihi reddidit litteras, teq; valere dixit, eiq; ad te litteras dedi.

Cic. *Meq; totum, & mea & meos commendatos habebis.* Idem. *Idque memoria teneo.*

Nota.

Cùm syllabæ unius Præpositio Pronomini præponitur, Conjunctio Que Pronomini postponitur sæpius, quàm inter id, & Præpositionem ponatur.

Cic. *A teq; vehementer etiam atq; etiam peto.* Idem. *Meamq; voluntatem ad summi viri, de meq; optimè meriti dignitatem, aggregassem.* Idem. *Est igitur adolescentis, majores natu vereri, ex hisque eligere optimos & probatissimos.*

REGVLA CXXXIV.

Cùm Tria copulativa Conjũctione conjungenda sunt, non invenustè cum primo secundum postposita Que particula, atque cum secundo tertium interposita Et vel *Ac* conjungitur. Si plura, primum numera quod à fine tertium est.

Amicitiam, honoresq;, & rerum scientiam expeto. Gloriæ pecuniæq;, & Veneris cupiditas pestis civitati perniciosissima est. Elegantes doctæq;, & humanæ mihi tuæ litteræ redditæ sunt.

Cic. *Hominis mens discendo alitur, & cogitando semper aliquid aut inquirit aut agit, videndiq; & audiendi delectatione ducitur.* Idem *Non patiebatur eos quos judicabat non posse Oratores evadere, operam apud se perdere dimittebatq;: & ad quam quemque artem putabat esse aptum, ad eam impellere atque hortari solebant.*

Nota I.

Genus hoc dicendi ita erit pulcerrimum, ut rarissimum.

Nota II.

Conjunctio Et geminata pulcerrimum habet usum, sed in rebus diversis geminatio erit venustior.

Diligentia honores & gignit & continet. Studio litteræ & parantur, & conservantur. Fili & morem geres, & tuæ saluti consules.

Cic. *Homo & in aliis caussis exercitatus, & in hac multum, & sæpè versatus.*

REGV-

REGVLA CXXXV.

Post particulas Contra, Perinde, Æquè, Alius, Aliter, Alienum, Aliorsum, Juxta, Vltra, Secus, Similiter, Pro eo, Pariter, nō sine gratia & venustate Ac vel Atque postponuntur.

Amicum æquè ac seipsum diligendum esse multis persuasum est. Negotia tua secus atq; volebas gesta sunt. Facis aliter ac mihi pollicitus es. Pro eo habendum est, atque si nullo jure factum esset. Trucidant feminas pariter ac viros. Trucidant inermes juxtà ac armatos. Absentium juxtà atque interemptorum bona divisa sunt. Plaut. *Tibi nunc perinde ac merère, summas habeo gratias.* Teren. *Vereor ne illud gravius Phædria tulerit: neve aliorsum atque ego feci acceperit.*

Cic. *Me certè habebis, cui carus æquè sis & perjucundus ac fuisti patri.* Idem. *Nihil æquè desidero atque bonam famam.* Idem. *Contrà atque antè fuerat* Idem. *Contrà est ac dicitis.* Idem. *Cùm ex alterius oratione aliud excipias atque ille vult.* Idem. *Cùm aliter sentias ac loquare.* Idem. *Neque verò illum similiter, atque ipse eram, commotum esse vidi.* Idem. *Non dixi secus ac sentiebam.*

REGVLA CXXXVI.

Qui aut scribendo aut dicendo excultiores sunt, id propè semper observant, ut cum aliis vocabulis, tum maximè verbo orationis per quod interrogatum est, respondeant. Si volent has particulas adolescentuli adhibebunt; Etiam, Maximè, Immò, Libenter sanè, Placet. Si placet; Quidni? Omninò, Planè, Prorsus, &c.

Si nolent has ce; Nequaquam, Neutiquam, Nolo profectò, Minimè omnium, Minimè gentium, Nullo modo, Minimè verò, Non placet, &c.

Librumne meum vidisti? Vidi.

An venies citò? Citò.

An ita mortuus est? Ita.

Vis mihi colludere? Etiam.

Placétne considere? Placet immò.

Tu ne ope implorantem me dignabere? Maximè verò.

An tu Præceptorem dissolutum optas? Minimè gentium.

Plaut. *Audin' tu illum? Audio.*

Idem.

Idem. *In eodem lecto? In eodem.*

NOTA.

Particula Ita non omninò damnanda est, ea siquidem usus est Terentius. *Qua cum uteris sententiam esse scies, Ita est ut dicis.*

REGVLA CXXXVII.

Vt ne, non inusitatè pro Ne ponitur: inq; medio vel nihil, vel aliud interponitur.

Operam da, ut ne quam tuis facias injuriam.

Ideo ad te scribo, ut tui me immemorem ne credas.

Cic. *Iustitiæ primum munus est, ut ne cui quis noceat nisi lacessitus injuria.*

Idem. *Neque enim est interdictum aut à natura rerum, aut à lege aliqua atque more, ut singulis hominibus ne amplius quàm singulas artes nosse liceat.*

REGVLA CXXXVIII.

Particula Denique tum usitatè adhibetur, cùm multa quæ restant, summatim dicenda sunt.

Amicitia morbi vim diminuit, angores depellit, adversam fortunam ferre moderatè facit, sublevat inopiam: omnem denique humanæ conditionis imbecillitatem confirmat.

Amicos liberalitate locupletas, inopes adjuvas, erigis calamitosos: nullus denique miser est in quem nihil conferas beneficij.

Cic. *Me quidem certè tuarum actionum, sententiarum, voluntatum, rerum denique omnium socium comitemque habebis.*

Idem. *Ego omnia mea studia, omnem operam, curam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis consulatu fixi & locavi.*

Idem. *Templa Deorum immortalium, tecta urbis, vitam omnium civium, Italiam denique totam ad exitium & vastitatem vocas.*

REGVLA CXXXIX.

Solum tum venustat orationem magis, cùm Nomen, quàm cùm est Adverbium, modò nihil è sententia mutetur.

Non virtuti soli, verum etiam litteris opera danda est. Pudicitia sola in uxore satis sit.

Cic.

Cic. *Nec verò corpori soli subveniendum est, sed etiam menti atque animo multò magis.*

Idem. *Spes sola hominem in miseriis consolari solet.*

Agellius. *Non verba autem sola, sed versus propè totos, & locos quoque Lucretij plurimos sectatum esse Virgilium videmus.*

NOTA I.

Hac ratione sæpè in Nomen Adverbium mutatur.

Sueton. *Multum conquestus eripi vitam immerenti*, pro *immerito*.

NOTA II.

Ab hac præceptione alienum non sit Quantus, a, um, vel Qui, Quæ, Quod adjungi non invenustè Superlativo, si Posse appositum sit.

Gratias ago quantas possum maximas. Qua possum veneratione maxima te prosequor.

Quint. *Narrationes stylo componi, quanta maxima possit adhibita diligentia, volo.*

REGVLA CXL.

Cùm dicimus, Non tantùm, vel Non solùm, vel Non modò, nec ulla in eadem oratione Negatio sequitur: tum id quod majoris momenti est, in oratione ea poni solet, ubi ponendum fuisset, Sed etiam, aut aliud id genus: fitque ex duabus orationibus una, in qua non ponitur Non solùm, omittitur item Sed, aut Verùm.

Orationes has duas in unam mutare si vis: Non externi solùm, sed amici etiam objurgandi sunt; dicas.

Amici quoque objurgandi sunt. Mori etiam in patria gravissimum est. Et Reges fato concedunt.

Cic. *Ius profitentur etiam qui nesciunt.* Idem. *Propter virtutem & probitatem eos etiam quos nunquam vidimus quodammodo diligimus.* Idem. *Meminerimus & adversus infimos justitiam esse servandam.*

NOTA I.

Particulæ Vel non raro eadem usurpatio est.

Cic. *Quàm sint morosi qui amant, vel ex hoc intelligi potest.* Idem

Malus

Malus enim custos diuturnitatis metus, contraq; benevolentia fidelis est, vel ad perpetuitatem.

NOTA II.

Cùm post Non solùm, Non tantùm, vel Non modò negatio subsequitur, ex orationibus iisdem duabus unam faciemus, in qua Nequidem ponemus, aut si copulandi Conjunctio adjungenda est. Nec quidem, aut Neque quidem, inque medio id ponemus vocabulum, quod Sed etiam subsequeretur.

Ne amicis quidem hoc dicam: id est non solùm non dicam aliis, sed ne amicis quidem. Ne parentibus quidem obsequitur. Interrogatus Thales Milesius: lateret ne Deum homo peccans? ne cogitant quidem respondit.

Cic. *Quando, aut ubi te visurus sim, nisi ad me scripseris, ne suspicari quidem possim.* Idem. *Postrema syllaba brevis an longa sit, ne in versu quidem refert.*

REGVLA CXLI.

Venustatem orationi adjicies tuæ, si inter has particulas Ne quidem, Non solùm, Non tantùm, Non modò, & inter Sed etiam, aut Verùm etiam, Sed quoque, Verùm quoque quid interponas.

Non pecunia tantùm, sed etiam vitâ Respub juvanda est. Non solùm peccatum, sed peccati quoq; occasio vitanda est. Amicitia non mutua solùm litterarum missione, sed officiorum quoque multitudine fit arctior.

Cic. *Nunquam illum ne minima quidem re offendo.* Idem. *Memoria tenebat non domestica solùm, sed etiam externa bella.* Idem. *Vt igitur domitores equorum non verbera solùm adhibent ad domandum: sed cibum etiam subtrahunt: ut fame debilitetur equuleorum nimis effrenata vis.* Idem. *Me tibi non amicum modò, verùm etiam amicissimum existimes.* Idem. *Habere enim quæstui Rempub non modò turpe est, sed sceleratum etiam & nefarium.*

NOTA.

Est etiam quando post particulam, Sed, nec Etiam, nec Quoque ponitur.

Cic. *Quid Pompeius susceperit optimè ex Emplatorio cognosces: qui nō interfuit solùm, sed præfuit.* Re-

REGVLA CXLII.

Particula Si, &, quæ ex ea partim copulata est, Nisi, multam habent elegantiam, si in oratione secunda, aut si non in principio primæ, sed proximè verbum ponantur.

Amantem te si negligis, spera fore ut ab amante contemnaris. Quid tibi animi est si novissem, res aliter multò gesta fuisset. Ad me scribito, nisi venies.

Cic. *Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaveris.* Idem. *Id ille si fecerit, erit mihi vehementissime gratum.*

REGVLA CXLIII.

Conjunctio Vt in orationis medio, ac proximè verbum, ponitur sæpius.

Negotium hoc ut conficias laborandum est.

Cic. *Est etiam consolatio pervulgata quidem illa maximè, quàm semper in ore atque in animo habere debemus, homines nos ut esse meminerimus ea lege natos, ut omnibus telis fortunæ proposita sit vita nostra.*

Idem. *Ita confusa est oratio, ita perturbata, nihil ut sit primum nihil ut secundum.*

REGVLA CXLIV.

Particulas Cùm, Dum, Ne, Cur, & Pronomen Qui, Quæ, Quod in orationis medio cùm posueris, non eleganter dixeris.

Laborem tua causa cùm suscipio, voluptas non labor mihi est. Amicitiam hanc nostram dum ego vivam asserrabo. Fortunæ vim ne sentiamus operam diligentem litteris impendamus. Virtuti voluptatem qui præponit, appellatione hominis indignus est.

Cic. *Curio ad focum sedenti magnum auri pondus Samnites cùm attulissent, ab eo repudiati sunt.* Idem. *In medio relictum quod erat, populo Romano adjudicavit.*

REGVLA CXLV.

Quando duo quæ paria sunt dicuntur, particula Tum eleganter geminatur: Si imparia, levius & momenti minoris quod est, per Cùm efferendum, præponendumque; gravius verò per Tum postponendum. Si tria sint paria, cum secundo tertium copulativa Conjunctione conjungendum.

Tum

Tum optimis moribus, tum eruditione eximia præditus adolescens. Tum litteris, tum muneribus ac officiis accrescit amicitia. Cùm propter beneficia in me tua, tum maximè propter virtutem tuam mihi dilectus es. Cùm tua consuetudo mihi jucunda, tum ingenij amœnitas jucundissima.

NOTA I.

Cùm omnibus aliis oratoribus, tum maximè Ciceroni illud est familiare, ut cum rem quampiam, ut sic dicam, generalem dicturi sunt, ab eaque aliquid excipere volunt, quod generale illud exsuperet: tum ipsi cum generali ponunt particulam Cùm, adjunguntque Omne, Reliquum, Aliud, Multum, Sæpè, Vbique, aut aliud quodvis hoc genus. Cùm eo autem excepto particulam Tum collocant, eique nonnunquam adjungunt vel maximè, vel Præcipuè, vel Superlativum.

Cùm alia omni virtute, tum maximè justitia retineri solet amicitia. Cùm alias sæpè, tum superioribus meis litteris hujus rei te admonui. Cùm ubiq; in Geldria, tum maximè Ruremundæ hoc anno aër pestilens est.

Cic. *Cùm te semper dilexi amaviq; tum mei jam amantissimum cognovi.* Idem. *Plurimum valuisse apud me tuam semper auctoritatem cùm in omni re, tum in hoc maximè negotio potes existimare.* Idem. *Luxuria cùm omni ætate turpis, tum senectuti fœdissima est.*

NOTA II.

In harum particularum usurpatione verba diversorum nõnunquam esse modorum videntur, quod omninò rarissimum est: nisi Cùm pro Quamvis accipi mavis.

Cic. *Cùm mihi multa grata sint, quæ tu adductus mea commendatione fecisti: tum in primis quòd M. Marsilium amici atque interpretis mei filium liberalissimè tractavisti.*

REGVLA CXLVI.

Oratorum scripta cùm excuties, tum ab iis id frequenter observari invenies: ut ubi posita est particula Cùm pro Quando, ibi Tum simul positum sit. Id quod triplici ratione factum putes. Aut enim Cùm oratione prima ponitur, & Tum secũda: aut

aut contra, Tum prima, Cùm secunda; aut altera in fine primæ, & altera in principio secundæ.

Cùm amico inimica fortuna est, tum ego doleo, aut: *Tum ego doleo, cùm amico inimica fortuna est. Litteras tuas cùm recepi, tum multa perfusus sum lætitia.*

Cic. *Cùm maximam cepissem lætitiam ex humanissimi & carissimi patris tui epistola, tum verò jucundissima tua litteræ cumulum mihi gaudij attulerunt:* Idem. *Quod maximè tum solet evenire, cùm studiose de absentibus detrahendi causa, aut per ridiculum, aut severè, maledicè contumelioseq; dicitur.*

REGVLA CXLVII.

In partibus enumerandis Scilicet, aut Videlicet usurpandæ non sunt. Si partes duabus plures sint, rarò intercedit Conjunctio.

Diutina fit amicitia rebus multis, officiis iisdem, studijs, voluntatibus. Cumulatior acquiri solet scientia his rebus, auditione, studio, exercitatione. In literis tuis illa duo, humanitas atque elegantia, mirum est quàm me delectarint.

Cic. *Eas tres virtutes fortitudinem justitiam, prudentiam frugalitas complexa est.*

NOTA I.

Inter partes enumeratas Cicero etiam, id est, posuit.

Cùm duobus modis: id est, aut vi aut fraude fiat injuria, fraus quidem vulpecula, vis leonis videtur.

NOTA II.

Partes enumeratæ in fine clausulæ maximè ponuntur.

Multi sunt, quibuscum diutina non est amicitia, improbi, avari, ambitiosi, queruli, severi.

Cic. *Duæ res quæ languorem afferunt cæteris, Scipionem acuebant, otium & solitudo.*

REGVLA CXLVIII.

Vbi sermone quotidiano particula Sed inter vocabula duo ponitur: quorum primo particula Non præposita est: omissa particula Sed, vocabulorum ordo ita mutatur; ut quod prius erat fit posterius.

Copia non inopia crescit avaritia.

vulgò enim diceretur:

Non inopia sed copia crescit avaritia. Animam non corpus curari addecet. Vigilando non dormiendo feliciter omnia cedunt.

Cic. *Tantum cibi & potionis adhibendum, vt reficiantur vires, non opprimantur.* Idem. *Invidiam virtute partam, gloriam non invidiam putarem.*

NOTA.

Sermo quotidianus nonnunquam retinetur.

Cic. *Sunt enim quidam homines, non re, sed nomine.*

REGULA CXLIX.

Duo pluravè incerta cùm dicimus: aut cum de duobus pluribusvè dubitamus aut quærimus, sermone quotidiano Vtrum dicimus: sed elegantius multo, primùm particulam Ne, deinde *An*, ponimus.

Amicitiáne an pecunia præponenda est? Veniétne pater an scribet? Voluptatémne an virtutem sequeretur pubescens Hercules dubitasse fertur.

Cic. *Mortémne videtur an dolorem timere?* Idem. *Quærit si in mari jactura facienda sit, equine pretiosi potius jacturam faciat, an servuli vilis?*

NOTA I.

Est quando *An* solùm ponatur.

Cic. *Benè præcipiunt, qui vetant quidquam agere quod dubitares æquum sit, an iniquum.*

NOTA II.

Re una quærentes aut dubitantes, particula Ne vel *An* uti debemus.

An putas quidquam cum amico bono conferendum esse? Satísne vales? An ulla res est literati hominis otio jucundior?

Cic. *An malumus Epicurum imitari, qui multa præclarè sæpè dixit?* Idem. *Quid si pater fana expilet, cuniculos agat ad ærarium, indicétne id magistratibus filius?*

REGV-

REGVLA CL.

Post Quid aliud, aut Nihil aliud, elegantiores Nisi, non Quàm usurpant.

Quid aliud est amici litteris non respondere, nisi amicum eum negligere? Nihil aliud à te jure meo postulo, nisi ad me ut scribas.

Cic. *Nihil enim est aliud, Brute. quod quidem tu minimè omnium ignoras, pulcrè & ornatè dicere, nisi optimis sententiis verbisq; lectissimis dicere.* Idem. *Quid aliud fuit in quo concio rideret, nisi illa vultus & vocis imitatio?*

NOTA I.

Præterea particulam Nisi ibi collocabimus, ubi sermone vulgi poni solet Excepto, vel Exceptis, aut Præterquàm.

Cic. *Quod Apollo Pythius oraculo edidit. Spartam nulla re alia nisi avaritia esse perituram, id videtur non solùm Lacedæmoniis sed & omnibus opulentis populis prædixisse* Idem. *Verba neminem movēt, nisi eum qui ejusdem linguæ societate conjunctus est.*

NOTA II.

Cicero etiam Excepto usus est.

Nec vir melior, mi Testa, nec mihi amicior P. Sitio quisquam est, te tamen excepto.

REGVLA CLI.

Quòd particulam post Propterea, Idcirco, Ideò, Eò positā, aut sine his etiam pro Quia idonei usurpant auctores.

Desiderium mihi tuum propterea gravius est, quòd abeuntem te non salutavi Ob id te sæpius reprehendo quòd immensius diligo.

Cic. *Idibus Ianuariis in Senatu nihil est confectum, propterea quòd dies magna ex parte consumpta est altercatione* Idem. *Et si non iccircò eorum usum dimiseram, quòd iis succenserem, sed quod eorum me suppudebat.* Idem. *Re quidem ipsa ideo mihi non satisfacio quòd nullam partem tuorum meritorum non modò referenda, sed ne cogitanda quidem gratia consequi possum.* Idem. *Eoq; ad te tardius scripsi, quod quotidie te ipsum exspectabam.* Idem. *Noctu ambulabat in publico Themistocles, quòd somnum capere non posset.*

REGVLA CLII.

Præpositio cum verbo composita sæpe repetitur, ac cum casu conjungitur.

Accedo ad urbem. In luctus inc di De spe decidi.

Cic. *Quis erat qui putaret ad eum amorem quem erga te habebam, posse aliquid accedere? Tantum accessit, ut mihi nunc denique amare videar, antea dilexisse* Idem. *Quid nostri Philosophi? nonnè in iis ipsis libris quos scribunt de contemnenda gloria sua nomina inscribunt?* Idem. *Quemadmodum coràm qui ad nos intempestivè adeunt, molesti sæpè sunt: sic epistolæ offendunt non loco redditæ.* Idem. *Mihi & scriptum & nuntiatum est, te in febrim subitò incidisse* Idem. *Quomodo igitur jucunda vita potest esse, à qua absit prudentia, absit moderatio.* Idem. *Abstinet se injuria.* Idem. *Modò hoc malum in hanc Remp invasit.* Idem. *Magno me metu liberabis dummodo inter me & te murus intersit.*

Vide Regulam 3. c. 9. Syntaxeos Emmanuelis.

REGVLA CLIII.

Oratorum atque Poetarum varius collocandarum Præpositionum mos est, quibuscum qui congrediatur, casui modò præpositas, modò postpositas inveniat. In carmine dissyllaba Præpositio sæpè postponitur. In oratione libera cum multæ aliæ Præpositiones, tum præcipuè Cum postponitur Pronomini Qui, Quæ, Quod. Tenus & Versus semper. Vsque sæpissimè Vide Syntaxin.

Proper. *Me sine, quem voluit semper fortuna jacere.*

Horat. *Quem penes arbitrium est, & vis & norma loquendi.*

Idem. *Est modus in rebus, sunt certi denique fines, Quos ultra citraq; nequit consistere rectum.*

Virg. *Carthago Italiam contra.*

Idem. *Errabant acti fatis maria omnia circum.*

Cic *Erat nemo quicum essem libentius, quàm tecum* Idem. *Habes quibuscum possis familiares conferre sermones* Idem. *Quid dulcius quam habere quocum omnia audeas sic loqui ut tecum.* Idem. *Virtutum amicitia adjutrix, à natura data est, non vitiorum comes: ut quoniam solitaria non possit virtus ad ea quæ summa sunt pervenire, conjuncta & sociata cum altera perveniret. Quasi quos inter societas aut est, aut fuit, aut futura est, eorum est habendus ad summum naturæ bonum optimus beatissimusq; comitatus.* Idem. *Quid tam difficile, quàm in plurimorum controversiis dijudicandis ab omnibus diligi: Consequêris tamen ut eos ipsos quos contra statuas, æquo-*

æquos placatosq́, dimitt is. Idem. *Mollis & enervata putanda est Peripateticorum ratio & oratio: qui perturbari animos necesse esse dicunt, sed adhibent modum, quem ultra progredi non oporteat.* Idem. *De illo autem quem penes est omnis potestas nihil video.* Agellius. *Quonam modo veteres nostri particula ista qua de agitur usi sunt.*

REGVLA CLIV.

Sermonem cui imperiti has voces Propter quem, quam, quod, vel Ob quem, quam, quod adhibent, elegantiarum sectatores, his vocibus expulsis & rejectis, per Adverbia Cur, Quare, Quamobrem efferunt.

Cic. *Multa mihi veniebant in mentem quamobrem unum laberem tibi etiam bonori fore putavi.* Idem. *Neq; adhuc ullam caussam excogitare potui, quamobrem commiserit.* Idem *Quod si tibi nulla caussa est, cur hunc miserum tanta calamitate affici velis.* Idem. *Sed erant caussæ, cur hoc tempore istic esse nollem.* Idem. *Unum mihi est solatium, quare possim.* Idem. *Miror quid caussæ fuerit, quare consilium mutaris.*

REGVLA CLV.

Elegans est, Verbum idem, quod in præcedenti clausula ponebatur, per Autem, vel Porro repetere.

Bona adolescentes indole præditi operam quam possunt maximam adhibeant ut à primis statim annis optima quæq; discant, ac strenuè proficiant proficient autem si discendi cupidi fuerint.

Cic. *Quoniam his voluminibus ad te profecta vox mea est, tribues his temporis quantum poteris, poteris autem quantum voles.*

REGVLA CLVI.

Elegans dicendi modus est, quo politiores utuntur, dicentes, pro Tam diu donec, Tantisper dum, vel Dum particulam solam ponentes.

Tantisper ipse discas, dum docere alios possis.

Terent. *Ego te meum dici tantisper volo, dum quod te dignum est facis.*

Cic. *Tibi censeo latendum tantisper ibidem, dum effervescat hæc gratulatio, & simul dum audiam, quemadmodum confectum sit negotium.* Idem. *Non exspectavi, dum mihi a te litteræ redderentur.*

REGVLA CLVII.

Quippè, Vtpotè, & Vt particulæ ante Relativum Qui, Quæ, Quod, collocatæ, eruditissimè pro Quia vel Quoniam usurpantur.

Non est huic habenda fides quippè qui peierarit.

Cic. *Quippè qui jussit.* Idem. *Quippe quæ in lege scripta non sit.* Idem. *Ea nos, utpotè qui nihil contemnere solemus, non pertimescebamus.*

REGVLA CLVIII.

Quòd & Vt particulæ in orationis contextu curam singularem & diligentiam requirunt. Ne quando Quòd pro Vt, vel contrà, Vt pro Quòd usurpetur, sedulò cavendum.

Vt caussam finalem, hoc est, rem cujus gratia aliquid fit, significat, semperq; Conjunctivo gaudet.

Conducere aliquem, ut taceat.

Terent. *Vbi inveniam Pamphilum, ut metum ei, in quo est, adimam.*

Cic. *In eo vis maxima est, ut sim ii qui haberi velimus.*

Post has voces Adeò, Ita, Sic, Tam, Tantus, Talis, Tot, similesq; particulas sequitur Vt cum Subjunctivo, non Quòd.

Tantus vel talis est nebulo vicinus tuus, ut verbis describi satis nequeat.

Tam impudens est, ut vel falsissima quæq; pro veris dicere non erubescat. Quamobrem sic plerisq; est odiosus, ut ad mentionem ejus despuant.

Præterea ita vixit hactenus, ut ne teruncium quidem reliquum habeat.

Post Verba Rogandi, Petendi, & Iubendi; Post Facio cum compositis, Fio, Volo, Curo, Laboro, Timeo, Metuo, Vereor, & similia; Item post verba Necessitatis, & Vtilitatis sequitur Vt cum Subjunctivo, & non Quòd.

Rogo, oro, obsecro ut mihi parcas.

Pater petit, jubet, imperat, suadet, consulit, ut negotium, nulla interposita mora conficias.

Quod:

Quòd ferè caussam efficientem, & rei eventum notat. Indicativo modo, quoties præsentem actionem significat, maximè adhæ-

adhæret: Conjunctivo verò quoties præteritum negotium significat.

Ideo nulli places, quòd tibi nimium places. Ob id te sæpius reprehendo, quòd impensius diligo. Benefacis, quòd me adjuvas.

Quòd redieris incolumis, gaudeo. Quod res tibi ex animi sententia evenerit, lætor. Gratissimum mihi est quod quieveris.

NOTA I.

Post verba Necesse est, Oportet, Volo, Nolo, Malo, Peto, Rogo, Precor, verbum modi Conjunctivi sine particula Vt, ij qui incolumi mundaque latinitate imbuti sunt, non rarò ponunt.

Amicum bonum qui nactus est, voluptate affiiatur necesse est. Ma'o venias, quàm scribas. Vbi sis me rogo certiorem facias. Iuvenes domi parentes obvios in itinere, in solitudine seipsos vereantur oportet.

Cic. *Multos tibi commendam necesse est* Idem. *Hominem occidat oportet qui vestra opera uti velit.* Idem. *Tu velim ita tibi persuadeas, nullam rem esse minimam quæ ad te pertineat, quæ mihi non carior sit, quàm meæ res omnes.* Idem. *Nolim me jo ariputes.* Idem. *Mallem Cerberum metueres, quàm ista tam inconsideratè diceres.*

NOTA II.

Post verba Censeo, Provideo, Caveo, Nuntio, Suadeo, Facio, Reliquum est, & si qua similia sunt, verbum Subjunctivi modi, omissa Particula Quòd, vel Vt, vel Ne, linguæ politioris exercitatoriq; qui habentur, collocant.

Amicitiam quibus scis rebus augeri posse, censeo augeas. Æternam tibi quæras gloriam suadeo. Fac me semper ames.

Cic. *Treviros vites censeo.* Idem. *Hi plebei fuerunt, quos contemnas censeo.* Idem. *Fac valeas meq; mutuo diligas.* Idem. *Cave festines, aut omittas ut aut æger aut hyeme naviges.* Idem. *Si ita est, esse tum aliquod suadeo capias.* Idem. *Reliquum est tuam profectionẽ amore consequar.*

NOTA III.

In oratione eadem si hæc superiorvè nota bis observari possit, ut observes utrobiq; non expedit.

Publ. Lent. *Rogo te petas ab h. ut bane dignitatem petissimum nobis*

tribuant. Salluſt. *Provide ut oportet ut plebs largitionibus & publico frumento corrupta, habeat negotia ſua quibus à malo publico detineatur.*

NOTA IV.

Verbis Opinor, Puto, Arbitror, Credo, Fateor, aliiſque hoc genus multis Conjunctionem Quòd nunquam, Vt ſæpè veteres adjungunt.

Incultus & puerilis ſermo eſt:

Fateor, quòd nullas ad te dedi litteras.

Qui omiſſa particula Quòd, & Finito verbo in Indefinitum mutato, fit aliquanto ornatior, hoc modo:

Fateor me nullas ad te dediſſe literas.

Quòd ſi Verbum utrumque Finiti modi, rejecta particula Quòd, immutatum maneat, ornatiſſimus erit, hoc modo:

Nullas ad te, fateor, litteras dedi.

Obſerves Fateor in orationis medio poſitum, ibidem & alia hoc genus verba collocanda memineris, rarò in principio.

Amicus meus incolumi opinor, valetud ne eſt. Amicitiâ nihil datum eſt, credo, à diis immortalibus hominι melius.

Cic. *Niobe fingitur lapidea propter æternum, credo, in luctu ſilentium.* Idem. *Endymion verò, ſi fabulas aud re volumus, neſcio quando in Lamio obdormivit, qui eſt mons Cariæ, nondum, opinor, eſt experrectus.*

NOTA V.

Particulam Vt, nonnunquam Cicero idem hujus generis verbis præponit.

Sepe laudabo ſapientem illum Biantem, ut opinor, qui numeratur inter ſeptem ſapientes. Idem. *Ardeo cupiditate incredibili, neque, ut ego arbitror, reprehendenda, nomen ut noſtrum ſcriptis illuſtretur & celebretur tuis.* Idem. *Dabis hanc veniam, mi frater, ut opinor, ut eorum quibus ſumma dicendi laus à noſtris hominibus conceſſa eſt, auctoritatem Græcis anteponam.*

REGVLA CLIX.

Quarundam particularum geminatio obſervanda eſt: Alicubi enim eſt apprimè elegans.

Vt

Vt ut, concessionis.

Cic. Tironi. *Sed ut ut est, indulge valetudini.*

Vt ut, tamen.

Ter. in Phorm. *Sed ut ut hæc sunt tamen hoc faciam.* Plaut. in Mercat. *Vt ut est, non ibo tamen.*

Vt ut certè.

Ter. in Phor. *Nam ut ut erant alia, illi certè consuleres quæ nunc domi tuæ est.*

Vbi ubi, certè.

Cic. in Tuscul. *Nunc ubi ubi sit, animus certè in te est.*

Vbi ubi, tamen.

Plaut. in Rudent. *Vbi ubi erit, tamen investigabo, & mecum adducam simul.*

Quoquo certè.

Cic. pro Rabir. *Quoquo consilio fecit, fecit certè suo.*

Quoquo tamen.

Cic. de lege Agraria. *Hic ager quoquo pretio coemptus sit, tamen ingenti pecunia vobis inducetur.*

Et sine particula Tamen.

Cic. Dicim, *ipso audiente quoquo animo me auditurus est.*

Sic dicitur. *Quoquo alio modo ceciderit: quæcunq; sit fortuna.*

Adventus tuus mihi, quoquo tempore fuerit, vel erit gratissimus.

Cic. ad Atticum. *Quoquo modo loquar, ego tamen utar moderatione qua potero.*

Quantus quantus.

Novi eum quantus quantus est.

P. Manut. *Quantus quantus est, totus labor est, totus industria est.*

Quantus quantus, tamen.

Teren. in Phor. *Heu quanta quanta hæc una paupertas est: tamen adhuc curavi unum hoc quidem, ut uni esset fides.*

Quanti quanti.

Cic. *Sed quanti quanti, benè emitur quod necesse est.* Ita dicimus: *qualis qualis sit*, pro: *qualiscunq;.*

Cui cuimodi, pro cujusmodicunque.

Cic. ad Attic. *Tu ad me velim omnia quàm diligentissimè, cui cuimodi sint, scribas*, id est, *qualiacunq;.*

NOTA.

Sunt & observandæ hæ geminationes: Etiam atq; etiam: Iterum atque iterum: Iam jamq;: Magis ac magis: Plenius atque plenius: Vix atque ne vix quidem, ut;

Indies magis magisq; hoc dogma arridet. (vulgò Germano-latini dicunt: de die in diem.)

Cic. in Epist. *Stabo & exitar ut indies magis magisq; nascens de me duplicetur opinio.*

De his aliquando plenius ac plenius edoceberis, id est, *uberius ac copiosius*.

Vix ac ne vix quidem extremis labris attigit logicam. Adolescentem hunc mihi longè lateq; carissimum etiam atq; etiam tibi commendo, id est, *intimè, vehementer.*

Cic. *Cogitandum est jam jamq; esse moriendum. Iterum iterumq; hac cantilenam canite*, id est, *repetite, iterate.*

Iterum iterumq; à te peto. Etiam atq; etiam à te peto.

Salve etiam atq; etiam literarum decus.

Cic. Tusc. 2. *Hoc premendum etiam atq; etiam est argumentum.*

Plus Plusque.

Id est, vehementius. Cic. ad Atticum. *Pompeium plus plusq; indies diligo.*

Vtinam, Neu geminata.

Quædam etiam eleganter geminantur interposito aliquo, ut;

Cic. ad Attic. *Quod utinam iterum autem utinam, tuo tamen commodo.*

Cæs. 1. bell. civil. *Flens Petreius manipulos circuit militesq; appellat, neu se, neu Pompeium absentem Imperatorem suum adversariis ad supplicium tradant obsecrat*, id est, *nere.*

Cic. *Peto à te, ne id à me, néve in hoc reo, néve in aliis quæras*, id est, *neque.*

Quà.

Quà pro partim, geminatum apud Cic. ad Attic. est.

Quà Dominus, quà advocati sibilis conscissi sunt. Ime igo te diligentissimum esse, quà de Buthrotiis, quà de Bruto.

I. Lips. *Relegi, recensui, & sine dolo duam multa meo, quà a[illegible] quà ab interpunctis feci meliora.*

ALI

ALIQVOT ORATIONIS VARIANDÆ FORmulæ, quas cum ad orationem exornandam, eandemq; aliis atq; aliis verbis ex tempore efferendam multùm conferre constet, his Elegantiarum regulis subjicere placuit.

MODVS VARIANDI ORATIONEM PER omnes casus.

Virtus est amplectenda.
Virtutis studium amplexandum est.
Virtuti studeamus oportet.
Virtutem meritò colere debemus.
O beata Virtus, quàm es meritò colenda.
Omnes Virtute ad veram gloriam decet contendere.

RATIO VARIANDI ORATIONEM per Dignus & Indignus.

Dignus qui vel ut quàm diutissimè vivat.
Longissima vita dignus: Verbo in nomen per Enallagen mutato.
Dignus quàm diutissimè vivere: per Verbum Infinitum, sed poeticè.
Mart. *Dispeream si tu Pyladi præstare matellam Dignus es.*
Horat. *Digna sequi potius, quàm tortum ducere funem.*
Meritus est cui laurea imponatur. Promeritus es, ut tibi decernatur triumphus.
Indignus quem ames.
Indignus qui abs te ametur.
Indignus ut abs te diligatur.
Indignus abs te amari. In carmine.
Horat. *Indigni fraternum rumpere fœdus.*

Idoneus.

Idoneus est qui bellum gerat.
Idoneus ut bellum gerat.
Idoneus bello gerendo.
Idoneus ad bellum gerendum.
Idoneus bellum gerere.
Horat. *Fons etiam rivo dare nomen idoneus.*

RATIO VARIANDI PROPOSITIONEM GENERALEM.

Primùm propriis & peculiaribus suis signis.

Omnibus est moriendum.

Deinde per Isodynamiam, quam Æquipollentiam vocant.

Nemini non est moriendum

Tum per Interrogationem.

Cui non est moriendum.

Postremò per signum Infinitum.

Haud est ullus cui non sit aliquando moriendum.

Idem efficitur per Quantum, & Quidquid, & Si quid.

Quantum est hominum venustiorum, id est, *omnes venustiores.*

Quidquid erat copiarum eò traduxit, id est, *omnes copias.*

Si quid erat copiarum amisit, id est, *omnes copias.*

Si quid alias sibi bona fama comparaverat, id nunc perdidit.

Redditur generalitas etiam ceu proverbiali figura, ut cùm dicimus.

Miscebis sacra profanis, id est, *omnia.*

Iuvenesq; senesq;, id est, *omnes.*

Neq; magnum neq; parvum id est, *nihil.*

Est & infinita Propositio.

Per fasque nefasq;, id est, *quocunque modo.*

Quo jure, quave injuria.

Idem efficit ad unum.

Virg. *Si non exosus ad unum Trojanos*, id est *Trojanos omnes.*

De Propositione non generali.

Nonnihil, id est, *aliquid.*

Inest & infantibus nonnihil ingenij.

Nonnulli pluris faciunt pecuniam, quàm fidem.

Non nemo potest pro *aliquis.*

Cic. *Non nemo etiam in illo sacrario Reipub. in ipsa, inquam, curia nō nemo hostis est.*

Non omnem pecuniam assumsit, id est *est quam non assumpserit.*

Qui legat argentum factum, non omne legat argentum.

Omittitur interdum signum manente sententia.

Sunt qui pecuniam famæ anteponant, id est, *sunt aliqui.*

Nonnunquam subauditur Quiddam.

Est in quo mihi magnoperè possis gratificari, id est, *quiddam.*

Negatio iterata nonnunquam necessitatem significat, non affirmationem simplicem.

Non

Non possum non ridere.
Non possum non mirari.
Non potest non verum dicere veritas.
Id accidit duntaxat in verbo Possum.

GENERALIS VARIATIO OMNIVM modorum.

Omnes verborum modos circumloqui licet per verbum Fio.
Ita carus eris omnibus.
Ita fiet, ut carus sis omnibus.
Hoc modo effugit invidiam.
Hoc modo factum est, ut effugerit invidiam.
Vtinam ex aquo me amares.
Vtinam fieret, ut ex aquo me amares.
In uxorem pessimam incidi.
Mihi usu venit, ut in uxorem pessimam inciderim.

MODVS VARIANDI IMPERATIVVM.

Ama. Amato. Amabis. Ames. Fac vel Facito ames, Fac vel Facito ut ames.
Prohibendo: *Ne ames. Ne amaveris.*

PRIVS SVPINVM SEPTEM VARIATVR modis.

1. Per Gerundium in Dum.
Venit petitum veniam: Venit ad petendum veniam.
2. Per Gerundivum ut vocant.
Venit ad petendam veniam.
3. Per Gerundium in Di.
Venit caussa petendi veniam.
4. Per Gerundivum.
Venit caussa petendæ veniæ.
5. Per verbum Subjunctivum,
Venit ut petat veniam.
6. Per Participium.
Venit petiturus veniam.
7. Per Infinitum: sed consuetudine Græca.
Venit petere veniam. Poetæ

Poetæ Latini ab hac postrema loquendi forma non abstinent, præsertim Horatius.

RATIO VARIANDI SVPERLATIVVM.

Est vir omnium humanissimus.

1. Per Comparativum, Affirmativè, & Negativè, Affirmativè. *Vir cæteris omnibus humanior*, sed inusitatè.

Negativè, *Nemo hoc viro humanior.*

Vel per neutrum genus.

Nihil hoc viro humanius.

2. Per Syntaxim.

Nemo quàm hic vir humanior.

3. Per Periphrasim.

Vir quo non alius humanior.

Vir quo non humanior alter.

Vir humanus, si quisquam est omninò humanus.

Homo quantum alius nemo humanus.

4. Per Interrogationem.

Quis hoc viro humanior?

Vel per Neutrum genus.

Quid hoc viro humanius?

5. Per signum Infinitum.

Haud est ullus hoc viro humanior.

Vel per Neutrum genus.

Haud est quidquam hoc viro humanius.

6. Per Syntaxin casus Superlativi.

Vir inter omnes, vel ex omnibus humanissimus.

7. Per Periphrasin.

Vir maximè omnium humanus.

8. Per Heterosin speciei, Adjectivo in Abstractum verso.

Summa est hujus viri humanitas.

9. Per Isodynamiam.

Vir minimè omnium inhumanus.

10. Per verba Synonyma, Superare, vincere, &c.

Hic vir humanitate superat omnes.

Facilè omnes vincit: Longè præstat.

Hunc virum superat humanitate nemo.

11. Per verbum Passivum.

Hic vir humanitate non facilè superatur à quoquam.

12. Per Interrogationem.

Quem non hic vir humanitate vincit?

13. Per Contrarium.

Hic vir nulli humanitate cedit.

14. Per Heterosim figuræ.

De humanitate quis non huic viro concedat?

15. Per Comparata.

Hic vir omnibus humanitate superior est.

16. Per Contrarium.

Hoc viro nemo humanitate inferior est.

Hic vir nulli humanitate secundus est.

17. Per Exclamationem.

O singularem hujus viri humanitatem.

18. Per Admirationem.

Bone Deus, quanta est hujus viri humanitas!

19. Per Adjurationem.

Ne vivam, si quid unquam vidi hoc viro humanius.

20. Per Interrogationem.

Quem cum hoc viro æquare humanitate possis?

21. Per Hyperbolen.

Vir non humanus, sed ipsa penè humanitas.

22. Per Auxesin.

Vir incredibili in omnes humanitate.

Omnis humanitatis antistes.

Vir exemplum humanitatis.

Ideam dixeris humanitatis.

23. Per particulas Tàm, & Quàm.

Nemo tàm humanus, quàm hic vir?

24. Per Particulas Perindè, atque.

Quis perinde humanus atque hic vir?

25. Per particulas Æquè, atq;.

Haud est quisquam omnium æquè humanus, atq; hic vir.

26. Per particulas Adeò, ut.

Vir adeò humanus, ut nemo sit cum eo conferendus.

27. Per particulas Ita, ut;

Nemo

Nemo ita humanus, ut hic vir.

28. Per particulas Tam, ut.

Vir tam humanus, ut nemo ei sit æquandus.
Tam humanus, ut parem humanitate non invenias.

29. Per Heterosin speciei.

Ea viri hujus est humanitas, ut ei nemo sit æquandus.
Vir tanta humanitate præditus, ut cum eo nemo sit conferendus.
Huic viro parem humanitate non inveneris.

SPECIMEN VARIANDAE SENTENTIAE.

1. Res ipsa latinis aptisq́ue verbis efferenda est. Hoc enim qui nescit, is frustra conabitur orationem variare.

Oratio prima sit hæc.

Hic vir est optimè de te meritus.

2. Vtendum est verbis mutatoriis, si, quæ idem efficiant reperiantur.

Id fit per Synonymiam, Enallagen, Antinomasiam, Periphrasin.

Per Synonymiam, & Enallagen Figuræ.

His magnificè de te promeritus est.

Per Enallagen Partis. Verbum Nomine commutatur.

Maxima sunt hujus erga te merita.

Per Synonymiam rursus.

Plurima exstant hujus in te beneficia.

Per Antinomasiam.

Quinto Fabius plurimum debet.

Per Periphrasin, idq́ue Activè, & Passivè.

Activè.

Hic te summis beneficiis affecit.
Hic maxima in te beneficia contulit.

Passivè.

Tu summis es ab hoc beneficiis affectus.
Ab hoc multa & præclara in te beneficia sunt collata.

3. Cùm propria deficient, utendum translatis.

Id fit per Metaphoram, Allegoriam, Catachresim.

Per Metaphoram, Activè, & Passivè.

Activè.

Activè.

Hic te maximis beneficiis obligavit, obstrinxit, devinxit,

Passivè.

Magnis hujus beneficiis atq; meritis obligatus, obstrictus, devinctus es.

4. Vtendum Isodynamia Contrariorum.

Tu singularia ab hoc beneficia habes.
Non vulgaria hujus exstant in te beneficia.
Hujus tu summis beneficiis usus es.
Non mediocria sunt hujus erga te merita.

5. Variatur oratio per Relativa.

Hic maximum tibi beneficium dedit:
Tu ab hoc beneficium maximum accepisti.
Hic tibi summa beneficia tribuit:
Huic tu ingentia beneficia debes.
Hic te maximis beneficiis ornavit:
Huic tu plurimum merito ipsius debes.
Hic tibi, ut qui maximè benefecit,
Huic tu, ut cui maximè es obstrictus.

6. Quod simpliciter dictum est, id efferetur per Ironiam, Interrogationem, Dubitationem, Admirationem, Abominationem, Adjurationem, Exclamationem, Auxesin, Hyperbolen.

Per Interrogationem.

Quid est, quod tu huic prosuis immortalibus erga te meritis non debeas?

Per Admirationem.

Dij boni, quantum hic in te beneficiorum contulit!
Bone Deus, quanta hujus in te merita sunt!

Per Exclamationem.

O singularem & pene incredibilem hujus in te beneficentiam.

Per Hyperbolen, & Auxesin.

Divina atque immortalia sunt hujus erga te merita.
Hic egregiè in te beneficus ac benignus fuit.
Egregia est hujus in te beneficentia & benignitas.

In quo etiam est Enallage partis, & Accidentis.

7. Per Compositionem ex simplici oratione duplicem faciemus.

Tu huic, pro eo ac meritus est de te, gratiam referre nunquam potes.
Hic se eum semper in omnibus rebus erga te gessit ac præstitit, ut meritam illi debitamq; persolvere gratiam nullo pacto queas.
Huic Cicero pro innumerabilibus ejus in se meritis tantum debet, quantum persolvere difficile est.
Si qui de Cicerone sunt optimi meriti, in his Archias est.
Hic, quantum alius nemo, benè promeritus est de Fabio.
Vir Melius de Fabio promeritus, quàm cui grates persolvere dignas unquam possis.
Tot hujus, tantaq; exstant in te merita, ut nullam partem horum referenda gratia consequi possis.
Ea est hujus erga te beneficentia & benignitas, parem ut ei, pro meritis ipsius gratiam referendi nulla tibi facultas detur.
Hic tam multa & magna in te officia contulit, ut persolvere mercedem ei, & pretium beneficiorum nunquam ullo tempore possis.
Ea exstant hujus in te officia, ut si vitam pro illo profundas, nullam partem videare meritorum ejus assecutus.
Fieri non potest, ut tu ullis officiis Quintij erga te merita remunerasse unquam videaris.
Nemo verius à quoquam gratiam exigere, ac remunerationem officij potest, atq; à Fabio Quintius.
Quintio Fabius obstrictus est memoria beneficij sempiterna.
Huic tu pro maximis in te beneficiis omnia debes.

Per particulas Adeò, ut.

Hic adeò de te benè meruit, ut egregiis ejus in te beneficiis respondere nullo modo possis.
Hic adeò erga te benignus & beneficus exstitit, nulla ut unquam mercede merita ejus explere possis.
Nemo unquam de Fabio adeò est meritus, ac Quintius.

Per particulas Ita, ut.

Hic ita de te promeritus est, ut ad beneficia ejus remuneranda nulla tibi suppetat facultas.
Ita est meritus de Fabio Quintius, verè ut ab eo gratiam reposcat,
Nemo unquam de Fabio ita meritus est, ut Quintius.

Per particulas Sic, ut.

Sic

Sic in te beneficus exstitit jure ut officium, præmium & fructum expetat.

Sic de Fabio meruit Quintius, ut jure & meritò gratiam ab eo pro beneficiis exigere possit.

Per particulas Perinde, atque.

Nemo perinde unquàm est de quopiam meritus atque de Fabio Quintius.

Per particulas Æquè, ac.

Nemo unquam de Fabio æquè est meritus, at Quintius.

Per particulas Tam, Quam.

Hic tàm bene de te meritus est, quàm qui optimè.

8. Post alia omnia similitudinibus & Exemplis uti licebit.

Lector, ob errores mihi ne irascare, remotos
Qui pepêrere, novos hos peperêre simul.

ALIAE ALIQVOT REGVLÆ ELEGANTIARVM.

REGULA I.

SECUNDA persona singularis imperfecti, vel futuri Indicativi passivi, sive etiam deponentis præsentis, & futuri optativi: sive præsentis & imperfecti conjunctivi, suavius vocali, quàm consonâ terminatur. Ut, *loquebáre: experiáre: consequáre: tueáre: arbitrabáre: fore ut collaudére: ut meditére: suspicarére: aspernábere: nunquam labére: ne patiare, &c,*

II.

Tertia plural. præteriti activi Indicativi elegantius vocali, quàm consonâ finitur, Ut, *dedére fuére:* apud Sallustium inprimis.

III.

Suavius ponitur ante vocalem τὸ atque: neque: quàm, ac, nec: nec tum *nonnunquam ante vocalem occurrit: nec omnino, adversus, um: quorsus, um: prorsus, um: versus, um.*

IV.

Tmesis quoq; nonnullorū adverbiorū non invenusta est. Ut.

Ante autem quàm dicam: pro: *antequam dicam*: *Prius autem quàm.* l. 6. Ep. 3. *Postea verò quàm scripseram. Iam dictum est pridem*, lib. 3. Epist. 12. *Iam sumpridem admiratus. Re autem verâ* lib. 1. Epist. 4. *Re quidem ipsâ. Rei totius publicæ. Vt te autem videret, quàm è vitâ discederet. Per mihi placet. Per mihi gratum fuit. Non tamen nunquam, &c.*

V.

Præpositio *Ab* ante consonantes *s, l, m, r, st*, ponitur. *Ab senatu ab se, ab me, ab latere, ab tuâ voluntate, ab re bene gestâ, ab stirpe interire, &c.*

VI.

Supinorum activorum usus etiam est elegans. *Desertum ire*, pro: *deserere*: *Ire amatum.* Vide Lex. Plaut. *Periphrasis.*

VII.

Verba elegantius periodum claudunt: itaq; ad finem periodi semper: quoad ejus fieri potest, reservanda sunt.

VIII.

Elegans item est substantivi verbi à suo participio trajectio. *Vt, Sica insidiata Pompeio est*: pro, *Insidiata est Pomp. Interfectus ab eo est.*

IX.

Adverbia in loco adhibita, orationem mirificè exornant. Eorum itaq; accurata est habenda ratio.

X.

Præpositio *in* eleganter aliquando inter adjectivum, & substantivum constructa ponitur: Vt: *Bonam in partem accipies; quâ in urbe; quâ in parte; quâ in turbâ; nullis in aliis sermonibus versatus; Earum in alterâ, &c.*

XI.

Vt causalis eleganter nonnunquam, vel in medio, vel fine periodi, suo præponitur verbo. Vulgò tantum ab initio. *Vt. Tuam ut petitionem ipse solus gubernaret.* Pro Mil. *Hoc saltem nobis ut relinquatur. Ab inimicorum audaciâ teliq; vitam ut impunè liceat defendere. Consilio te ut possim juvare.* Lib. 2. Ep. 17. *Te ut id non putem videre.* lib. 8. Epist. 15. *Te ut quàm primùm videam.* lib. 3. Epist. 4.

XII.

XII.

Particula: *cùm tum* pro *&,&*: *non solum, sed etiam*, frequenter à Cicerone usurpantur. Item *Quà, quà*. Vide Lex. Plaut.

XIII.

Enclitica, *que*, eleganter molosso attexitur: Vt, *clamoréſque: inprimiſq;*. Item, *Conſervandumque: Aptam, explicatámque, &c.* Eadem quibusdam Præpositionibus non jungitur. Vt; *A méque ipſe deficerem*. Lib. 2. Epist. 5. *Quamprimúmque* Lib. 3. Ep. 9. *In ſenatúque*. Lib. 1. Ep. 5.

XIV.

Syncope etiam Ciceroni non infrequens. Vt, *Conquieſti: Cognoram: Cognoſſe:* Atque notandum: præteritorum omnium contractionem sive συγκοπὴν esse longè frequentissimam. Vide Lexic. Plaut. *Syncope*, Item sæpè conjugationis primæ: *Laudarim: Expectarim: Deſperaro*: Et quartæ: *Audiſſe: Audiſti, &c.*

XV.

Indefinitè dicenda eleganter secundâ singulari efferuntur: Vt; *Animi ingenui eſt, cui multum debeas, eidem plurimùm velle debere.*

XVI.

Futura Conjunctivi elegantiora indicativi futuris. Vt; *Cùm hac leges; ego annuum munus confecero*. Lib. 2. Ep. 11.

XVII.

Nec abest ab elegantiâ participium *Captus, a, um*, cum infinitivo passivo constructum. Vt: *Neque diligi ab eo ſtatim captum eſt*. l. 2. Ep. 12. *Poſtquam armis diſceptari captum eſt de jure publico*. lib. 4 Ep. 4. Item. *ſolitus, Deſitus*. Vt; *Verba uſurpari deſita, ſolita*, Agell. lib. 1. cap. 10. *Sermone ab hinc multis annis deſito uteris, &c.*

XVIII.

Eleganter etiam particulæ distributivæ *alter, altera, alterum, alius, partim, &c*, se per anadiplosin immediatè consequuntur: ne dicam, quòd alterum priùs pro uno positum esse elegantius videtur. Vt: *Lator virtute & officio tuo neceſſariorum, meorum amiciſſimorum alterius* (Pompeij) *omnium ſæculorum & gentium principis: alterius* (Bruti) *jam pridem juventutis, &c.* lib. 3. Epist. 11. Sic: *Quarum altera mihi turpis: altera etiam periculoſa ratio videtur*. l. 4.

Epist. 2. Item : *Duæ res contra nos faciunt: summa gratia & eloquentia: quarum alteram, C. Aquili, vereor, alteram metuo*, pro Quintio. Sic & illa: *Luitprandus Longobardorum : & Pipinus Francorum Reges. Hic Stephani secundi : ille Zachariæ Pontificis equum venerabundus manu suâ pedes duxit.* Costerus. Horat. l. 3. Od. 6. *Penè occupatam seditionibus delevit urbem Dacus & AEthiops, hic classe formidatus, ille missilibus melior sagittis.*

XIX.

Singularis est elegantiæ, quando eidem substantivo diversa (sed συνώνυμα) Epitheta, diversis personis, vel rebus tributa adduntur. Ut; *Cùm mirifica Senatûs, incredibilis Italiæ totius, singularis bonorum omnium consensio in me tuendo exstitisset, &c. Me mirum desiderium tenet urbis, incredibile meorum, atq; inprimis tui, satietas autem provinciæ, &c.*

XX.

Contra quoque eleganter uni adjectivo vel Epitheto, duo junguntur substantiva cum & &. Ut: *Quàm multi & officij, & consilij*, lib. 2. Ep. 12. *Mihi à te reddidit litteras plenas & amoris, & officij.* lib. 3. Ep. 1.

XXI.

Epanalepsis, Anadiplosis, Epistrophe, αὐτοτέλευτον maximè, venusta admodùm est. Ut: *Cæteris satisfacio omnibus, mihi ipsi nunquam satisfacio*: ubi negatio posteriori verbo præposita suavitatem adfert. *Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Ademit Albino soceri nomen mors filiæ: charitatem illius necessitudinis, & benevolentiam non ademit.* Pro Sextio. *Quid est enim verius, quàm neminem oportere esse tam stultum, & arrogantem, ut se in rationem & mentem putet esse, in cœlo mundoq; non putet*: ubi elegans est ἔλλειψις verbi *esse* lib. 2. de leg.

Sine negatione. *Quod autem à tuis abes, id eò levius ferendum est, quod eodem tempore à multis, & magnis molestiis abes.* Lib. 4. Ep. 3. *Iisdem igitur de rebus etiam atque etiam te hortor: quibus superioribus litteris hortatus sum.* lib. 4. Ep. 3. *Si quid offenderit, sibi totum, nihil tibi offenderit* lib. 2. Epist. 17.

Talis iteratio sæpe fit per parenthesin breviorem. Ut; *Etiam, atque etiam peto, & quæso, ut quibuscunque rebus poteris (poteris autem plurimis) perspicias, & consulas rationibus meis.* Lib. 3. Ep.

Ep.2. *Quotiescunq; filium tuum video, (video autem ferè quotidie) polliceor ei studium meum.* Lib.6.Ep.5.

Et συνωνύμως commutato verbo. *Crede igitur, mi Plance omnes quos adhuc dignitatis gradus consecutus es (es autem adeptus amplissimos) eos bonorum, &c.* Lib.19.Epist.6. *Si ulla apud te commendatio valuit (quod scio multas plurimùm va-luisse) hæc ut valeat rogo.* Lib.13.Ep.14.

FINIS APPENDICVLÆ.

OBSERVATIONES.

AB aliquo pecuniam acquirere.] Cic. *Ab aliquo pecuniam extorquere & eripere. Sic dicimus, Extorquere ferrum alicui de manibus. Extorquere arma è manibus iratorum civium. Extorquere veritatem.*

Ab aliquo pecuniam petere.] *Appellare, vel Admonere debitores. Tulliola, tuum munus flagitat, me sponsorem appellat. A me appellabis eum. Appellatus est de pecunia.*

Abbreviatio.] *Compendium lectionis & scripturæ. Nota compendiaria.*

Abesse longè ab invicem.] Cic. *Intervallo locorum vel temporum disjunctum esse.* Idem. *Duo loca disjunctissima, maximeq; diversa* Idem. *Quod longissimè est ab imperitorum intelligentia, sensuq; disjunctum.* Idem. *Mores ejus longissimè à tanti sceleris attrocitate sunt. disjuncti.*

Abesse per biduum.]. Cic. *Hanc epistolam dictavi sedens in rheda, quum in castra proficiscerer, à quibus aberam bidui.* Idem. *Nos in castra properabamus, quæ aberant bidui.*

Abhinc dies vel diebus octo.] *Post dies octo. Abhinc Ciceroni tempus præteritum, nunquam futurum adsignificat. Domesthenes abhinc annos propè quingentos fuit. Abhinc annis quindecim illa causa decisa est.*

Abierat rectè.] *Commodum abierat, vel discesserat. Rectè abire, est justa de causa abire. Quemadmodum aliquem rectè tacuisse vel judicasse dicimus.*

Abijcere animum.] Cic. *Cadere animis.* Idem. *Nec debilitari aut cadere animos patitur.* Idem. *Ne contrahas aut demittas animum.*

Ab initio mundi.] *Post hominum memoriam : Post homines natos; Ciceroni sæpè usurpata id est, post tempus quod homines possunt meminisse, & homines nati sunt,* Bey Menschen gedencken.

Ab initio repetere.] Cic. *Usq; à capite accessere. A capite repetere. Dicere de integro.* Ab

Ab invicem.] *A se invicem, Inter se, A se mutuo, Alter ab altero.*

Abire ex sole vel lumine.] *Abesse à sole, vel lumine.* Cic. *Diogenes liberius, ut Cynicus, Alexandro roganti, ut diceret si quid sibi opus esset, Nunc quidem paululùm absis à sole: offecerat videlicet apricanti.*

Abligurio.] *Ligurio, Consumo, Devoro.*

Abolere legem.] Cic. *Abrogare legem. Lex illa neque tolli, neque abrogari potest. Abrogare legem vel legi; pro Derogare aliquid de lege, & Commutare legem. Cui legi abrogatum vel derogatum sit. Sic dicimus. Abrogare alicui fidem, vel potestatem.* Cic. *Quæ res fidem abrogat orationi.* Idem. *Æqualiter omnibus abrogatur fides.* Abolere apud Ciceronem non est.

Abominabilis.] *Detestabilis, Detestandus.*

Abominor.] Cic. *Sum aversus ab aliqua re. Offensionem atq; fastidium ad aliquam rem habeo. Fugio, Respuo, Detestor, Aspernor atque Abhorreo aliquem. Odisse aliquem, ei pestem exoptare, & eum execrari.* Abominor non est Ciceronis.

Abortio & Abortior.] *Mihi partum medicamentis abigo.*

Abrumpere sermonem.] *Præcidere, & abscindere sermonem. Nolle plura dicere,* Auctor ad Her. Cicer. *Præcidam brevi. Ex eodem dicimus, Licentiam libertatemq; vivendi sibi præcidere, Spem judicij corrumpendi præcidere, manum alicujus gladio præcidere, Is sibi ipse reditum præcidit.*

Abscondere se.] Cic. *Ille se in interiorem partem ædium abdidit.* Idem. *Cùm se ille fugiens in scalarum tenebris abdidisset. Conijcere se in aliquam latebram. Delitescere. Legitur apud Ciceronem, Studiosius opprimi, & abscondi.*

Absentiam tuam ferre non possum.] Cic. *Paulò facilius putavi posse me ferre desiderium tui sed planè non fero.*

Absentiam alicujus benè ferre.] *Desiderium alicujus facilè ferre.*

Absolutum opus.] *Sartum tectum integrumq; opus. Sartum tectum, aut Sarta tecta, olim dicebatur de ædificiis, quæ integra & perfecta essent, ut nihil desideraret locator à redemptoribus. Translatè Cicero, Sartum tectum ab omni detrimento aliquem conservare.*

Abusivè.] *Minus propriè.*

Accedere ad opinionem alicujus] Cic. *Ad alicujus opinionem abire. Ad errores alicujus abire.*

Accedere ad aliquid, vel aliquem vulgò.] Cic. *Aspirare. Hi ad eam laudem quam quærimus, aspirare non possunt.* Idem. *Subinrideo tibi, ultro te etiam accersitum ab eo, ad quem cæteri, propter ejus occupationem, aspirare non possunt.*

Accentus.] Cic. *Sonus. Vocis tres omninò sunt soni: Inflexus, Acutus, Gravis.*

Accepto.] *Accipio. Suscipio.*

Acceptare hospitem.] *Accipere hospitem. Sic perquàm venustè dicitur; Accipere provinciam, Plagam, Vulnus, Injuriam, Detrimentum, Calamitatem, Honores, ignominiam, Legem, conditiones, Dolores, Aliquid utendum, Salutem ab aliquo.*

Acceptio personarum.] *Discrimen, & Respectus personarum.*

Acceptare Magistratum.] *Capere, Capescere Magistratum.*

Accidentia partium orationis.] Cic. *Res quæ Nominibus & verbis sunt attributa.*

Accipere ad usuram.] *Accipere fœnus ab aliquo*, Cic. *Accipere fœnore, Plautus & Plinius dixerunt.*

Accipere testem aliquem.] *Testari aliquem.* Cic. *Ego omnes homines Deosq́; testor.* Idem. *Is me potissimùm testatus est*

Accipere, vel dare commodato.] *Accipere, vel dare utendum.* Cic. *Ædes maximas ait se amico cuidam ad nuptias accommodasse.* Idem. *Peto à te majorem in modum, quod sine tua molestia fiet, Evandro de habitatione accommodes.*

Accipere mutuò.] Cic. *Sumere mutuum. Sumere pecuniam mutuam.* Idem. *Cùm abundare debeam, cogor mutuari.* Idem. *Age, à Cœlio mutuemur.*

Accipere peculatus ad interesse.] *Versuram facere.* Cic. *Non modò, magno, sed iniquissimo fœnore versuram facere Aurelius coactus est.* Idem. *Vereor ne illud quod tecum permutavi, versura mihi solvendum sit.* Idem. *Tabulæ significabant eos homines versuram à Carpinatio fecisse. Interesse Latinis Damnum, vel Detrimentum.* Idem. *Versuram, Usuram, Fœnus signat.*

Accipere pecuniam de mensa.] Cic. *Quare velim permutetur Athenis, quod sit in annuum sumptum satis:* Gelt auß dem Wechsel nem-

vemmen. *Permutatio*, Der Wechsel/oder Umbschlag: *Facere permutationem cum aliquo* Mit einem wechseln.

Accinctus gladio.] *Succinctus gladio.*

Accordare.] *Concordare, Concordem esse, Consentire, Convenire, Assentiri, Concedere, Respondere, Consonare, Assentire.*

Accumbens.] Cic. *Accubans. Hac conscripsi accubans apud Vestorium. Accubantes in conviviis. Accumbens apud Ciceronem non extat.*

Acervo.] Cic. *Coacervo, Accumulo.*

Acesco.] *Coacesco.*

Acquirere alicujus bonam gratiam.] Cic. *Inire gratiam ab aliquo. Inire magistratum, est ad magistratum accedere. Inire consilium, seu rationem, est cogitare qua ratione aliquid fieri possit.*

Acquisitio.] *Comparatio.*

Actum est mecum.] *Actum est de me. Si ferres flagra te digna, actum esset de pelle tua.*

Actu esse.] Cic. *Re, vel re ipsa esse: In rerum natura esse: Esse vel non esse.*

Acuitas.] Cic. *Acumen.*

Adagium.] *Proverbium.*

Ad aliquem pervenire.] *Assequi vel consequi aliquem.* Cic. *Te oro des operam, ut me statim consequare.*

Ad aliquid dici.] *Conferri cum aliquo.*

Ad aliquid movere aliquem.] Cic. *Adducere, Impellere. Ista me res adducebat. Aliquem in summas angustias adducere. Alicuius fidem in suspicionem adducere. Aliquem in odium, in invidiam, in contemptionem adducere.*

Ad beneplacitum tuum.] Cic. *Iure tuo.* Idem. *Pro jure tuo. Ut ad te familiariter, & quasi pro meo jure scriberem.*

Ad consilium suum adhibere.] Cic. *In consilium sibi adhibere.* Idem. *Consiliis publicis Sacerdotes adhibuerunt.* Idem. *Ne adhibeas in consilium cogitationum tuarum desperationem, aut timorem. Dicit quidem Cicero. Ad deliberationes adhibere aliquem: sed non ad consilium.*

Ad dexteram, vel ad lævam sedere.] Cic. *Suprà vel infrà accumbere. Alij Claudere, Tegere, Obdere alicui dextram, vel sinistram.*

Additius.] *Addictus, Adstrictus.*

Ad

Ad emendam condemnare.] *Multare.* Cic. *Vitia hominum atque fraudes, damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exiliis, morte multantur. Populus Gaditanus, hunc multa & pœna multavit.*

Adeò quod.] *Adeò ut.*

Adfer huc Petrum.] *Accerse, vel adduc Petrum.*

Adhibeo tibi fidem.] *Habeo tibi fidem.* Consule *Emmanuelis Syntaxim.*

Adhibere vim, medicinam, &c. ad aliquem.] *Vim adhibere alicui* Cic. *Mitto adhibitam vim ingenuis, matresfamilias violatas.* Idem. *Cùm audisset adolescens filius negotium adhiberi patri, accurrit Romam.* Idem. *Quid est, quod ullos Diis immortalibus cultus, honores, preces adhibeamus?* Idem. *Sicut Medico diligenti priusquam conetur ægro medicinam adhibere, non solùm morbus ejus cui mederi volet; sed etiam consuetudo valentis, & natura corporis cognoscenda est.* Idem. *Vinum ægrotis, quia prodest rarò, nocet sæpissimè, melius est non adhibere omninò, quàm spe dubiæ salutis in apertam perniciem incurrere.*

Ad honorem.] *In honorem.*

Adhortatoria oratio.] *Suasio.* Cic. *Nam quæ sunt ad Alexandrum hominum eloquentium & doctorum suasiones, &c.*

Adhuc semel.] *Iterum.* Cic. *Bis à me servatus est, separatim semel, iterum cum universis.* Idem. *Primò quidem decipi incommodum est, iterum stultum, tertiò turpe. Rursus.*

Adhuc semel tantùm.] *Alterum tantum.* Plaut. *Immò etiamsi alterum tantum perdundum esset.*

Adimpleo.] *Expleo, Impleo.*

Ad instantiam.] *In gratiam.*

Ad invicem.] *Continuò, Continenter, Iunctim Bis terve continuò. Per Continuos duos dies. Inter se rixantur, verberant.*

Ad judicium ire.] *Adire in jus.* Cic. *Cùm ad Prætorem in jus adissemus.* Idem. *Direptionibus meorum bonorum in jus adeundi potestatem non fecit.* Idem. *Antequam in jus aditum est, antequam denique mentio controversiæ facta est.*

Adjungere se ad aliquid.] Cicer. *Applicare se ad aliquid.*

Adjuva me.] *Succurre, Opitulare, Auxiliare nobis.*

Adjuva me portare.] *Adjuva me in onere ferendo.*

Ad majores honores pervenire.] Cic. *Is processisset honoribus lon-*

longius, nisi infirma atque ægra valetudine esset.

Ad majus.] Cic. *Summum, vel ad summum. Scies fortaßè cras, summum perendiè.*

Ad manum.] Cicer. *Adjumenta prompta & parata sint.*

Ad meam magnam fortunam.] *Forte fortuna hic adfuit.*

Ad me redi, quam primum negotium tuum confecisti] *Ad me redi cùm primum tuum negotium confeceris. Quàm primum uno verbo contentum est, Cùm primum duo verba, eaq; in diversis membris exigit. Re perfecta ad me quàm primum revertere.*

Ad minus.] Cic. *Minimum. Saltim, At certè.*

Ad omnia.] Cic. *Ad omnes res.*

Adoptatio.] Cic. *Adoptio. Quod est, Pontifices jus adoptionis? nempè ut is adoptet, qui neque procreare jam filios poßit; & cùm potuerit, sit expertus.*

Adoptivus filius.] *Iudicio & voluntate filius.*

Adoro.] Cicer. *Colo, Veneror. Adoro apud Ciceronem non legitur.*

Ad placitum tuum.] *Tuo arbitratu. Ad arbitrium tuum. Ad nutum tuum.* Cic. *Ad aliorum arbitrium vivere, non ad suum.* Idem. *Ad alicujus arbitrium & nutum totum se fingere & accommodare.*

Ad plenum declarare.] *Ad vivum exprimere.*

Ad quod propositum.] *Quorsum? Quorsum hæc tendant, nescio.*

Ad regendum habere provinciam.] Cic. *Obtinere provinciam. Obtinere quæsturam.*

In revisum usque.] *In reditum. In proximum congressum.*

Ad satietatem usque inculcare.] *Pervulgata præcepta decantare. Inculcare alicui aliquid, eleganter ex Cicerone dicimus. Inculcamus sæpè per imprudentiam etiam minus usitatos versus.*

Ad similitudinem.] *Ad exemplum, vel ad exemplar.*

Ad superiorem judicem ab inferiore citare.] *Ab inferiore Magistratu ad superiorem appellare. Appellare Regem, Cæsarem, Populum. Tribuni appellantur.*

Ad templum vel forum ire.] *In templum, vel forum ire. Ad accessum ad terminum significat. In ingressum termini.*

Adversitas.] Cic. *Res alicujus adversæ, Res turbida, Gravis fortuna.*

Ad-

Advertere.] *Animadvertere, Animum intendere in aliquid.* Cic. *Dixit, Advertebatur Pompeij familiares assentiri Volcatio.*

Adulteratus.] *Fucatus, Fallax, Fucosus, Adulterinus.*

Aduno.] *In unum locum congrego. In unum conduco. In unum redigo. In unum confero.*

Ad unum annum.] Cic. *In annum. Sed ego hanc ἀνεξίαν in unum annum meditatus sum. Præsidia sunt in multos annos provisa.*

Ad votum tuum,] *Ex, vel de sententia tua.*

Ad voluntatem meam.] Cic. *Pro meo jure.*

Ad usuram accipere.] *Versuram facere.*

Ad vulgi opinionem se dimittere.] Cic. *Ad vulgi opinionem abire.* Idem. *Quid ad istas ineptias abis inquit.*

Ægrotare parum.] *Leviter ægrotare.*

Ægrotus valdè.] *Graviter affectus.*

Æquale facere.] *Exæquare* Cic. *Pauci pluribus exæquari non possunt.* Idem. *Pecunia omnium dignitatem exæquat. Facta dictis exæquare. Exæquare se cum inferioribus. Æquare aliquem alicui, & cum aliquo.*

Æquanimus.] *Qui æquo animo est.* Cic.

Æquanimitas.] *Animi æquitas, Animus æquus.*

Æquè quam.] Cic. *Æquè ac, atque, ut. Perinde ut, ac, atque, quasi. Similiter ut, ac, atque.* Cic. *Benevolentia civium non æquè omnes egent.* Idem. *Id utriq; nostrum æque gratum est. Pariter, atq;.* Cic. *Ea non pariter omnes egemus. Plautus dixit, Ridiculus æquè nullus est, quàm dum esurit.*

Æquè benè.] *Æquè mihi prodest atq; tibi* Horat. *Æquè pauperibus prodest, locupletibus æquè.*

Æquè multum.] *Totidem.* Cic. *Istum ego locum totidem verbis transtuli.*

Ætas consumpta.] Cic. *Acta, Exacta, Affecta, Provecta, præcipitata adulta, ingravescens.* Idem. *Sophocles, cum ex eo quidam jam confecta ætate quæreret, uteretur ne rebus Venereis: Dij meliora, inquit.*

Ætate, vel tempore nostro.] Cic. *Nostra memoria. Res à memoria nostra remota.*

Aer malus.] Cic. *Corpore vix sustineo gravitatem hujus cœli.*

Æter-

Æternaliter.] *Infinitis seculis. In infinita secula, In ævum, In tempus sempiternum, In perpetuum, In æternum, Æternum, poëticum hoc magis.*

Affabiliter.] *Comiter.* Cic. *Salutare benignè, comiter appellare unumquemq;.*

Affectare opes.] Cic. *Bonus civis non opes aut pecuniam consectabitur. Legitur apud eundem; Affectare aliquo iter. Affectare omni diligentia munditiam.*

Affectatio.] *Consectatio, Appetitio.*

Affectatus.] *Nimis exquisitus, Appetitus, Putidus, Odiosus. Qui omni ex genere orationem aucupatur, Omnes undiq; flosculos carpit.*

Affirmativus.] *Aiens.*

Affirmativa, & Negativa.] *Aientia, & Negantia.*

Afflatio.] *Motus, Vaticinatio.*

Afflatus, a, um.] *Mente permotus, Insanus, Furens, Furore divino incitatus, Mente incitatus, Mentis ardore aliquo inflammatus atque incitatus.*

Affluenter.] Cic. *Abundè, Plena manu.*

Agibilis.] *Vir acer ac industrius, Navus, Senectus avocat à rebus agendis.*

Agere aliquem furti.] Cic. *Agere cum aliquo furti.* Idem. *Agere cum aliquo ex syngrapha, ex litteris obsignatis.*

Alatus.] *Volucer, Aliger, Ales.*

Albedo.] *Candor, Color albus.*

Alicui injungere aliquid.] *Mandare, Imponere aliquid alicui, inquit Cicero, nunquam Injungere.*

Alicui negotium committere.] Cic. *Dare alicui negotium.*

Alicui officium suum præsentare.] Cic. *Quidquid possum ad hanc rem conficiendam tibi pollicear & defero.* Idem. *Universum studium meum ad te defero.*

Alio tempore.] Cic. *Aliàs Illi aliàs aliud iisdem de rebus judicant. Mutantur sæpè hominum mores, aliàs adversis rebus, aliàs ætate ingravescente.* Idem. *Cùm in ejusmodi caussis aliàs scriptum, aliàs æquitatem defendere doceamur.*

Aliqualis.] *Aliquis, Qualis qualis.*

Aliqualiter.] *Aliquo modo, vel ratione.*

Aliquam caussam quæris ob vel propter quam.] Cic. *Aliquam caussam, Cur, vel Quamobrem.* Ali-

Aliquem ponere in alicujus loco.] Cicer. *Aliquem vicarium dare.*

Aliquid in se committere.] Cic. *Aliquid in se admittere, non Committere dicit. Vtrumque sceleribus & flagitiis tribuitur.* Cic. *Maleficia committere.*

Aliter quam.] Cic. *Isti, de illo aliter atque ego existimo, sentiunt. Ne sim salvus, si aliter scribo ac sentio. De puero aliter ad te scripsi, & ad matrem. Contra ac, atq; quàm.*

Aliud dicis quàm.] *Aliud dicis, aliud sentis. Aliter loqueris, aliter sentis.*

Alius, alia, aliud Quàm] Cic. *In aliis rebus versor atq; tu.* Idem. *Aliud mihi ac tibi videri potest.* Idem. *Lux longè alia est solis & Lychnorum.* Idem. *Non alia causa est aquitatis in uno servo & in pluribus.* Idem. *Cura nihil aliud nisi ut tu valeas.*

Alius quàm alter.] *Alius alio doctior est.* Cic. *Alius alio gravius atque ornatius dixit. Alius, alia, aliud in oratione, multa cum venustate geminatur.*

Allegare.] *Citare, Adducere, Laudare, Afferre.* Allegare *apud Ciceronem non significat auctorum testimonio uti, aut afferre aliquid quo proposita probentur: sed mittere, in privatis negotiis aliquem, aut aliquos ad aliquem, qui caussam nostram agant, Allegare propriè est in privatis, quod Legare in publicis.* Cic. *Petit à me Rabonius, & amicos allegat, facilè impetrat.*

Allocutio.] *Compellatio. Nominatim compellare aliquem.*

Allubescit.] *Lubet, Libet, Placet.*

A longè.] *Procul, Eminus, è longinquo.*

A longinquó petere aut sumere aliquid] Cic. *Audi, nec longè abeam.* Idem. *Vt ne longius abeam.* Idem. *Altè repetere & à capite, dixit.*

Altè, vel alta voce loqui.] *Clarè, vel clara voce loqui.*

Alternatio.] *Vicissitudo.*

Amant se invicem.] *Amant inter se. Sic; Colunt se inter se, Observant se inter se.*

Amant sicut nunquam magis.] Cic. *Ita ut cùm maximè.* Ter. *Amat ut cum maximè.*

Amatus vulgò, nec malè.] *Gratiosus, Qui in magna apud omnes gratia est.*

Amba-

Ambages.] *Circuitio.* Cic. *Aliquo circuitu ad id pervenire quo velis.* Idem. *Oratio circumscripta longo anfractu.* Ambages Cicero non habet.

Ambasiator.] *Legatus, Orator.*

Amboambonis.] *Suggestus, Suggestum.*

Amica vulgò] Cic. *Deliciæ, Amores. Pyliæ salutem dices & Atticæ deliciis & amoribus. Simia quam rex Molossorum in deliciis habebat, hoc est, valdè caram.*

Amicitiæ respectu.] *Amicitiæ caussa vel ratione.*

Amittere caussam vel litem.] Cic. *Cadere caussa, Cadere in judicio.* Die sach vor Gericht verlieren.

Amodo.] *Posthac, In posterum, Deinceps Ab hoc tempore,*

Amo regit accusativum.] *Accusativus consequitur amo, Vel, Amo jungitur, conjungitur accusativo.*

Amovere ex animo.] Cic. *Deponere simultatem, inimicitias veteres, memoriam alicujus rei offensionem, desiderium patriæ.*

Amphora.] *Cantharus, Sextarius: ita dictus, quod sit sexta congij portio. Quartarius Livio, quarta sextarij pars est. Hemina Fannio, capit quartarios duos.*

Ampliare ædes.] Cic. *Accessionem adjungere ædibus Hanc Scaurus demolitus, accessionem adjunxit ædibus. Sic: Accessionem afferre ad veteres amicitias.*

Angariare.] *Adigere ad currendum, vel ferendum.*

Angulus.] *Latebra.*

Angustia, relata ad animum.] *Anxietas vel Angor.* Cic. *Me ab omnibus molestiis, angoribusq; abducam.* Idem. *Angoribus & molestiis implicatus.*

Angusto.] *In angustum adduco vel deduco. Coangusto, Contraho, Angustum facio. Contrarium est Dilato.*

Animalculum.] *Bestiola.*

Annona fit carior.] *Annona ingravescit. Contrarium. Annona se laxat. Levare annonam. Vt: Hic nuntius levabit annonam.*

Animare.] Cic. *Animum alicui dare.*

Animi boni esse.] *Esse animo bono præsenti, virili, alacri.*

Animo tenaciter hæret] Cic. *Hoc in sensu meo penitus affixum & insitum est.*

Annata.] *Vnius anni fructus, Vectigal ecclesiasticum, Iura Pontificum.*

Annihilare.] *Labefactare, Infirmare, Convellere, Delere. Inducere nomina, hoc est, delere.*

Annihilari. *Occidere, Interire, Recidere in vel adnihilum, Peri-*

Annotare in librum acceptorum.] *Referre acceptum, in acceptum, Referre datum. Pecuniam alicui datam solutam referre.*

Annotare in librum rationum.] *Referre in librum, codicem commentarium accepti & dati, Referre in librum accepti & expensi*

Annotatio.] *Notatio, Observatio.*

Anno uno antequam huc veni.] *Ante annum quàm huc veni.*

Annos centum explevit.] Cic. *Isocrates ferè centum confecit annos. Annuum tempus conficere, hoc est, annum Cursum vitæ conficere, Curriculum vitæ à natura datum conficere, est mori.*

Annus integer.] *Annus vertens* Cic. *Mercurij stella anno ferè vertente signiferum lustrat orbem.*

A nostra parte est.] *A nobis, vel nobiscum est, vel facit.*

Ante fores.] *Pro foribus.*

Ante diem.) *Ante lucem;* Eh es taq war.

Ante manum dare.] *Præ manu dare.*

Ante omnia.] *Inprimis, Præ cæteris.*

Anterior.] *Superior.*

Anteriore parte inflictæ cicatrices.] Cic. *Cicatrices adversæ. Vulnera adversa. Dentes adversi & acuti. Cicatrices adverso corpore excepta. Vulnus adversum fortitudinis est: aversum turpitudinis. Antipodes adversis vestigiis stant contra nostra vestigia. Qui adversa nobis urgent vestigia. Adversa, id est, opposita.*

Antiquitus.] *Priscis temporibus, Seculis multis antè, ex omni memoria ætatum, temporum, ab antiquissimis temporibus, Nihil ex omnium seculorum memoria tale cognovi.*

Antrum.] *Spelunca.*

Anxiè.] *Ægrè, Molestè*

Anxiari.] *Animo premi, Anxium reddi, Coarctari, Discruciari.*

A partibus alicujus stare] Cic. *Ab vel, cum aliquo stare, Esse ab aliquo. Ab. vel cum aliquo facere. Adesse alicui contra aliquem. Ego tuis rebus adero ut difficillimis. Pro Cæsare Lentulus Consul facit. Authoritas doctissimorum hominum nobiscum facit. Contra opponitur. Cic. contra aliquem facere.*

Aperire omnibus os.] *Venire, Indicere in sermonem, Dare sermonem. Varios sermones excitare.*

Aperit se cœlum.] Cic. *Cùm cœlum discessisse visum est, atque in eo animadversi globi cœli discessus.*

Apertè.] *Clarè, Planè.*

Apothecarius.] *Pharmacopola, Vnguentarius.*

Apparens.] *Expressus, Eminens.*

Apparentia.] *Species, visio, visus.*

Appetitus.] *Appetentia, Orexis.*

Applaudo.] *Plausum do. Adhinnio.*

Approprio.] *Vendico, Adscisco.*

Aptè.] Cic. *Appositè dicere & respondere.*

Aptitudo.] *Habilitas.*

Apud aliquem esse.] *Cum aliquo esse.*

Apud me didici.] *Per me, vel, De me didici.*

Apud se tenere frumentũ.] Cic. *clausum & compressum frumentũ tenere.* Idem. *Græci & cives Romani, qui frumentum compresserant, magnum numerum pollicentur.* Idem. *Orationem illam ita compresseram, ut nunquam emanaturam putarem*

Aqua benedicta.] *Aqua sacra consecrata.*

Aquaticus.] *Aquarum incola, Aquatilis, Nans, Natans.*

Aquosus.] *Humidus.*

Arator expertus.] *Arator experiens.* Cic. *Vir fortis & experiens.*

Arbitrium liberum.) Cic. *Libera voluntas. Quod in nostra potestate est. Ponitur tamen à Cicerone, Arbitrium meum, tuum, suum, nullo adjuncto alio nomine, pro Libera voluntate mea, tua, sua. Animus fractus & abjectus, & arbitrio carens suo. Antonius in sua potestate nunquam fuit, nihil unquam arbitrio suo fecit, semper eò tractus quo rapuit libido.*

Arbor mortua est.) *Arbor exaruit, elanguit.*

Arcus busius.) *Arcus perforatus, Sclopus.*

Arcus pedalis.) *Balista chalybea.*

Arcto.) *Coarcto, coangusto.*

A retrò.) *A tergo, Ponè.*

Arguere aliquem.) Cic. *Perstringere aliquem leviter, latenter, non obscurè. Perquàm breviter aliquid perstringere, id est, percurrere.*

Arma, seu ut Galli, Leveria.] *Insignia, ium, ibus*, Cic. *Stellæ aureæ insignia Castoris & Pollucis*. Idem. *Toga pacis est insigne & otij.*

Arma abjicere, vulgò.] Cic. *De manibus audacissimorum civium delapsa arma ceciderunt. Cadere eleganter quadrare significat.* Cic. *Nihil est quod in ejusmodi mulierem non cadere videatur. Cadere in vel sub sensus aut potestatem alicujus; hoc est venire. Cadere elegantissimè accidere valet.* Cic. *Aliter cecidit res ac putabam.*

Aromatizare.] *Condire cibos, Transfertur etiam ad alia.* Cic. *Omninò duo sunt quæ condiant orationem, verborum numerorumq; jucunditas.*

Arrestare.] *Curare retinendum, Vadari.*

Arsus.] *Deflagratus.* Cic. *Deflagratum imperium. Fana Flammâ deflagrata.*

Articuli fidei.] *Capita fidei.*

Artista.] *Philosophiæ auditor, sectator.*

Artificialis.] Cic. *Artifex, Artis peritus Artificiosus. Quod habet artem.*

Artificialiter.] *Artificiosè.*

Ascendere super equum.] *Ascendere, Conscendere equum.*

A seculo.] *Ab antiquo in hodiernum usq; diem propagatum.*

Aspernatus.] *Contemptus, Rejectus.*

Asscribo.] *Appono Notam ad rem aliquam apponere.*

Assecuratio.] Cic. *Cautio, Præstare cautionem*, verſicherung thun.

Asser.] *Tabula.*

Assertor.] *Vindex.* Cic. *Extitisti tu vindex nostræ libertatis.*

Assignare alicui pecuniam.] Cic. *Attribuere alicui pecuniam. Videbis, ut tantum attribuatur, quantum debetur. Magna vis pecuniæ ei ex ærario attributa est.*

Assistentia.] *Auxilium.*

Assumere aliquem filium.] Cic. *Adoptare, Adoptione mancipare.*

Assumere patronum.] Cic. *Adoptare patronum.* Idem. *Ego autem quem potius adoptem, aut invocem, quàm illum, quo defendente vincere didici.* Idem. *Adoptare sibi aliquem defensorem sui juris, & ultorem injuriarum, & actorem totius caussæ: hoc est, Asciscere, vel eligere.*

Assu-

Assuefactio.] *Exercitatio, Consuetudoque patiendi.*

Assuescere, Assuefacere ad aliquid, aut in aliquo aut alicui rei.] Cic. *Assuefacio, Assuefio, Assuesco, Assuetus aliqua re, cum Ablativo. Homines labore assiduo & quotidiano assueti. Assuefacere se armis.*

Assuetudo.] *Consuetudo.*

Attendere alicui, vulgò] Cic. *Quoniam me in hac re tam diligenter attenditis.* Idem. *Attendite animos ad ea quæ sequuntur.* Cic. *Adestote omnes animis, qui corporibus adestis.*

Attestatio.] *Testificatio, Testimonium.*

Attestor.] *Testor, Testificor, Contestor.*

Attingere parum.] Cic. *Primoribus labris, Primoribus digitis attingere.*

Auctorizare.] *Auctoritatem dare , Auctoritate firmare, stabilire.*

Audibilis.] *Sub auditum cadens.*

Audientiam dare.] *Favere linguis, Benignè attenteq; audire aliquem, Admittere ad dicendam caussam, Dare aures suas alicui.*

Audis bene.] *Audin?*

Audivi cum puer essem.] Cic. *Audivi hoc de patre meo puer.*

Avertere animum ab aliqua re.] Cic. *Abducere animum à cogitationibus, tristitia, mœrore. Abducere aliquem à meretricio quæstu. Abducere se ab angoribus, & molestiis. Abducere servum à domino, Discipulum à Doctore est; alienare,* entführen.

Augesio.) *Augesco. Cresco.*

Augmentabilis.) Cic. *Crescendi accessionem habens, Habens vim augescendi.*

Augmentatio.) *Amplificatio. Accretio.*

Augmentator.) *Amplificator.*

Augmento.) *Augeo, Amplifico, Facio magnum vel majus, Propago.*

Augmentum.) *Amplificatio, Incrementum.*

Avocare, & Removere à proposito.) Cic. *Deducere. Ab eo, quod instituit facere, deduci non potest. Deducere aliquem à timore.*

Auriga.) Cic. *Nec est melius quidquam, quàm ut Lucullus sustineat currum equosq; ut bonus sæpè agitator. Auriga apud Poëtas frequens est.*

Autenticè.) αὐθεντικῶς, Cic.

Auxiliator.) *Adiutor.*

B

Balada.) *Rythmus, Homoeoteleuton.* Idem. *Chorea. Tripudium Saltatio.*

Balbuties.) *Hasitantia lingua.*

Balneare.) *Natare. Lavare.*

Balsamio.) *Ταριχεύω. Conditio.*

Bannum, vel Bannus.) *Exilium, Proscriptio, Relegatio, Exterminatio.*

Barbam breviare.) *Demere, Resecare, Incidere barbam.*

Barbitonsor.) *Tonsor, & Tonstrix.*

Bassè.) *Pressè, summissè.*

Bassa voce loqui.) *Pressa, Submissa, vel gravi voce loqui.*

Bassus.) *Humilis.*

Bastardus.) *Nothus.*

Belligeratio.) *Bellum.*

Bellivia.) *Diœcesis, Præfectura. Ea voce Græci nominabant Procurationem & Administrationem partium regni aut provinciæ alicujus. Qui præest Diœcetes dicebatur: Procurator aut Administrator latinè. Ab aliis Satrapa aut Satrapes, quod Persicum est.*

Benefactor.) *Benemerens, Benemeritus.*

Beneficium.) *Sacerdotium.*

Beneficium benè impendere.) Cic. *Benè collocare beneficium. Benè apud aliquem munera collocare.* Idem *Apud gratos homines beneficium ponere.*

Benè fit.) Cic. *Benignè fit. Vt his benignè à populo factum videretur.*

Benè ominare.) Cic. *Dij meliora.*

Bene sedere.) *Perquàm commodè sedere. Commodè pro Benè, crebrò usurpavit* Cicero.

Bene stat.) *Benè se res habet. Bellè, præclarè, Optimè se habere. Ponitur & Optimè sine adjunctione.*

Bene tractari.) Cic. *Cum illo quidem actum est optimè, mecum incommodius.*

Benevolens.) *Benevolus.*

Bene volo.) *Diligo, Amo; Amplector, Benevolentia complector.* Cic. *Me amicissimè amplectitur Cæsar. Benevolentiam erga aliquem habere. Inclinatione voluntatis in aliquem propendere.* Terent. *Tibi benè ex animo volo.*

Beo

Beo.) *Beatum facio.*

Bibitio) *Potatio.*

Biblia,æ.) *Biblia,orum,Bibliorum codex.Libri rituales, vel sacri.*

Biennium est ex quo te non vidi.) Cic. *Iam biennium est, cum virtuti nuntium remisisti* Idem. *Biennium preterijt, cum ille assiduo cursu cubitum nullum processit.*

Biformis.Cic. *Biformatus Triformis Chimera.*

Bini bini ite.) *Ite bini.*

Birretum.) *Pileus,vel Pileum.*

Blasphemia) *Execratio,Maledictum,βλασφημία.*

Blasphemare.) Cic. *Execrari, Impiè loqui.*

Blaveus.) *Thalassinus, Venetus, Caeruleus, Caerulus.*

Boatus,) *Mugitus.*

Bona,vel mala aura.) *Serenum vel nubilosum caelum.*

Bona conscientia aliquid facere.) *Bona mente, animo, voluntate aliquid facere.*)

Bona majora facere.) *Accumulare bona; Augere, Adaugere facultates quas quis habet.*

Bonum judico.) *Boni consulo. Æqui boni, vel Æqui boniq; facio. In bonam partem accipio.* Sallust. *Æquo animo accipere dixit.*

Bonum mihi videbatur) *Mihi placebat. Ita mihi placitū erat.*

Bonum Latinum,) *Benè Latinum, Bona latinitas, Benè Latinus sermo.* Contr. *Sordidus, Illiberalis, Subrusticus sermo.*

Bonæ conscientiæ.) *Sanctus & rectus.*

Bonus ac facilis vir.) *Vir commodus.* Contr. *Homo semper praepostérus & perversus.*

Bonus aut malus aer.) *Multa caeli gravitas; Multa caeli temperatio.*

Bonus dies) *Veteres, Salve.*

Boreas.) *Aquilo.*

Bovina caro.) *Bubula caro.*

Bracca.) *Subligar, vel Subligaculum.*

Bravium.) *Stadium, Pramium.*

Braxare.) *Coquere cerevisiam.*

Braxator.) *Cerevisiae coctor.*

Breviarium.) *Epitome, Item Codex precum sacrarum.*

Brevio.) *Breve facio. Incido.* cic. *Qui mihi pennas inciderant, nolunt easdem renasci.* cic. *Poëma ad Caesarem quod composueram incidi.*

Brevis nota.) *Nota duabus mensuris constans.*

Breviter, pro brevi tempore.) Cic. *Expediam brevi.* Idem. *Ad ea quæ requiris brevi respondebo. Cæsar maxima copiis brevi habitu est Paucis post illum sermonem diebus interjectis.*

Brigare.) *Ostentare se.*

Brutum.) *Bestia, Pecus, animal.*

Bursa.) *Crumena, Marsupium, Loculi.*

C

Cadentia.) *Symphonia, Concentus manifestior.*

Cadere in morbum.) *Delabi in morbum. Delabi, eleganter pro cadere ponitur.* Cic. *Ex utraq; parte tecti aqua delabitur.* Idem, *Delabi in vitium.*

Cadere alicui in pœnam.) *Commissum esse aliquid alicui.* Etwas einem verfallen seyn.

Calamarium.) *Theca calamaria.*

Calceo.) *Calceos induo, Pedibus calceos induco, Calceos in pedes induco.*

Calculo.) *Calculos subduco. Ad calculos revoco. Rationes subduco, Ratiocinor. Habeo rationem cum aliquo. Sic perquàm eleganter dicitur; Habere rationem alicujus, Senatum, Comitia, Iter, aliquem indulgentius, aliquid in postremis, Habere se minus bellè, Hoc me malè habet.*

Calefactivum.) *Quod vim caloris habet. Quod calefacit, calefaciens.*

Calendarium.) *Fasti, orum,* Cic. *Consules non modò ex memoria, sed etiam ex fastis evellendi.* Idem. *Eximere dies de fastis.*

Caliditas.) *Calor.*

Calumniosè.) *Contumeliosè, Injuriosè.*

Camera.) *Cubiculum, Conclave.*

Camisia.) *Indusium linteum.*

Cambire.) *Mutare, Commutare, Permutare.*

Cancellaria.) *Tabularium.* Cic.

Cancellare.) *Delere, Dispungere.*

Candela.) *Lucerna.* Cic. *In tantis tenebris lumen mihi prætulistis. Lumen appellant veteres, quam vulgus Candelam, quæ nisi materiam, qua lumen præbetur, exprimit.* Cic. *Noctu lumine apposito, experrecta nutrix animadvertit puerum. Sic Lumina pro oculis.* Cic. *Natura duo lumina ab animo, ad oculos perforata, nos habere voluit.* Idem. *Demon-*

mocritus luminibus amißis, alba, scilicet & atra discernere non potuit.

Canere quatuor vocibus.) Cic. *Symphonia canere, vel Symoniacè canere.*

ph Cantant matutinas) *Canuntur preces matutinæ.*

Cantant primas.) *Canuntur preces prima hora.*

Canunt vesperas.) *Canuntur preces vespertinæ.*

Canonizare.) *In Deorum numerum referre. Divum aliquem facere.*

Capellanus vel Vicecuratus.) *Vicarius Pastoris.* Cic. *Vicarius servus majori servo serviens. Idem. Itaque te do vicarium, tu eum observabis.*

Capere ad malum.) *Ponere aliquid in loco maledicti & contumeliæ.*

Capita conjungere.) Cic. *Conferrent boni viri capita, de comessatione loquerentur inter se.*

Capitaneum esse.] Cic. *Summam auctoritatem in exercitu habere.*

Capitaneus.) *Dux militum, vel militaris.*

Capitosus.) *Cerebrosus, Morosus.*

Cappa Caputium.) *Cucullus, vel Capitium.*

Capitula is.) *Suffragij in sodalitio ferendi potestatem habens.*

Captivitas.) *ἅλωσις, hæc in qua nunc sumus.*

Captivo) *Iugum servile impono.*

Carena.) *Quadragena, Publica pœnitentia seu indulgentiarum genus.*

Carentia.) *Inopia, Egestas, Vacuitas à pecunia, ab omni laude.* Cic. *Tibi nihil à me defuit.* Idem. *Tibi nullum à me amoris officium defuit.*

Cariosum fieri.) *Sentire cariem. Sic Sentire tineam.*

Carrus.) *Currus, vehiculum.*

Cassare testamentum.) *Rescindere testamentum. Sic Rescindere emptionem, hoc est, facere irritam. Pro Cassatum, dices Abolitum, Inane, Intermortuum.*

Castigator.) *Vindex.*

Casualis.] *Fortuitus, Incertus, In casu positus. Item verba quæ casus habent.*

Cataphractus.] *Tectus, ac munitus ad pugnandum.*

Catechizo.] *Religionis prima fundamenta doceo.*

Cavendum mihi,tibi est,vulgò.] Cic.*Mea cautio est.Tua cautio est, ne resciscat hoc à me factum.*

Causam audire.) Cic.*Caussam cognoscere. Munus judicum est cognoscere caussam. Cognitio ponitur pro actione & munere ejus qui cognoscit.*

Caussam amittere.] *Cadere causa Contr.Tenere, obtinere caussam.*

Caussa mei,tui,sui,nostri,vestri.] Cic. *Caussa mea,tua,sua, nostra,vestra.*

Caussativus.) *Conficiens,Efficiens.* Cic.*Sicut alia caussa,quæ ipsæ conficiunt alia quæ vim aliquam ad conficiendum adferunt.*

Caussa propter quam.) *Quamobrem,* Cic. *Quapropter , Quare.*

Causo.) *Efficio,Gigno,Efficiens sum, causam do. Causari, Latinis est causam adferre.*

Cautum est.) Cic. *Quorum in fœderibus exceptum est,ne quis eorum à nobis civis recipiatur.*

Celare se.) *Abdere se domum,rus,in locum aliquem.Contr. Eruere aliquem è latebris.*

Cella.) *Cubiculum.*

Celebrare diem festum.) *Agere diem festum.*

Celebrare missam.) *Facere sacrum,rem divinam,sacram.*

Celeriter proficisci. *Contendere,Contento cursu aliquò proficisci.Contento studio cursuq́, aliquo,vel ad rem aliquam venire. Contentius ambulare.*

Celebrare primitias.) *Facere primum sacrum.*

Celo tibi consilium meum.) *Celo te de consilio meo, usitatissimum Ciceroni est.Bassus noster me de hoc libro celavit.*

Certè scire,vulgò.) *Certum habere.Certum mihi est.Exploratum mihi est.Certè cognitum,perspectum,exploratum,subductum , notum, non ambiguum,expertum,statutum habere. Pro certo polliceri , & confirmare.Pro certo dicere.*

Certificatio.) *Epistola assertoria, Libellus.*

Certè aliquid affirmare,vulgò.) *Certum affirmare ,vel confirmare.*

Cervicosus.) *Qui nimis sui juris & sententiæ est, Obstinatus.*

Chirotheca.) *Mantica.*

Cholera.) *Bilis.*

Cho-

Chorea.) *Saltatio.* Cic. *Intempestivi convivij comes est saltatio.*

Chorea rotunda,] Cic. *Cùm illum suum saltatorium versaret orbem.*

Choreas ducere.) *Saltare. Versare orbem saltatorium.*

Chorizator.) *Saltator. Saltoris alicujus gestus repræsentare, & exprimere.*

Chorizatrix.) *Saltatrix.*

Chorizo.) *Salto. Nemo saltat sobrius.*

Cibos aromatizare.) Cic. *Cibos condire, Sic translatè dicitur, Condire orationem.*

Cicuritas.) *Mansuetudo animi.*

Cinædus, Pathicus.) *Cylo, Puer meritorius, exoletus, catamithus, impudicus, Puer emtus libidinis causa. Qui turpiter patitur. Qui aliorum amori flagitiosissimè servit.*

Circiter decem dies sunt, vulgò.) *Plus minus dies decem sunt.* Plaut. *Plus minus opus quàm erat.*

Circularis.) *In orbem.*

Circularis probatio) *Mutua, & in orbem facta.*

Circumlocutio.) *Circuitio, Anfractus, Græcè, περίφρασις.*

Circumferentia.) *Extremitas. Libramentum.*

Circumire.) Cic. *Obire hortos, villas, domos, provincias.*

Circumscribo.) *Finio, Modum finio alicui rei.*

Citare.) *Diem [illegible]e Injus vocare, Iubere adesse.*

Citatio.) *In jus vocatio, Libellus quo quis in jus vocatur.*

Citatus.) *Concitatus, Incitatus, Excitatus.*

Civitas est combusta.) Cic. *Civitas deflagravit.*

Clamare contra aliquem.) *Facere alicui convitium. Consectari aliquem convitiis. Contr. Sustinere convitium.*

Clancularius.) *Furtivus, Clandestinus.*

Clanculum abire.) *Subducere se.*

Clanculum.) *Clam.*

Clanculum auferre.) *Clàm de medio removere.*

Clanculum ebibere.) *Furtim exsiccare.*

Clarifico.) Cic. *Clarum facio, Illustro.*

Clavis imperij.) Cic. *Claustra imperij.*

Coactè.) *Per vim.*

Coæqualis, coætaneus.) *Æqualis.* Cic. *Demosthenes maximo habuit æquales.*

Cœptum.) *Incœptum, incœptus,*

Cogitare res alias, Non cogitare de proposito.) *Agere res alias.* Cic. *Oppius aliud agens, & nihil ejusmodi cogitans.* Idem. *Virtutem necessariò gloria, etiam si id tu non agas, consequitur.* Idem. *Quæ sua sponte, etiamsi id non agas, cadunt.*

Cogitare super aliquem.) *Cogitare de aliquo.* Terent. *Me somnies, me exspectes, de me cogites. De præpositio Cogitandi verbo peculiaris est.* Cic. *De istis recordor.*

Cogitare in corde.) *Cogitare secum. Rem animo agitare, animo versare, in animo versare, cum animo cogitare, & habere in animo. Cùm mecum in animo vitam tuam considero.*

Cognomen accipere.) Cic. *Cognomen Athenis deportasti.*

Cognoscibilis.) *Habens cognitionem.*

Concidere.) *Concurrere.* Cic. *Quæ ut concurrant omnia, optabile est. In unam formam cadere.*

Coitus.) *Concubitus, Conjunctio, Complexus Venereus, Obscœna voluptas commiscendorum corporum, Libido, Veneris voluptatibus frui, Commiscere corpora.*

Collatio.) *Procœnium, Antecœnium, Comessatio à cœna jentaculum, Merenda, Cœnula, Symposium, Compotatio. Sumere antecœnium.*

Collationare.) *Componere, vel conferre d[illegible]tum, vel descriptionem cum exemplari, vel archetypo. Tabulas conferre.*

Combino.) *Connecto.*

Comburo.) Cic. *Deflagrare. Ædes Nympharum manu tua deflagraverunt.*

Comitatio.) *Affectatio, Comitatus.*

Commater.) *Parens lustrica, vel Mystica.*

Commendatarius.) *Commendatitius.*

Commensalis.) *Convictor, qui eâdem cum aliquo mensa utitur.*

Commisereri alicujus.) Cic. *Commoveri alicujus misericordia. Frangi alicujus misericordia. Tribuere, Impertire alicui misericordiam.*

Committere alicui negotium.] Cic. *Dare alicui negotium.*

Commodato dare.) *Accommodare, Commodare, Dare utendum.*

Com-

Commodato accipere.] *Vtendum accipere. Mutuari ab aliquo.*

Commoneo te hanc rem.] *Commoneo te hujus rei , vel, de hac re.*

Communicare alicui.]Cic. *Communicare cum aliquo.*

Communiter solet evenire.] *Vulgò evenire solet, Plerumq́, accidit, Paßim evenit. Contrarium est, Insolenter fit, Rarò fit.*

Comparative.]Cic. *Comparatè.*

Comparere.] *Sistere se, Sistere aliquem.*

Compareo, idem valet quod Appareo.

Compassio.]*Συμπάθεια. Misericordia, Miseratio. Commiseratio.* Cic. *Commiserationem brevem oportet esse, nihil enim lachryma citius arescit.*

Compater.] *Parens lustricus.*

Compati alicui.]*Commoveri, vel Moveri miseratione, & misericordia. Alium habere ærumnarum socium, Mutuo molestiarum sensu affici. Capere misericordiam, συμπάσχειν.*

Compatriota.] *Civis meus. Concivis barbarum est.*

Competere in aliquem.] Cic. *Sunt quædam in te singularia, quæ in nullum alium convenire possunt. Congruere in aliquem.*

Competere honores.] *Petere cum aliquo honores. Esse competitorem.*

Complexa, &cum complexione.]*Conjuncta. Græcè κατασυμπλοκὴν.*

Complexio.] *Constitutio, corporis temperatio, corpus benè constitutum esse alicui, corporis firma constitutio.*

Componista.] *Musurgus, Qui legibus artis cantiones concinnat.*

Composita verba.] Cic. *Iuncta verba.* Cic. *Licentia Poetarum faciendorum , jungendorumque verborum major est, quam oratorum .*

Composita ex elementis.]*Conflata , concreta , copulata , coagmentata.*

Compotator.]*Compotor.*

Computare.]*Ducere, centesimas ducere,* Wucher rechnen *Centesimæ deducuntur perpetuo fœnore.*

Computatio]*Calculus, Ratio.*

Computus.]*Ratio sumptuaria.*

Com

computum facere cum aliquo.) *Habere rationem cum aliquo.*

concaussa.) *Adjuvans caussa.*

conceptus mentis.) *Sensa mentis, Cogitata, cogitationes.*

concernere rem aliquam.) *Pertinere ad rem aliquam.*

concernit.) *Pertinet ad vos omnes.*

concessio.) *Concessus, us, ui.*

concidere.) *Dilabi.*

conciliare aliquem cum aliquo.) *Conciliare aliquid alicui, aut inter se. Cic. Si quis Deus vestram mihi benevolentiam ad audiendum conciliaret.* Idem. *Oratio conciliat inter se homines, conjungitq́ naturali quadam societate.* Cic. *Respub. nos inter nos cōciliat ura conjunctaraq́ est.*

concivis.) Cic. *Civis: qui est ejusdem civitatis cum aliquo. Popularis, qui est ex eodem populo, eademq́ regione.*

conclusi mecum.) Cic. *Deliberatum, & constitutum mihi est. Certum mihi est, deliberatumq́. Sic habuisti statutum cum animo, ac deliberatum. Iste certè statuerat & deliberaverat non adesse.*

conclusio, vulgo, nec malè.) Cic. *Clausula. Vtar ea clausula qua soleo. Clausulam Latini etiam appellarunt Circuitū scilicet verborum quibus sententia aliqua concluditur. Clausula numerosè & jucundè cadens.*

Concoctio.) *Digestio.*

concomitantia.] *Consecutio.*

concordantia.) *Concentus.*

concordare.) *Consentire, Convenire. Concordo etiam apud Ciceronem est.*

concordant inter se.) *Bene inter ipsos convenit. Convenit mihi cum illo.*

concorditer.) Cic. *Conjunctis sententiis: Qui cum concordissimè vixerat apud Ciceronem pro Rab. legitur.*

concupiscentia.) *Libido. Cupiditas.*

condemnare ad mortem.) *Damnare capitis vel capite.*

condenso.) *Constipo.* Cic. *Sed ne constipari quidem tantum numerum hominum posse in agrum Campanum intelligetis.*

conditio. (in ampt.) *Munus, Locus.*

conditionalis.) *Connexum, Comparatum.*

conditionaliter.) Cic. *Comparatè.*

con-

conditura ciborum.) *Conditio ciborum.*

condolentia.) Συμπάθεια.

condolere alicui.] *Commoveri dolore alicujus. Affici casu alicujus. Participem esse doloris.* ‹ *icero semper usus condoleo, pro doleo. ut; condoluit mihi latus, pes, dens, &c.*

confabu·atio.] *Collocutio, Colloquium.*

conferte um librum.] *Fer, vel Adfer tecum, unà, simul librum.*

conf ffor]*confessarius, Pœnitentiarius.*

confiscare.] *Facultates in publicum redigere. Publicè proscribere, Bona ejus censeo publicè possidenda.*

conflagrabitur mundus.] *Conflagrabit. Deflagrabit. Incendio seu flamma deflagrabit. Incendio peribit.* Cic. *Fore aliquãdo, ut totus hic mundus ardore deflagret.*

confortare.) *Robustum efficere, Potentem reddere, corroborare, confirmare, Firmare, munire.*

confundere.) *Pudefacere, Incutere pudorem.*

confundere omnia, vulgo.] *Turbare, Perturbare, Miscere, commovere omnia.*

congredi cum aliquo.] *Vnà ire.*

congrua oratio.] *Latina & emendata oratio.*

congruè.] *congruenter*, Cic. *Aptè congruenterq́; dicere.*

congruè loqui.) *Rectè & emendatè loqui.*

congruus.) *congruens, conveniens, Aptus.*

connumero.) *Numero, Ad vel in numerum asscribo, colligo. In Deorum numerum repono. Admisceo aliquid alicui rei, aut aliquem alicui.* Cic. *Trebatium verò meum quod isti admisceas, nihil est.*

conqueri aliquid alicui, vulgo.) cic. *conqueri aliquid cum aliquo. Satis habeas, nihil me etiam tecum de fratris injuria conqueri.*

consanguinitas.) *Sanguinis conjunctio.* cic. *Sanguinis conjunctio & benevolentia devincit caritate homines.*

conscientiosus.) *Sanctus, Iustus & rectus.*

consentire in aliquid.) cic. *Ad conditiones pactionesq́; alicujus accedere* Idem. *cur ex tot creditoribus aliis ad istam rationem nemo accesserit?*

consequenter.) *Porrò, Deinceps.*

consistorium.) *concilium, Synodus, conventus, consessus, Seßio Senatus & primorum.*

consocius.) *Socius.*

con-

Consodalis] *Gregalis, Sodalis. Condiscipulus apud Ciceronem est. Et se meum condiscipulum in pueritia, & familiarem in adolescentia, collegam in quæstura commemorabat fuisse, conservus in eodem legitur.*

consortium.] *Consortio, consociatio.*

conspurcare.] *Fœdare, Deformare.* Cic. *Ejus concio, in qua Pompeium ornat, an potius deformat.*

constellatio.] *Situs cœli & stellarum.*

consulo tibi.] *Suadeo tibi. Auctor sum, Do consilium.*

consumi dolore, crucis, fame, siti, lenio.] *Confici dolore, cura. Vires corporis nimiis vigiliis & laboribus conficiuntur. Desiderio alicujus rei confici. Cruciatu summorum dolorum confectus.*

consummatus.] *Absolutus & perfectus.*

contagies contagium.] Cic. *Contagio.*

Contemplativus.] *θεωρητικὸς βίος. Speculator, Contemplator.*

contemptibilis.] *Contemptus, contemnendus.*

Contemptus, us, ui.] *Contemptio Despicatus,*

contentare.] *Satisfacere alicui, Explere animum alicui.*

contentor.) *Contentus sum. Non pœnitet. Satis habeo. Nihil detrecto. Perplacet.*

contentiosus.) *Pugnax contra aliquem, Cupidus contentionis.*

conterraneus.) *Popularis meus, vel tuus, Ejusdem gentis, nationis, linguæ. Conterraneus apud Plinium significat eum, qui ejusdem est terræ & regionis. Gentilis non civem aut popularem, sed qui aut eadem gente ortus, aut eodem nomine vocatur.*

contiguus.) *Contingens, quæ inter se penè contingunt.*

continuitas.) *Continuatio, Perpetuitas.*

continuè.) *Continenter, Assiduè, usque.*

conticescet te.) *conticescet dete.*

contrahere cum aliquo amicitiam.) Cic. *Conjungere cum aliquo amicitiam.*

contractus.) *Res contracta. commercium.*

contra flumen.) *Adverso flumine.*

contrarium facere quàm promiseras.) *contra ac, contra atque, contra quàm, &c. Ponitur & contrà absolute* Cic. *Quæ bona sunt, mala putant, bona contrà, quæ mala.*

contra solem videre.) *Intueri solem adversum.* Cic. *Intueri solem nequitiæ adversum.*

contradictorius.) *contrarius.*

Contrafacio.] *Aßimulo.*

Contrariò.) *Contrariè.*

Contrarior.] *Contrarius sum, Confligo, Pugno, Adversor, Repugno.*

Contribulis.] *Tribulis.*

Contributio.) *Tributum. Tributi confectio.*

Controvertitur de hac re.] *Ambigitur de hac re. Ambigitur de vero.* Cic. *Fundus de quo ambigitur.* Idem. *In eo jure, quod ambigitur inter peritißimos. Disceptatur.*

Contumelior.] *Contumelia insequor. Contumeliam impono.*

Conventio.] *Conventus, us, ui, conventum.* Cic. *Facere promissa, stare conventis, reddere deposita.*

Conversatio.] *Consuetudo, Vsus, commercium, familiaritas*

Conversor cum aliquo.] *Versor, Consuesco. Multum sum cum aliquo, Aliquem semper mecum habeo. Vtor familiariter. Vtor aliquo familiari, & quotidiano convictore. Conjunctus magno usu familiaritatis. Est mihi cum eo domesticus usus & consuetudo, inter nosmetipsos vetus usus intercedit.*

Conversus.] *Neophytus,*

Converti.] *Reciprocari, ἀντιστρέφειν.*

Convitiari.) *Verborum contumeliis aliquem lacerare, Probrum objectare vel objicere, contumeliis aliquem insequi, Contumeliam in aliquem jacere, Contumeliis aliquem concidere, Maledicere, Convitiis insectari, Convitium facere, Contumeliis vexare, In aliquem invadere Convitiari in Cicerone non invenitur.*

Convivium quod singulis fit annis.] *Convivium anniversarium. Sacra anniversaria. Agere dies festos anniversarios. Vicißitudo anniversaria.*

Convivo.] *Simul vivo.*

Copia litterarum.] *Litterarum exemplum, Apographum Descriptio.*

Copiam facere omnibus.] *Divulgare, Edere.*

Copiare, vel transcribere.] *Describere, Exscribere.*

Copia magna. *Magnus numerus.*

Copista.] *Formularius.*

Copula.] *Copulatio.*

Copulator.] *Internuntius, vel conciliator mutui amoris.*

Corde bono, vel malo esse.) *Bonum vel malum animum habere Cicero nunquam ferè utitur voce Cor, nisi cum aut partem illam corporis, quæ vitæ fons est, nominat ; aut solùm cum hanc formam loquendi, Aliquid alicui cordi esse, sermone usurpat.*

Cordialiter.) *Ex animo.*

Corono in Regem.) *Diadema impono, Regnum defero.*

Corporale.) *Sacrosanctum pulvinar.*

Corporatura.) *Statura, Habitus.*

Correctè.) *Emendatè.*

Correlativa.) *Quæ sub eandem rationem cadunt.*

Correspondeo.) *Respondeo, Consono.*

Corrosivus.) *Depasciens, Exedens, & absumens. Putrefaciendi sive exedendi vim habens.*

Corrugo.) *Contraho.*

Corruptio.) *Interitus, Dissolutio.*

Corruptum folium.) *Scheda, Schedula.*

Creatura.) *Res creata.*

Crede mihi hoc.) Cic. *Hoc tibi persuade. Hoc velim tibi penitus persuadeas. Te tibi persuadere volo.*

Credere simplicibus verbis.) *Credere alicui injurato.*

Creditum.) *Pecunia credita.*

Crepor dolore.) Cic. *Disrumpor dolore.* Idem. *Disrumpatis licet.*

Crepo.] *Concrepo, Percrepo.*

• Criminalis caussa.] *Capitalis, caussa criminis, vel ex crimine. Caussa capitis, & Lis capitalis.*

Crucem habere.) *Habere aliquam molestiam.* Cic. *Habeo etiam illam molestiam, quod Dolabella noster apud Cæsarem est.*

Crucifigo.) *Cruci suffigo. In crucem tollo, vel ago. Cruce afficio.*

Crumena.) *Theca nummaria.*

Cudo.) *Tundo.*

Culpam super aliquem ponere.) *Culpam in aliquem conferre. Culpam derivare in aliquem.*

Cum Cicero consul esset.) *Cicerone consule Catilina oppressus est. Cùm materna lingua Ablativos absolutè positos, brevitatis caussa adhibitos, non agnoscat, usus eorum studiosis diligentius est discendus.*

Cum

Cum dilcet.] *Primo statim diluculo. Prima luce Ad primā aurorā.*

Cum festinatione proficisci.) Cic. *Si rectè ambulavit, is qui hāc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit.* Idem. *Triduo septingenta millia passuum ambulare.*

Cum nuncium habebis.) *Ubi nactus eris cui des.*

Cum venia.) *Bona cum venia dixerim. Pace tua fecerim. Præfati honorem.*

Cum se ipso non convenit.] *Secum ipse non convenit. Sic dicimus: Secum ipse loquitur. Secum ipse disputat. Anima ipsa secum luctatur.*

Cura ut sanus fias.) *Cura te, & confirma. Cura ut convalescas.*

Cura valeas.] *Cura ut valeas. Verba Præcipiendi, & Monendi aut cum Ut, aut sine Ut nonponuntur. At Curo sine ut non legitur. Fac aliquoties reperitur.*

Cumulare pecuniam, vulgò.) *Coacervare.* Cic. *Tanti acervi nummorum apud istum construuntur, ut jam appendantur, non numerentur pecuniæ.*

Curabilis.) *Quod curationem recipere potest.*

Curam periculosam habere.) *Curationes difficiles, vel periculosas habere: de Medicis intellige.*

Curatus.) *Pastor, Ædis sacræ moderator. Curio, Arnobio.*

Cursito.) *Curso, concurso.*

Curto.) *Decurto.*

Curvæ litteræ.) *Litteræ vacillantes.* Cic. *Accepi tuam epistolam vacillantibus litterulis, nec mirum, tam gravi morbo.*

Curvamen.) *Aduncitas.*

Curvare arcum.) *Adducere, cui opponitur Remittere,* Cic. *Balistæ lapidum, & reliqua tormenta telorum eo graviores emissiones habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius.* Idem. *In agro ambulanti ramulum adductum, ut remissus esset, in oculum suum recidisse.* Idem. *Contendit omnes nervos Chrysippus, ut persuadeat.* Idem. *Intendere arcum dixit.*

Curvitas.) *Aduncitas.*

Curvus.] *Aduncus, Curvatus, Tortuosus, Inflexus, Incurvus, Uncinatus.*

Cuspis.) *Mucro.*

Custodi honorem tuum.) *Consule bonori tuo.* Cic. *Vitæ & saluti consulendum est. Sic, Consulere famæ, paci.*

D.

Damnifico.) *Damno, vel detrimento afficio, Damnum, vel detrimentum affero, Dare damnum.*

Damnosus.] *Qui alicui damno vel malo est.*

Damno tuo fiet.] Cic. *Periculo tuo fiet.*

Damnum facere.] *Dare damnum.* Ter. *Quid illi facias, qui dederit damnum aut malum, Damnum, Detrimentum, jacturam facere, est quod vulgò dicitur, Damnum pati.* Cic. *Damnum illius immaturo interitu, literæ fecerunt.*

Dapes.] *Epulæ.*

Dare aliquid in commune.) *Dare in sumptum. Sic pervenuste dicitur, Dare servandum, Se in viam, Negotium, Damnum, Pœnas, Vela, Auribus.*

Dare alicui pecuniam, vel satisfacere alicui.] *Numerare pecuniam alicui, Numerare militibus stipendium. Numerare, Solvere, Repræsentare ab aliquo: hoc est, per aliquem.*

Dare custodiendum.] *Apud aliquem deponere.*

Dare licentiam.] *Permittere.*

Dare fundamenta alicujus artis.) *Informare aliquem.*

Dare potum.) *Miscere. Dare bibere.*

Dare sententiam.) *Ferre sententiam. Sic, Ferre conditionem.*

Deauratus.] *Auratus, Inauratus.*

Debeo expectare fratrem.] *Frater mihi expectandus est.*

Debitum alicujus.] *Æs alienum, meum, tuum, suum, aut alicujus.* Cic. *Æs alienum filij dissolvere.* Idem. *Cujus æs alienum videmus non libidine, sed negotij gerendi studio esse contractum*

Debitum bonum aut malum.] *Bonum aut malum nomen.*

Debitum ab aliquo petere.] *Admonere debitores. Appellare. Petere quod debetur. Consectari debita. Exigere aliquid pro debito.*

Decens.] *Conveniens, Par.*

Deceptio.] *Circumscriptio, Aucupium, Tendicula.*

Deceptorius.] *Veteratorius, Insidiosus.*

Deceptor.) *Circumscriptor.*

Decido.) *Delabor.*

Decimo.] *Decusso, hoc modo, X.*

Declivis.] *Devexus, Præceps.*

De

De craſtino non ſolicitum eſſe.) *Vivere in diem, in horam.* Cic. *Nos in diem vivimus; quodcunq; noſtres animos probabilitate percuſſit, id dicimus.*

Dedecens.] *Turpe, indecorum.*

De die in diem remoratur me in ſolvendo.) *Indies magis magisq;.*

Diem ex die ducit, neque promptus eſt ad diſſolvendum. Lentus eſt.

Defalcare.) *Tollere, Amputare.* Idem. *Deducere, Decidere, Demere de ſumma.*

Defectus.] *Vitium.*

Deficit mihi argentum.] Cic. *Deficit me argentum. Ita me ſolatia deficiunt. Iam me dies deficit.*

Definitiva ſententia.] *Sententia litis decretoria.*

Definitum.] *Res quæ definitur.*

De foris.] *Foris, Extrinſecus.*

Deformoſus.] *Deformis. Turpis.*

De gratia.] *Gratia.*

Deifico.] *In Deos refero. Conſecro, Dedico.*

Deijcio ædificium.] *Deturbo.*

Delaſſo.] *Defatigo.*

Delator.] Cic. *Hæc omnia indices detulerunt. Hinc Indicia, Indicare, Delatoris vocabulum apud Ciceronem non exſtat.*

Delectabilis.) *Habens magnam delectationem.*

Demandatus.] *Mandatus, Injunctus, Impoſitus.*

Demano.) *Emano, Proficiſcor, Orior.*

De manu in manum.] *Per manus.*

Demirandus.] *Admirandus, Admirabilis.*

Demordere alicui auriculam.) Cic. *Mordicus auferre auriculam. Auferre eleganter apud Ciceronem ſignificat, Obtinere quod quis petit ab aliquo.*

Demulcere.] *Delinire, Capere.*

De novo.] *De integro, Ab integro, Denuò.*

Dependeo.] *Pendeo.*

Deponere de officio.] *Movere magiſtratu, loco, tribu, poſſeſſionibus, abrogare alicui magiſtratum, Deijcere magiſtratus, Deijcere a gubernaculis.*

Deponere magiſtratum, vulgò.] *Abire Conſulatu, Senatu.*

Qui Magistratu amovendi ipsum deserunt, illinc se Abdicare dicuntur.

Deponi de officio.) *Deijci magistratu, Demoveri & depelli à loco, vel loco.*

Deponere pileum.) *Aperire caput.* Cic. *Cùm mulier fleret uberius, is caput aperuit, in collum invasit. Aperio eleganter significat quæ tecta & occulta sunt detegere.* Cic. *Stella cùm delitescens, tum rursus se aperiens.*

Deprædor.) *Prædor, Spolio, Dispolio, Eripio.*

Deputatus.) *Certus, Constitutus, Definitus, Dictus, Destinatus, Attributus.*

De qua patria est?) *Cujas est?*

De retro & De ante.) Cic. *Adversus & Aversus impudicus.* Idem. *Antonius à fronte, à tergo, à lateribus tenetur.*

Derisio.) *Ludibrium.*

Derivatus.) *Ductus, Productus.*

Descendentes.) *Posteri, Nepotes.*

Desertum.) *Locus desertus, vastus, incultus, solitudo.*

Deseruit eum febris.) *Febris ab eo discessit. Sic dicimus pestis hinc abijt*

Deses.) *Desidiosus, Iners, Languidus.*

De se tenere multum.) Cic. *Homo de se benè existimans seseq; diligens.*

Desideratior, desideratissimus.) Cic. *Antiquior, Antiquissimus. Antiquiorem Dejotaro fuisse laudem & gloriam quàm regnum & possessiones suas.* Idem. *Nec quicquam habui antiquius, quàm ut Pansam statim convenirem.* Idem. *Nihil mihi antiquius nostra amicitia.*

Desidiosè.) *Per desidiam.*

Desinit pestilentia.] Cic. *De loco quidem nunc pestilentia abijt.* Idem. *Quartana à te discessit.* Idem. *Ille non cessat de nobis detrahere. Sic cum eodem dicimus, Nausea, fastidium, desiderium, voluptas, studium jam planè abijt.*

Desolatio.) *Vastitas.*

Desponsata.) *Desponsa.*

Destructio.) *Exitium, Excisio, Eversio, Depopulatio, Dissolutio, Vastitas, Ruina.*

Destructor.) *Perditor Reipub. Interfector patriæ.*

De

Destruere librum.) *Corrumpere librum. Destruere propriè est, rem constructam demoliri.*

Desuesco.) *Depono, vel Detraho consuetudinem aliquid faciendi.*

Det tibi Deus bonam fortunam.) *Deus benè fortunet.* Cic. *Eum honorē tibi Deos fortunare volo.* Idem. *Tibi patrimoniū Dij fortunent.*

Deteriorare.) *Deteriorem facere.*

Detractor.) *Obtrectator.*

Detrahere de summa, vulgò.) Cic. *Deducere.* Cic. *Vt boni ratiocinatores officiorum esse posimus, & addendo deducendoq; videre, quid reliqui summa fiat. Hinc Deductio.* Cic. *Certis nominibus deductiones fieri solebant.*

Detrahere fidem.) Cic. *Abrogare alicui fidem.*

Detrimentosus.) *Noxius, Malus.*

Deturpo.) *Inquino.*

De verbo ad verbum.) Cic. *Ad verbum.* Cic. *Fabellas Latinas ad verbum de Græcis expressas non inviti legunt. Totidem verbis.*

Deviare.) *Declinare, Deflectere de via.*

Deum testem imploro.) *Deum testor. Sic, omnes vos testor. Mentem tuam testor.*

Devotio.) *Religio.*

Devotus.) *Religiosus, Sanctus, Pius. Religionem colens, Religioni deditus.*

Deus det ut mentiar.) Cic. *O Dij immortales avertite & detestamini, quæso, hoc omen. Sic cum Cicerone dicimus. Avertere malum aliquod ab aliquo, aut aliquem à malo.*

Deus det, ut nunquam vivus hinc discedam, si non &c.) Cic. *Solicitat, ita vivam, me tua valetudo. Ita salvus sim.*

Dexteritas.) *Commoditas.*

Diameter.) *Media linea.*

Diapason.) Cic. *Illi octo cursus, in quibus eadem vis est duorum modorum, septem effi. unt distinctos intervallis sonos.*

Dic ita, vel non.) *Aut aias, aut neges.* Plau. *Vel ai, vel nega.* Cic. *Quasi ego id curem, quid ille aiat, aut neget.*

Dicam sibi.) *Dicam ei. Sic Hæc res est ei grata.*

Dicam patri suo.) *Dicam patri eius. Sic dicendum, Hi versus sunt scripti manu ejus, non sua, vel dicendum, Hos versus scripsit manu sua. Interest ejus, non sua. Filius ejus apud me habitat, non suus.*

Dicere absolutè.) *Dicere simpliciter.* b 4

Dicere ad longum.] *Dicere uberrimè, diffusè, fusius.*

Dicere conditionaliter.) *Dicere conjunctè, vel cum adjunctione.*

Dicere quod quis libenter audit.] *Ad gratiam loqui, Servire auribus, Dare auribus.*

Dicere omnia quæ in animo sunt.] Cic. *Effundere omnia quæ habemus.*

Dicis adhuc quod est benefactum?) *Etiamnum probas factum?* Cic. *Meum factum probari abs te gaudeo.*

Dicit se non habere, vulgò.] *Negat se habere, scire, vidisse.*

Dictamen.] *Argumentum, Dictatum.*

Dictamen rationis.] *Præscriptio, vel Præscriptum rationis, Summa ratio insita in natura, quæ jubet ea, quæ facienda sunt, prohibetq́; contraria, Communis intelligentia, Natura quæ norma legis est. Recta ratio. Perfecta ratio. Summa & suprema lex.*

Dicterium.) *Dictum.*

Diem festum facere.) Cic. *Diem festum agere.*

Die tertia ante Nonas, Idus, Kalen.] Cic. *Tertio nonas, Idus, Kalendas, vel Tertio Nonarum, Iduum, &c. vel ad tertium Nonas vel Nonarum. Nihil enim differunt, licet id aliter nonnulli docuerint.*

Diescit.] *Lucere incipit, Lucescit, Dilucescit, Lucet. Sic lucis vocabulo diem Latini significabant, cui noctem opponebant.*

Dietim.] *Quotidie, In singulos dies.*

Diffamare aliquem.) *Inferre infamiam alicui, Infamiâ afficere aliquem.*

Differre judicium, vel sententiam in alium diem.) Cic. *Ampliare, pro Differre, scilicet damnationem, judicium, pœnam, utitur. Cùm caussam non audisset, & potestas esset ampliandi, dixit sibi liquere.* Idem. *Quid fuit, Iudices, quare istum nefarium ampliaveritis? Amplius pronuntiare, idem valet.* Cic. *Cùm Consulesve audita amplius de concilij sententia pronuntiavissent.*

Difficulto.] *Difficultatem affero. Difficile reddo.*

Dignoscere.] *Internoscere, Secernere.* Cic. *Secerni blandus amicus à vero, & internosci potest adhibita diligentia.*

Diluvium.) *Eluvio terrarum, Exustio terrarum.* Cic. *Deflagratio aliquando futura cœli atq́; terrarum.* Idem. *Romæ mira proluvies, magna vis aquæ.*

Dimi-

Dimidia voce canere.] *Summissa, vel non plena voce canere.*

Dimittere aliquem.] *Missum facere. Cohortes seu milites missos facere,* Das Kriegsvolck ziehen lassen.

Dimittere debita.] *Remittere, Condonare, Ignoscere. Remittere alicui jusiurandum.*

Discantus.] *Musica, Modi discordes, Symphonia discors, Vocum discordia concors. Cantus diversis vocibus constitutus.* Idem. *Cantilenæ pars suprema, Cantus superior, Harmonia virginali voce modulanda.*

Discedere à jure.) *Abire à jure: Sic dicimus, Abire ab emptione, hoc est ratam non habere, Abire à conditione aliqua. Sed ab hoc parumper abeamus.*

Discere aliquid memoriter.) *Ediscere. Ediscere ad verbum,* von Wort zu Wort außwendig lernen.

Discingere vestem.] Cic *Diloricare vestem, aut tunicam.* Idem. *Discindere vestem.*

Discooperio) *Aperio Res latentes & obscuras, Res involutas & implicatas aperire. Fontes Philosophiæ penitus absconditos aperire. Aperire caput.*

Disconveniens.) *Alienum.*

Discordans.) *Discrepans, Varius. Contr. Congruens, Conveniens.*

Discordantia.] *Discrepantia*

Discurrere.] *Concursare, Volitare, Vagari.* Cic. *Qui armati noctes diesq; concursabant.* Idem. *Domos ferè omnium concursare dixit, hinc Concursatio.* Ter. *Ne sursum deorsum cursites.*

Disdiapasson]Cic. *Tamen ea quæ sunt longissimè disiuncta comprehendam.*

Disijcere omnia.] Cic. *Simia omnia, quæ erant ad sortem parata, disturbavit, & aliud alio dissipavit.*

Disiunctiva.] *Disiunctio.*

Disparitas.) *Varietas.*

Dispensare.) *Canonis gratiam facere, Absolvere à canonibus, Solvere legibus, Facere gratiam jurisiurandi. Non severè exigere quod præstandum est.*

Dispensator.) *Procurator peni, OEconomus, Promus, Condus, Promus, condus, Victus quotidiani administer.*

Diſpergere inter omnes.) *Divulgare.* Cic. *Inimici hanc rem ſermonibus divulgare voluerunt.* Idem. *Volo librum divulgari.* Idem. *Vereri te arbitror, ne per nos hic ſermo tuus emanet.*

Diſplicentia.) *Offenſa, Moleſtia, Dolor, Offenſio.*

Diſponere litteras.) *Curare alicui reddendas.*

Diſpoſitus bene, vel malè.) *Benè vel malè affectus.* Cic. *Is gravi morbo affectus eſt.* Idem. *Qui ſunt morbo gravi & mortifero affecti.* Idem. *Magna deſperatione ſum affectus.* Idem. *Affectus optima valetudine.*

Diſpoſitus fui contrariis modis.) Cic. *Variè ſum affectus tuis litteris, valdè priore pagina perturbatus, paulùm altera recreatus.*

Diſpoſitio.) *Affectio animi.*

Diſſonare.) *Diſcrepare, Diſſidere, Diſſentire.*

Diſquiro.) *Exquiro, ἐξετάζω.*

Diſtant ab invicem.) *Diſtant inter ſe.*

Diteſco.] *Dives fio, Pecuniam facio. Rem augeo, Patrimonium amplifico.*

Diu ſonuit prima.) *Dudum ſonuit, Præteriit, audita eſt.*

Diverſimodè) *Non uno modo. Alius alius diverſitatem ſignificat.* Cic. *Res alio atque alio elata verbo.*

Diverſifico.) *Vario.*

Diverſitas.) *Varietas, Diſſimilitudo.*

Diverſo tempore) *Alias.* Cic. *Alias ita loquor, ut conceſſum eſt, alias ut neceſſe eſt.* Idem. *Alias contentius, alias remiſſius.*

Diverſum judicare.] Cic. *Alias aliud iiſdem de rebus judicare.* Idem, *Aliud aliis videtur optimum.*

Divinator.) *Divinus, Divinans, ut Aruſpex, Augur, Hariolus, Conjector, Vates.*

Diviſibilis.) *Dividuus, Contr. Individuus.*

Diviſim.) *Separatim, Seorſum.*

Dixiſſem ſi tacuiſſes.) *Dixiſſem niſi tu præoccupaſſes.*

Dociliter.) *Intelligenter.*

Doctura, doctoratus.] *Doctoris dignitas ſive munus.*

Doctus in Grammatica.) *Doctus Grammatica, vel Grammaticorum.*

Dogmaticus.) *Cujus libertas differendi amiſſa eſt, quiq́; in diſputando non ſuum judicium ſequitur, ſed aliorum auctoritati paret.*

Dole-

Dolere vel gaudere propter rem aliquam.) *Dolere vel gaudere re aliqua.*

Dolendus.) *Habens dolorem.*

Dolentia.(*Dolor. Contrarium est, Indolentia.*

Dolor.ficus.) *Faciens, Efficiens, Inurens dolorem.*

Dominium.) *Dominatio, Dominatus, Tyrannis, Regnum, Imperium.* Cic. *Dominationem expectant, rerum potiri volunt* Idem. *Brutus populum Romanum dominatu regio liberavit. Nexum, & Nexus, κτῆσις.* Cic. *Attici te proprium esse scribis mancipio & nexu, meum autem usu & fructu.* Idem. χρῆσις μὲν tuus, κτῆσις δὲ. *Attici nostri; ergo fructus est tuus, mancipium illius.*

Dominium dare.] *Mancipio dare. Sic Mancipio accipere.*

Donec vulgò, nec malè) *Dum pro donec crebrò usurpatur. Et usque dum Donec semel apud Ciceronem legi. Nihil dum eleganter Cicero pro Nondum utitur.*

Dono alicui quid mittere.) Cic. *Donum non conjungit cum re quæ mittitur. Oratiunculam pro Deiotaro tibi misi. Ego hospiti veteri & amico munusculum mittere volui, aut, Donare alicui aliquid, dicere consuevit.*

Duabus aut tribus vicibus.) *Bis terve.*

Dubitabilis.) *Habens dubitationem.*

Dubitare de rebus suis.) *Diffidere, & Desperare rebus suis.*

Duo.) *Diatonum, Concentus duarum vocum.*

Duo centum, duo mille.) *Ducenti vel Bis centum. Duo millia, vel Bis mille.*

Duplo plus dare.) Cic. *Prætor decrevit, ut, si judicatum negaret, in duplum iret.*

Durus aer.) *Multa cœli gravitas.*

E

Ebrio.] *Ebrium facio.*

Ebullio.) Cic. *Aquæ effervescunt subditis ignibus.* Cicero non est *usus verbo Ebullio in hoc sensu.*

Ecclesia, Græcè.) *Latinè, Concio.* Cic. *Concio, quæ ex imperitissimis constat.*

Eclipsis Lunæ, Græcè.) *Latinè, deliquium Lunæ, Labor Lunæ, Obscuratio Lunæ.* Cic. *Luna interpositu interjectuque terræ deficit.*

Echo,] *Imago, Saxa & solitudines voce respondent.*

E com-

E complexu evellere.) Cic. *De matris complexu filium avellere atque abstrahere De pro ex, vel è, seu genitivo pluralis sæpè ponitur.*

E contra.) *Contrà, E contrario, Ex contrario, Ex parte contraria. E contra apud Plinium sæpè, apud Ciceronem nunquam legitur.*

E converso.) *Ex adverso. E contrario, Contra.*

Effectivè.) *Efficienter.*

Effectivus.) *Efficiens, Conficiens, Efficiendi naturam habens.*

Effectu præstare.) *Reipsa & exitu præstare.*

Efficacia.) *Efficacitas.*

Efficaciter.) *Efficienter.*

Efficere vestem.) *Conficere vestem, munus, negotium. Facinus aliquod conficere per aliquem. Conficere viam, sermonem, cursum, est perficere. Conficere cum aliquo, est transigere. Conficere pecuniam, exercitum, bibliothecam, est acquirere. Conficere eleganter pro Consumere usurpatur: Vetustas omnia conficit atq; consumit.*

Effigiare.) *Exprimere, Effingere.*

Effluxum est tempus.) *Effluxit tempus.*

Efformo.) *Exprimo, Effingo.*

Egenus.) *Egens* Ciceroni *dicitur.*

Eijcere in exilium aliquem, vulgò.) Cic. *Proscribere aliquem. Exturbare, Exterminare, Expellere ex vel ab urbe.* Cic. *Protagoras urbe atque agro est exterminatus.* Idem. *Miserum est exturbari fortunis omnibus.*

Electionem dare.) *Optionem dare.*

Electuarium, vel electarium.) *Medicamentum ex selectissimis remediis compositum.*

Eligere sibi patronum.) *Adoptare sibi aliquem defensorem sui juris, & ultorem injuriarum, & actorem totius caussæ.*

Emenda.) *Multa, Pœna.*

Eluctor.) *Extrico, vinco.*

Emendare non potui.) *Non fuit in manu mea ne fieret.*

Emi pro te.) *Emi tibi Sic dicimus, Christus natus est nobis.*

Emptionem non tenere.) *Abire ab emtione. A jure non abire, pro, Non discedere à jure.*

Emphasis.) *Clodius valdè me diligit, vel ut* ἐμφατικώτερον *dicam, valdè me amat.*

Enervis.) *Enervatus.*

Encomium.) *Laudatio.*

Ens.) *Quod est, Natura.*

Eò res jam venit.) Cic. *Eum in locum res deducta est.*

Epistolium.) *Littera, Epistola.*

Equiso.) *Agitator.*

Eremita.) *Solitarius homo, In agro vitam agens.*

Eremus.) *Solitudo, Desertus locus.*

Esse in extremis.) *Agere animam. Sic eleganter dicitur, Agere annum tertium, Caussam, consulem, contagionem, conventum, Delectum, Excubias, Radices, Rimas.*

Esse cum aliquo.) *Stare cum aliquo, vel ab aliquo. Cui opponitur stare contra aliquem.* Cic. *Stare à mendacio contrà verum.* Cic.

Esse neglectum.) Cic. *Iacent ea semper, quæ apud quosq; improbantur.*

Essentia.) *Potestas, vis, Natura. Vis & natura, Natura universa, Vis & potestas. οὐσία.*

Est hoc verum?) *Ain' tu? Ain' vero?*

Est necesse.) *Vsus est, Opus est,* Cic. *De quo quid sentiam, nihil attinet dicere.*

Est prolixum nimis) Cic. *De omnibus longum est dicere.*

Et propterea.) Cic. *O rem turpem, & ea re miseram.* Idem. *Id ea re, quia turpe est, non est faciendum.*

Et quod plus est.) Cic. *Quin etiam. Atque adeo, Immò etiam, Quin etiam. Immo verò, Insector, posco, atque adeò flagito crimen.* Idem. *De hujus urbis atq; adeò fortius orbis terrarum exitio cogitare. Elegans est. Quid, cum interrogationis signo, sequente. Quod, adhibere. Quem nuper adeo laudasti adolescentem, comperi in Dialecticis valdè rudem: quid? quod ne nomen quidem flectere potest.*

Evacuo.) *Vacuum facio, Exhaurio, Inanio. Nudum inaneque relinquo.*

Evaginare gladium.) *Educere, Distringere, Stringere gladium. Vaginam eripere.*

Evitatio.) *Declinatio.*

Exactè.) *Accuratè.* Cic. *Dialogos confeci & absolvi, nescio quàm benè; sed ita accuratè ut nihil possit suprà.* Idem. *De aliquo crimine exquisitè & accuratè disputare.* Idem. *Studiosè accurateq; facere.* Idem. *Accuratè & diligenter disputatum est.* Idem. *Accuratè eleganter*

ganterq; dicere. Idem. *Accuratè cogitateq; scribere.*

Exactus.) *Accuratus.* Cic. *Accurata consideratio.* Idem. *Erat incitata & vibrans, tum etiam accurata & polita oratio.*

Exalto.) *Effero, Proveho, Ad honorem produco. Ad honores duco. Effero in cœlum laudibus.*

Excedens.) *Præstans, Singularis, Præcipuus, Præstabilis.*

Excessivè.) *Præter modum, Profusè, Nimium, Immodicè, Insolenter, Extra modum, Supra modum.*

Excessus, a, um.] *Superatus*

Excessus, us, ui.] *Exsuperatio, Sumptus, Intemperantia.* Idem *Error, delictum, Crimen, Erratum.*

Excidium.] *Excisio.*

Excommunicare.) *A cœtu piorum concilioq; abigere; A sancta matre Ecclesia abdicare, Programmate diro & execrabili configere, Interdicere alicui sacris.*

Excommunicatio.] *Dira proscriptio. Execrabile programma, Anathema.*

Excopio.) *Describo, Exscribo.*

Ex corde amare.) *Amplecti, Amicissimè amplecti. Complecti aliquem benevolentia, Comprehendere aliquem amicitia. Perstudiosum esse alicujus.*

Excrescere ex aliqua re.) Cic. *Vtilitas efflorescit ex amicitia.* Idem. *Ex rerum cognitione efflorescat & redundet oportet oratio.*

Excursus.) *Excursio.*

Excusabilis.] *Habens excusationem, vel aliquid excusationis.*

Excusationes pro litteris mittere.) *Noli committere ut excusatione potius expleas officium scribendi, quam assiduitate litterarum.*

Excuso me tarditatis.) *Excuso tibi tarditatem meam, vel Affero excusationem tarditatis meæ.*

Execrabilis.) *Execrandus, detestabilis.*

Exempli gratia.) Cic. *Verbi caussa, vel, Verbi gratia.*

Exemptio) *Immunitas. Vacatio.*

Exemptum esse.) *Habere immunitatem, Legibus solutum esse.*

Exercitium.) *Exercitatio. Opus, Munus, Functio, Ars, Studium, Industria, Agitatio. Exercitium non est Ciceronis.*

Exigere ab aliquo solutionem] *Appellare aliquem.* Cic. *Cùm tibi quotidiè potestas fuisset admonendi, verbum nullum facis, biennio jam confecto fere, appellas.*

Ex-

Exinanitus.] *Enectus, Effœtus, Exhaustus.*

Exigere sæpè solutionem.] *Consectari debita.* Cic. *Ne existimes, qui non debita consectari soleant, quod debeatur, remissuros. Consector elegantissimè significat sequor, persequor, affecto* Cic. *Tardi ingenij est rivulos consectari, fontes rerum non videre.* Idem. *Bonus civis non opes aut potentiam consectabitur. Consectari aliquem clamoribus, Cōviciis, lingua petulantissima, idem dixit.*

Exitum habere.] Cic. *Antea videamus quorsum evadant.* Cic. *Sum precatus, ut ea res nobis faustè, feliciter, prospereque eveniret.*

Ex nunc.] *Ab hoc tempore.*

Exonero.] *Deonero.*

Ex opposito.] *E regione, Ex adverso.*

Exoptabilis.] *Optabilis, Optatus, Expetendus.*

Ex parte mea.] *Meis verbis. Ab aliquo salutare, hoc est, alicujus nomine vel verbis.*

Expedior.] *Emergo è paternis probris.*

Expendere pecuniam.] *Impendere vel Consumere. Expendere pro Consumere à Cicerone & similibus Scriptoribus non usurpatur, sed pro Perpendo, & Pondero.*

Expensa.] *Impensa, Impendium.*

Experire quid sentiant.] *Explora quid sentiant.*

Exiguo spatio.] *Momento, Momento temporis, Momento horæ, Puncto temporis, Puncto horæ.*

Expergesio.] *Expergiscor, E somno suscitor.*

Explico.] *Evolvo, Aperio.*

Explorator.] *Speculator.*

Exponere pro aliquo pecuniam.] *Impendere.*

Exponere se periculis.] *Objicere se periculis.*

Expositor.) *Qui pecuniam suppeditat.*

Expositus fortunæ.] *Objectus fortunæ.*

Ex proposito fecit.] Cic. *De industria, studio fecit.*

Ex sententia alicujus quid facere.] Cic. *De amicorum sententia Roscius Romam confugit.* Idem. *De alicujus consilio facere.*

Exsero.] *Ostento, Declaro.*

Ex se scire.) *De se conjecturam facere.*

Exspecta parum.) *Exspecta paulisper, vel, parumper P... quantitatis est, Paulisper, & Parumper temporis Adverbia sunt.*

Extendere vitam.) Cic. *Is ad centesimum annum vitam pr... xit.*

Extollere vocem.) *Intendere vocem, vel vocis sonum. Contr. ... mittere.*

Extractus.) *Epitome, Commentarius brevis.*

Extrahere sanguinem.) Cic. *Mittere sanguinem, hoc est, Ve... incidere,* zur Ader lassen. *Mittere vocem, est dicere. Vocem pro Re... nemo misit. De te vox nulla missa est,* Es ist deiner mit keinem ... gedacht worden.

Extraordinarius.) *Extra ordinem, Prater ordinem.*

Extraordinariè.) *Extra ordinem.*

Ex uno in aliud cadere.) Cic. *Sibi non conflare Officia vel ... rita alicujus in aliquem conflare, elegantissimè dicitur. pro, confla... alicui benefacere.* Cic. *Mea in te omnia summa necessitudinis o... conflabunt.*

Ex utraq; parte loqui.) Cic. *Vltro citroq; verba habere.* Id... *Multis verbis ultro citroq; habitis, ille nobis consumptus est dies.*

F.

Fabrè facio.) *Benè, optimè, pulcerrimè, scitè, venustè facio. Arge... tum fabrè factum dixit Cicero in Verrem.*

Fabulator.) *Qui fabulas fingit.*

Fabulosus.) *Fictus, Falsus.*

Fac ex tuo consilio.) Cic. *Hac pro tuo consilio considera ... consilium est. Quid faciendum sit judicabis.*

Fac me meminisse.) *Redige in memoriam.*

Facere bonum gaudium) *Vivere lautè, delicatè jucun... nialiter, opiparè & apparatè.*

Facere collationem.) *Facere cœnulam, vel cœnitare.*

Facere damnum.) *Dare damnum. Facere damnum, est da... subire.* Schaden leyden.

Facio de hac re conscientiam.) *Religio mihi est.*

Facere diem festum.) Cic. *Agere diem festum,*

Facere financias.) *Versuram facere,* Geld auff wucher ne... sein schuldt zubezahlen. *Versura solvere,* Schuld mit schul... zahlen.

Facere licentiam.) *Facere potestatem. Permittere : Dare veniam.*

Facere negotium.) *Transigere, vel curare negotium Obire negotium. Facere negotium est molestiam exhibere.*

Facere officium) *Officia fungi, Munere fungi.*

Facere ordinationem.) Cic. *Ferre legem. Ferre ad populum de re aliqua, hoc est, Proponere aliquid populo & rogare.*

Facere quo modo debet.) *Facere ordine, vel ex ordine.* Contra, *Extra ordinem facere.*

Facere proprias expensas.) *Vivere suo.*

Facere quod aliquis vult.) *Obtemperare alicujus voluntati.*

Facere quod fieri non debet.] *Committere culpam.*

Facere reverentiam.) *Habere honorem Honore aliquem afficere.*

Facere ut alicui invideatur.] *Vocare aliquem in invidiam.* Sic, *Vocare aliquem in periculum & discrimen Vocare in suspicionem.*

Facere ut placet.) *Facere suo arbitratu.*

Facere ut.] Cic. *Non est meum committere, ut negligens fuisse videar.* Idem. *Non committam, ut tibi, cum possim prodesse, non prosim.*

Faciam non illibenter.] Cic. *Faciam cupidè studiosè.*

Faciam ut tu consulis.) Cic. *Nihil faciam nisi de tua sententia.*

Fecit hic aut ille?] *Fecit hic an ille?*

Faciliter.] *Facilè, Perfacilè, nullo negotio.*

Factivus.] *Efficiens, ποιητικὸς.* Cic. *Artes quarum omne opus est in faciendo atque agendo.*

Facto.] *Factito, Facto solùm usum habet in Labefacto.*

Factor.) *Effector, Architectus, Perfector, Parens, Genitor.*

Facundus.) *Copiosus ad dicendum.*

Falsetum.) *Vocula falsa Elisa voce canere, Elidere vocem, Paeana citare,* Jn faulset singen.

Falsifico.) *Adultero.*

Fama mala.) Cic. *Infamia, Ignominia, Contumelia, Dedecus, Macula, Nota turpitudinis.*

Fame mortuus.] *Fame enectus.*

Famesco.] *Esurio.*

Famigeratio.] *Prædicatio, Nobilitas.*

Famigeratus.) *Nobilis, Clarus, Celebratus fama, Celeber fama,*

Fama nitore clarus. Qui in maxima celebritate, & oculis hominum vivit. Qui est in magno nomine & gloria. Qui in ore viget.

Famigero.) *Celebro fama*

Fatigo.) *Defatigo, In magno aliquo labore me exerceo, Magnis me laboribus frango.*

Fatuus naturalis.) *Iam inde à primo ortu, Ab originis suæ primordio fatuus.*

Favere alicui, vulgò) *Studere alicui. Velle omnia alicujus caussa, Maximè, honestissimè, vehementer cupere alicui, vel alicujus caussa.*

Favilla.) *Scintilla.*

Favorabilis.) *Propitius, Secundus.*

Febricito.] *Febre laboro. Febrem habeo.*

Fecisti me scribentem.) *Manum calamo non admovissem, nisi te impulsore.*

Felicito.) *Felicitatem do.*

Fellator.) Cic. *Qui ne à sanctissima quidem parte corporis hominum, impuram intemperantiam propulsat.*

Femininus.] *Femineus, Muliebris.*

Feracitas.] *Vbertas.*

Ferior.] *Cesso.*

Ferre secum.) Cic. *Secum deportare.*

Festo.) *Celebro, Ferias habeo, Diem festum ago.*

Festum, Festivitas, Dies festivus.] *Dies festus, Feriæ, Feriarum festorumq́, dierum ratio. Cicero Dies otiosus, dixit eo quod litium, & laborum requietem afferat. Festivitas, sermonis urbanitatem & jucunditatem significat.* Cic. *Dicendi vis egregia, summa festivitate & venustate conjuncta.*

Fictitius.) *Fictus, Commentitius.*

Fidelis, vel specialis nuntius.) *Certus homo, nuntius, tabellarius*

Fideles nuntios habere.) Cic. *Habere cui recte litteras dare possimus.*

Fidejubeo.) *Spondeo.*

Fidejussor.] *Sponsor, Præs.*

Fiet processio.] *Supplicatio habebitur.*

Figlinus.] *Fictilis.*

Figmentum.] *Commentum, πλάσμα, Fabula.*

Filiæ virum dare.] *Viro filiam collocare.*

Fi-

Finalis.] Τελικός.

Finaliter.) *Tandem aliquando, genus loquendi Latinus admodum solemne.*

Fingere falsè.] *Ementiri. Fingere est ingeniosè aliquid excogitare. Hoc intelligerem quale esset, si id in cereis fingeretur, aut fictilibus figuris.* Idem. *Fingere aliquid animo & cogitatione.* Idem. *Volucres videmus fingere atque construere nidos suos.* Idem. *Alexander ab Appelle pingi, à Lysippo fingi volebat.*

Finire librum.) *Finem imponere. Annuum tempus conficitur. Conficere cursum. Finire est certis finibus & terminis aliquid circumscribere.* Cic. *In ore sita lingua est finita dentibus.*

Finitio.) *Terminatio.*

Finitus.] *Definitus, Habens modum, Perfectus, Absolutus, Confectus, Profligatus, Emeritus.*

Firmiter proponere.) Cic. *Certum esse, Mihi certum est abire.*

Fixè.) *Acriter. Acri animo, & attento.*

Florenus.) *Aureus, subaudito, Nummus. Nummus aureus flore insignis.*

Fluvialis.) *Fluviatilis.*

Fluxus.) *Fluxio.*

Fœteo.) *Malè oleo, Puteo.* Cic. *Odor teterrimus oris & corporis, quem ne bestiæ quidem ferre possent.*

Folium.) *Pagina. Ceram extremam codicis Cicero, pro folio extremo, & Primas & secundas ceras testamenti, dixit Suetonius.*

Fomes peccati.) *Seminarium vitiorum. Vitiositas.*

Formidabilis.) *Formidolosus, Horribilis, Terribilis.*

Formularium.) *Stylus, Formula.*

Foro.] *Fodio, Perterebro.*

Fortis de inanimatis.) *Firmus, Valens, Confirmatus. Refertur Fortis non ad valetudinem, & integritatem, sed potius ad robur.*

Fortifico.) *Munio, Communio.*

Frangere caput alicujus.] Plaut. *Illi homini diminuam caput. Sic, Diminuere fores securibus.*

Frangere jejunium.) *Solvere jejunium.*

Frangere testamentum.) *Rescindere testamentum. Sic, Rescindere constituta ab alio. Rescindere judicium alicujus, hoc est, rem judicatam.*

Fraternitas.) *Germanitas.*

Fraudulenter.) *Insidiosè.*

Frigefacio.) *Refrigero.*

Frigefactivum.] *Refrigerans, Quod vim habet frigoris.*

Frigefio. *Refrigeror.*

Frigida aura.) *Frigidum cœlum. Est valdè frigidum.*

Fructifer.] *Frugifer. Fructuosus.*

Fructifico.) *Fructum edo, fero. Fruges fundo.*

Frumentum ad servandum reponere.) Cic. *Condere frumentum, vel fructus. Sic Condere pecuniam,* hindet sich legen.

Fruticesco.] *Fruticor, Translatè dicitur os alicui scabie fruticari; Quod febribus jam libera i sentire solent, dum circum labra quædam subnascitur scabies.*

Fuga in musica.] *Eadem modulatio alternatim, & per vices diversis vocibus expressa, ita ut cantores se mutuò insequi, & quodam modo fugare videantur.*

Fugere honores.) Cic. *Defugere honores. Sic Defugere disputationem, inimicitias, auctoritatem, Consulatus.*

Fugere currendo.) Cic. *Dare, Conjicere, Conferre se in fugam. Dare se in pedes.* Cic. *In viam quod te des hoc tempore, nihil est.*

Fulminare.) *Fulgurare, Fulgere, Fulmen jacere, De cœlo tangere, Vel percutere: E cœlo, Vel de cœlo jacere.*

Fulminatus.] *De cœlo ictus, tactus, percussus.*

Fulminor.) *De cœlo tangor, Iacior, Percutior.*

Funis.) *Funiculus.*

Funus ad sepulturam ferre.) *Efferre* Cic. *Lucullus matrem efferebat.* Idem. *Si Cæsar funere elatus esset.*

Furiatus.) *Furens, Furibundus.*

Fusa, vel fusilis nota.) *Octava pars mensuræ Musices. Nota unco designata, Nota fusè, raptim, & celeriter cantanda.*

Fusim.) *Fusè.*

Fusoria.] *Pyrobolus, Telum missile ignitum, Ignis missilis.*

Futuo.) *Venereis voluptatibus fruor.*

G.

Garrulitas.] *Inanis quædam profluentia loquendi.*

Generatio.] *Ortus. Procreatio.*

Generalis ordinis) *Primus ordinis.*

Generaliter & specialiter.) *Generatim, & Speciatim.*

Gesta.) *Res gesta.*

Gesticulor.) *Gestum ago.* Cic. *Agere gestum humeris.*

Gladio verberare, vel securi.) *Fercutere gladio securi, lapidibus. Verberamus virgis, aut fustibus. Percutimus instrumentis quibus majora vulnera infliguntur, & occiduntur homines.* Cic. *A quibus ille se lapidibus appetitum & percussum esse dixit.*

Glorifico.] *Gloria afficio. Gloriam alicujus prædico. Gloriosè alicujus laudes prædico.*

Glossare.) *Interpretari, Explanare, Exponere.*

Gracilis.] *Tenuis, Strigosus, Exilis, Exiguus, Subtilis.*

Grandiusculus.) *Grandior.*

Gratiam invenire.) Cic. *Inire gratiam.*

Gratitudo. *Gratia, Gratus animus, Memor animus: Memoria, Voluntas grata in aliquem. Grata animi benevolentia, Pietas.* Cic. *Nullam partem tuorum meritorum, non modò referenda, sed ne quidem cogitanda gratia consequi possim.*

Gravare aliquem aliqua re.) *Imponere alicui aliquid.* Cic. *Imponere nimis duras leges cuipiam.* Idem. *Imponere onus alicui.* Idem. *Agris publicis pergrande vectigal imponere. Gravare apud Poëtas frequens est. Gravor, id est, non libenter facio, Ciceroni crebrò usurpatum.*

Gressibilis.] *Gradiens.*

Griseus.) *Canus, Cinerius, Cinericius, Leucophæus.*

Grossè, vel grosso modo.) *Pingui, vel crassa Minerva.*

Gulositas) Cic. *Ventris & gutturis vitium.*

Guttare.) *Manare.* Cic *Herculis simulacrum multo sudore manavit.*

H

Habebis mecum benè agere.) *Me sat commodè uteris. Sic dicimus, Commodis moribus homo Et, Commodè sedere, pro benè.*

Habere aliquem in honore.) *Colere aliquem, Observare.*

Habere apud se.) *Habere ad manum.*

Habere bonam complexionem.) *Habere corporis constitutionem firmam.*

Habere bonum aut malum exitum.) *Benè aut malè evenire Faustè feliciter, prosperè evenire.*

Habere bonam, vel malam famam.] Cic. *Benè vel malè audire. Bene existimari de aliquo.*

Habere bonam vel malam opinionem.] *Benè vel malè de aliquo existimare.*

Habere bonam vel malum ventum.) *Uti secundis, vel adversis ventis.*

Habere ditionem.) *Habere munus, aut locum.*

Habere liberos cum aliqua.) *Ex aliqua habere vel suscipere liberos.*

Habere ex utraque parte multa verba.) *Ultro citroq; verba habere.*

Habere malum spiritum.) *Anima tibi fœtet* Plaut. *An fœtet anima uxori tuæ?*

Habere melius.) Cic. *Satis te maturè videro, cùm planè confirmatum videro.* Idem. *Cùm te planè confirmaris, ad nos venias.*

Habere patientiam.) *Ferre patienter, toleranter, placidè, placatè, humanè; Æquo animo sufferre, tolerare. Patienti animo ferre aliquem.*

Habere pro nihilo.) *Gratis habere.*

Habere rationem commodi, vulgò, nec malè.) *Ducere rationem commodi* Cic. *Officij rationem atq; existimationis duci convenit.* Idem. *Non ullius rationem sui commodi ducit.*

Habere salvaguardiam.) Cic. *Esse in fide & clientela alicujus. Iis tribuitur qui se dederunt alicui. Qui se committunt alicui, Clientes nominantur; recipientes Patroni dicuntur. Differunt Esse in fide, clientela alicujus, & esse in tutela alicujus. Hoc enim pupillorum est, Illud verò eorum qui aut victi sunt, aut præsidio alicujus egent.*

Habitat hinc non procul.) *Habitat in proximo.*

Habitare in fine civitatis.) *Habitare, vel inhabitare ultimas urbis partes.*

Hac, vel prima vice.) *Nunc tantùm. Primò. Tertium Consul. ... ces pro, tertia vice Consul.*

Hæc est tertia epistola, quam scripsi.) Cic. *Tertiam ad te hanc epistolam scripsi eadem die.*

Hæc non sic transibunt. *Hoc tibi non sic abibit.* Cic. *Non ... sunt istbæc sic abire.*

Hæreditatem dividere.) Cic. *Cernere hæreditatem. Patris hæreditatem ...*

ditatem adire. Ii qui hæredes erant, testamento hæreditatem adeunt.

Hæredito.] *Hæreditas ad me venit. Hæreditas mihi venit. Hæres sum, Hæreditatem adeo. In hæreditatem venio.*

Hæres bonorum omnium.) *Hæres ex asse. Sic, Ex semisse, Ex quadrante.* Cic. *Testamento facto mulier moritur, facit hæredem ex deunce, & semuncia.*

Hermaphrodytus.] *Androginus.*

Hiatio.) *Hiatus.*

Hic mansit sedens) *Hic resedit.*

Historiographus.) *Historicus,*

Hoc facit pro me.) *Hoc facit à me. Istud facit mecum. Hoc est pro me.*

Hoc nescio tangere.) *Contingere non possum.*

Hoc mihi cecidit.) *Hoc mihi obtigit, Obvenit.* Cic. *Quod cuiq; obtigit, id quisq; teneat.*

Homagium.) *Clientela.* Cic. *Conabaris clientelam tam illustrem, tam splendida provinciæ ad te traducere. Fides Clientelaris.*

Hominum recordatione.) Cic. *Post hominum memoriam.*

Honorem surgendo exhibere alicui.) *Latinè, Assurgere alicui. Apud Lacedæmonios natu majoribus assurgebatur. Assurrectum est illi ab omnibus.*

Honorariam pecuniam dare.) Cic. *Habere alicui honorem* ein verehrung geben.

Horas suas legere.) *Legere preces horarias. Pensum precum absolvere.*

Horoscopus.] *Chaldæis in prædictione & in notatione cujusque vitæ, ex natali die, minimè credendum est.*

Hortulanus.] *Olitor.*

Horum ambo.) *Horum duo. Ambo, & Universus non capiuntur partitivè.*

Hospitor.) *Hospitio accipio, Domo ac tecto recipio. Sedibus recipio. Domum meam recipio.*

Hospitale infirmorum.] *Nosocomium.*

Hospitale peregrinorum.) *Xenodochium.*

Humanum genus, vita.) *Hominum genus, vita*

Humiliare se. Cic *Demittere se. Sic, Demittere animos,* kleinmütig werden. *Demittere vultum, oculos,* Die augen niderschlagen

Humiliatus.) *Demissus.* Cic. *Sylla mœrens, demissus, afflictus.* Idem. *Invenies eum apud sororem tuam occultantē se capite demisso.* Idem. *Animus humilis atque demissus.* *Nihil hoc viro modestius.* *Præfert animi submissionem.*

Humiliter vulgò, nec malè.) Cic. *Demissè & humiliter loqui. Suppliciter atque demissè agere gratias. Demitto in eadem significatione eleganter usurpatur.* Cic. *Te rogo ne contrahas, aut demittas animos* Idem. *Si vincunt, efferunt se lætitia; Victi debilitantur, animosq; demittunt.*

Hypocrisis.) *Simulatio virtutis, Vendicatio quædam atque ostentio.*

Hypocrita.) *Eruditus artificio simulationis.* Cic. *Qui cùm maximè fallunt, id agunt, ut boni viri esse videantur.*

Hypotheca.] *Connexum.*

I.

Iacere super genua.) *Niti flexis genibus.*

Iactare lapides post aliquem.] *Appetere aliquem lapidibus.*

I ad patibulum.] Cic. *Quin tu abis in malam pestem malumque cruciatum.* Ter. *Abi in malam crucem. Ad corvos.*

Iecit me luto.) *Aspersit me luto, Iecit in me lutum.*

Ieiuno.) *Cibo me abstineo.*

Iejunium.] *Inedia.*

Ignaviter.] *Ignavè.*

Ignominiosè.) *Per ignominiam.*

Ignominiosus.) *Contumeliosus, Sordidus, cum ignominia conjunctus, Maculosus.*

Ignoranter.) *Per ignorantiam, Inscienter.*

Ijdem cum, &c.) Cic. *Sit igitur hoc cognitum numeros oratorii eosdem esse, qui sunt poëtici.* Idem. *Lunam & Dianam eandem putant.*

Illæsus.) *Incolumis, Invulneratus, Inviolatus.*

Illegitimus.) *Nullum habens jus.*

Illibenter aliquid facere.] *Non libenter, Non promptè, Non alacri animo, Ægrè aliquid facere.*

Illud pro certo tene. Cic. *Sic habeas.*

Illuminare picturam.] *Inducere vivos colores, Miniare picturam.*

Im-

Imaginatio.] Cic. *Cogitatio, Notio animo impressa.*

Imaginor.) *Cogito, Fingo, Effingo, Formatum habeo, Suspicor, Cogitatione depingo & fingo, Animo comprehendo, Suspicione attingo, Conjectura informo. Speciem alicujus rei cogito, animo fingo, in notione animi repono, Cogitatione & mente complector, Cogitatione assequor. Imprimo notionem in animo.*

Immaculatus.] *Inviolatus, Incorruptus.*

Immanifestum.) *Occultum, Obscurum.*

Immediatè.) *Proximè, Modò, Mox.*

Immediatus.] *Proximus.*

Immedicabilis.] *Insanabilis, Desperatus.*

Immeritus.] *Injustus.*

Immisceo me negotio.] Cic. *Sapientius facies, si te in istam pacificationem nihil interpones.* Idem. *Hæc scripsi sedato animo, nullum judicium meum interponens, sed exquirens tuum.*

Immoriger.] *Non obediens.*

Immoror.] *Insisto, Habito, Hæreo, In re aliqua longior sum, Adhæresco.* Cic. *Ad quamcunque sunt disciplinam quasi tempestate delati, ad eam tanquam ad saxum adhærescunt.*

Impatienter.) *Intoleranter.*

Impeditus tempore.) *Exclusus tempore, aut angustiis temporis.* Cic. *Angustiis temporum excluduntur omnes.* Idem. *Vt exclusus miser puncto temporis spoliaretur beneficio, & æquitate legis.*

Impendere laborem alicui rei.] Cic. *Tempus omne conferre ad aliquid.* Idem. *In valetudinem diligentiam conferre. Conferre manus, ferrum, signa cum aliquo. Conferre pedem, est congredi, pugnare, & prælium facere. Castra castris collata audiebamus.*

Imperfectè.] *Precisè.*

Imperitia.) *Inscitia, stultitia.*

Imperterritus) *Fortis, Magnanimus.*

Impertinens.) *Ad causam nihil pertinens. Alienus à reipsa. Extra caussam hoc dicitur. Hoc est ἀπροσδιόνυσον.*

Impetuositas.) *Impetus.*

Impetuosus.) *Violentus, Vehemens, Furens.*

Impingere ad aliquid.] Cic. *Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat. Impingere apud veteres nunquam illidere aut offendere significat, sed infligere aut injicere aliquid*

quo capiatur aliquid Vt impingere alicui unicum, aut fustem, calc... colaphum, pugnum.

Imponere aliquod officium.) *Imponere personam, aut partes a... liquas.* Cic. *Vt meminissem quam personam à vobis impositam sustin... rem.* Idem. *Partes has mihi Cæsar imposuit.*

Importantiæ nullius.) *Momenti nullius. Non habet vim, fi... mitatem.*

Impossibile.) ἀδύνατον. *Quod fieri non potest.* Cic. *Sapè etiam quæ fieri non possunt, optantur.*

Impostor.] Cic. *Ille planus improbissimus.*

Impræmeditatus.) *Imparatus.*

Imprecatio.] *Execratio.*

Imprecor.) *Malè precor, Execror, Pestem alicui exopto. Tristi... omnibus persequor.*

Impropero.) *Exprobro.*

Improprius.) ἄκυρος.

Impune esse.) *Impunè aliquid facere* Cic. *Si non dederit, impunè sit* Ter. *Non sic abibit* Idem. *Non sic auferes.*

Imputare.) *Polluere, Inquinare, Impurum reddere.*

Imputare alicui.) *Tribuere. Ascribere, Assignare.* Cic. *Amabo te, ne hoc sceleri potius quàm impudentiæ assignes.*

In abscondito.] *In occulto. Summa ingenia in occulto sæpè latent.*

In aliquo loco.) *Vspiam.*

In aliquo planeta natum esse.) *Aliquo fato natum esse* Cic *Fa... conditione, atque eo fato natum me esse.* Idem. *Qua quidem in re singulari sum fato.*

In alto.] *Sublimè.* Cic. *Theodori quidem nihil interest, humi... an sublimè putrescat.*

inanimo.) *Animum augeo, Animum alicui do adfero.*

inanis gloria.) *Falsa gloria.*

in aurem aliquid dicere.) Cic. *Insusurrare ad aurem alicujus familiariter. Insusurrare in aures, Insusurrare aliquid alicui. Favonius ipsa insusurrat, navigandi nobis tempus esse.*

incantamentum) *Cantio.*

incassum.] *Frustra.*

incepi.] *Cepi. Non invenitur apud Ciceronem Incepi, nisi loco valde dubiis.*

incessanter.) *Nullo puncto temporis intermisso.*

incidere in morbum.) *Delabi in morbum.*

incidere in ecstasin.] *Mentis stupore opprimi. A mente, aut animo discedere.* Cic. *Exire de potestate dicuntur, qui non sunt in potestate mentis.* Idem. *Cælius discessu meo discessit à sese. hoc est, dissimilis sui factus est.* Idem. *Audiri quartanam à te discessisse; hoc est, abijsse.*

incidere in pœnam.] *Commissum esse aliquid alicui Sic; Hereditatem aliquam alicui commissam esse. Commissam pœnam persequi,* Auff d'e straff/so eine n verfallen ist/dringen.

incipiente ætate.] Cic. *Ineunte ætate.*

inclinatio.] *Proclivitas, Fa ilitas, Propensio.*

inclinatus.) *Proclivis, Applicatus, Propensus, Pronus. Inclinatione voluntatis aliquem propendere.*

incœnis.) *Incœnatus.*

incogitabilis.) *In cogitationem non cadens.*

incogitans.) *Inconsiderans,*

incogitantia.] *Inconsiderantia.*

incommoditas.) *Incommodum.*

incompetens.] *Iudex non legitimus.* Cic. *Auditis de eo, in quem iudices non estis.*

incompositus.) *Incondita oratio.*

incomprehensibilis.) *Incomprehensus.*

inconsideratio.) *Inconsiderantia Inconsulta ratio.*

inconsultu meo.] *Me inconsulto.*

incontinens.) *Intemperans.*

inconveniens.) *Incommodum, & absurdum.*

incorporare.) *Devorare, In corpus traijcere* Idem. *In Vnum corpus redigere, Conficere unum corpus, In unum corpus conflare.*

incorporeus.) *Corporis expers. Contrarium est, Corporeus.*

incorrectus.) *Mendosus, Mendis scatens.*

incorrigibilis.) *Insanabilis.*

incredulitas.) *Diffidentia, Scrupulus, Dubitatio.*

incredulus.) *Diffidens.*

inculpo.] *Do vitio, crimini; Verto vitio; In culpa pono.*

incurabilis.) *Insanabilis, Desperatus. Quod curationem recipere non potest.*

inde-

Indebitus.] *Iniustus.*

Indefinenter.] *Nullo puncto temporis intermisso.*

Inde venit quod.) *Ex hoc evenit, ut. Hinc adeo est. Hinc fit ut* ... *caussa est cur.*

Indicare bellum.] *Denuntiare, & indicere alicui bellum.* S... *Denuntiare alicui mortem, inimicitias.*

Indicare censoribus quantitatem possessionum.] *Profi... agros suos, prata, hortos. Conficere professionem,* Seine Güter a... zeigen vnd schätzen lassen.

Indigestio.) *Cruditas.*

Indigestus.) *Crudus.*

Indiscretus.) *Temerarius, Immodestus, Expers modestiæ.*

Indisciplinatus.] *Protervus.* ἀκόλαστος.

Indigus.] *Indigens.*

Indispositus.] *Crudus.*

Indivisibilis.) *Individuus.*

Indominabilis.] *Effrenatus, Qui imperium recusat, Præceps.*

Indubitanter.) *Non dubitanter, Sine ulla dubitatione. Pro ver... certo.*

Indubitatus & Indubius.] *Exploratissimus, Certissimus, Persp... cuus, Quod non habet dubitationem.*

Induere pedibus calceos.) Cic. *Inducere pedibus, vel in pedes cal... ceos vel soleas. Inducere animum, vel in animum, significat.* Sich vor... setzen. *Inducere novum morem,* Ein newe weiß anfangen. *Indu... nomina est delere. Hic me induxit, id est, fefellit.*

Indulgentiæ.) *Condonationes.*

Induo te tunicam.) *Induo te tunica, vel Induo tibi tunicam.* ... *Syntaxin Emanuelis.*

Industriosè.) *Industriè.*

Inebrio.] *Vino obruo, Ebrium facio. Inebrio Plinianum est, &* ... *ticum.*

Ineffabile. ἄφατον.

Ineloquens.] *Infans.*

Inemendabilis.) *Insanabilis.*

Inenarrabilis.) ἀδιήγητος. *Inauditus, Incredibilis.*

In eum statum res venit. *Res eò deducta. Accommodatur q... ad sententias, & animos hominum, quos verbis flectimus.* Cic. El...

tia deducimus perterritos à timore, & consolamur afflictos. Deducere aliquem de sententia, de fide, de animi pravitate. Deduci à mente consilioq; ; hoc est, amentem fieri.

Inexcusabilis.] Nihil excusationis habens.

Inexpertus.) Rudis, Imperitus: Inexercitatus; Nullo usu, Inexercitus.

Inexstinguibile odium.) Infinitum odium.

In extremis esse.] Cic. Agere, Edere, Efflare animam.

Infallenter.] Pro certo, vero.

Infamare.) Inferre alicui infamiam.

Infamatus.] Infamis.

Infatigabilis.] Acer.

Infeliciter agere.) In miseriis & calamitatibus versari. Miserum esse. Infeliciter apud Ciceronem nunquam est.

Inferioritas.) Inferior ordo.

Infernus.) Sceleratorum sedes atq; regio.

Infesto.] Infestum reddo, Infestus sum.

In fine libri.) In extremis, In extrema parte. Cic. Littera quibus in extremis erat, sibi insidias fieri. Idem. Epistola in qua extrema scriptum erat.

Infirmari.) Ægrotare. Ad desperationem Medicorum ægrotare. Morbo afflictari. Morbo affici. Ægro esse corpore.

Infirmarium.] Valetudinarium, Nosocomium.

Infirmitas.) Morbus: Infirma, ægra, incommoda valetudo. Gravitas, Imbecillitas, Infirmitas valetudinis. Cic. Propter infirmitatem valetudinis non potuit similis esse patri. Idem. Si te dolor aliquis corporis, aut infirmitas valetudinis tenuit, quo minus, &c.

Infirmus.) Æger. Homo infirmus, vel infirma valetudine. Infirmus non ægrum, sed imbecillem significat. Contrarium est; Firmus, id est, integer, validus, robustus.

Infirmiter.] Infirmè.

Infixum esse.) Residere in aliquo. In corpore mortuo nullus residet sensus.

Inflativus.] Habens inflationem.

Influxus.) Tactus lunæ, Demissa è cœlo vis. Cic. Multa à luna manant & fluunt.

Infortunium.) Adversa res, Adversa fortuna, Acerbitas. Qui propter fortunam non propter malitiam in malis sunt. In-

Infra octo dies.) *Intra octo dies.*

infrascribo.] *Subscribo. Subscribere dicebantur ij, qui in judic. accusatoribus aderant, & unà Rei nomen deferebant. Pater reum fec. filium, mater subscripsit. Subscriptor, oris, qui alteri adest in accusand. Subscriptio*, ein beyfall in einer klag.

in freno tenere, vel non appetitum.] *Coërcere cupiditates. Domitas habere libidines, vel iisdem indulgere. Appetitus exultantes regere, vel iisdem habenas laxare.*

infrigido.) *Refrigero.*

infumibulum.) *Vaporarium.*

ingluvies.) *Insaturabile abdomen.*

ingratitudo.) *Animus ingratus.* Cic. *ἀχαριστίας crimen subi. non audeo.*

ingruo.) *Ineo.*

ingurgitare cibum, vel potum.] *Ingurgitare se. Sic, Ingurgitare se in alicujus copias vel bona:* Sich in eines güter eindringen *Injurgitare se in flagitia:* In laster stecken.

injurgitatio.) *Crapula, Ebrietas.*

in hæreditatem succedo.] *Venit mihi hæreditas à propinquo.*

inimicus caussæ, amicus personæ.) *Non cum homine, sed cum causa dissideo, vel, Non ab homine, &c.*

in ipso facto invenire.) Cic. *Deprehendere in aliquo facto, in adulterio, in maleficio, cum aliqua muliere.*

injungatur illi.) *Hac cura detur illi. Hæ partes dentur illi.*

injurior.) *Infero. Affero, Facio alicui injuriam. Malè de aliquo mereor. Malè accipio aliquem verbis. Dico vel Facio alicui convitium.*

innaturale.) *Non videtur mihi per naturam fieri posse. Natura ab eo abhorret.*

inobediens.) *Non obediens.*

in omnes partes versare, & inquirere.) *Agitare aliquid.* Cic. *Excitare & Agitare feras.* Idem. *Aves insectatur & agitat aquila.* Idem. *Furiæ agitant & insectantur impios.* Idem. *Agitari scelerum pœnis.* Idem. *Sententia quæ erat superioribus diebus agitata in Sena. Agitatio à Cicerone animo & linguæ & motu vacuus esse potest. Agitationibus & motibus linguæ cibus depellitur.*

in omni subjectione.) *Demississimè. Subjectissimè.*

inopinans.) *Necopinans, Ignarus, Inscius.*
inopinatè.) *Necopinatè.*
inopinus.) *Inopinatus.*
inordinatè.] *Immoderatè. Sine ordine.*
inordinatio) *Confusio.*
in ore est omnibus.) *Illustris & pervagata fama. Res percrebuit. In ore atque sermone omnium cœpit esse, Constanti fama atque omnium sermone celebratum est, Tritum & celebratum.*
in persona propria veniam.) *Ipse veniam, Præsto ipse ero.* *Nam persona non corpus simpliciter, sed statum seu conditionem hominis significat.*
in potestate mea est.) *In manu mea est.*
in pristinam amicitiam redire.) Cic. *Redire in gratiam* *Omnia obliviscor, in gratiam redeo.*
in quantum.] *Ob id ipsum, quia. Quatenus, Quà.* Cic. *Videndum quatenus amicitiæ tribuendum sit;* Wieviel. Idem. *Quatenus fas erit;* So fern. Idem. *Intelligo te distentissimum esse, quà de Buthrotiis, quà de Bruto;* So viel anlangt. Idem. *Quatenus negatur nobis diu vivere,* Dieweil.
in quantum possum.) *Quoad possum.*
inquinare.) *Corrumpere.*
insalutatus.) *Omnes nos ἀπροσηγόρους reliquit.*
insensatus.) *Stupidus, Communi naturæ sensu carens, Stipes. Sine sensu, Sine sapore, Elinguis. Tardus.*
insensibilitas.) *Stupiditas. Stupor.*
insensibiliter.) Cic. *Sensim, & sine sensu ætas senescit.*
insensivus.) *Sensum non habens.*
inserere in aliquid.) *Interponere. & in medio collocare.* Cic. *Epistolas in eundem fasciculum velim addas.*
insido.] *Insideo.*
insolitè) *Insolenter, & Rarò.*
insolitus.) *Insolens.* Cic. *Noster amicus insolens infamiæ, semper in laude versatus est.*
insolubilis.] *Inexpugnabilis.*
in specie.) *Speciatim, Sigillatim.*
instabilis.) *Varius, Lubricus, Volubilis, Commutabilis, Vagus.* Cicer. *Vide quàm sit varia vita, commutabilisq; ratio, quàm vaga*

vaga volubilisq; fortuna. Instabilis, Vsurpatur apud Heren.

Instabilitas.) *Volubilitas.*

Instare pro debito.) Cic. *Admonere, & Appellare aliquem.*

Institor.) *Propola. Qui mercatur à mercatoribus quod statim vendat.*

Institutum est benè.) Cic. *Benè majores nostri hoc compararunt.* Idem. *Præclarè legibus comparatum est.* Idem. *Ita ratio comparata est vitæ naturæq; nostræ.*

Instructa domus.] *Benè de rebus domesticis constitutum esse.*

Instructio.) *Institutio, Præceptum, Disciplina, Catechesis.*

Insufficienter.) *Exiguè.*

In tantum.) *Vsque eo, ut.* Cic. *Quod Amerinis usque eo visum fuit indignum, ut fletus gemitusq; tota urbe fieret.*

Intellectus.] *Intelligentia, Mens, Ratio. Intelligentia tum ipsam actionem, tum vim & instrumentum, quo animus aliquid comprehendit, notat. Intelligentia & ratione aliquid comprehendere. Hoc fugit intelligentiæ meæ vim & notionem. Hoc longissimè ab omnium hominum sensu & intelligentia disiunctum est.*

Intelligenter dicere.] *Scienter, & peritè dicere.*

Intelligibilis.] *Sub intelligentiam cadens. Quod ratione sapientiaque comprehenditur. Quod in nostram intelligentiam cadit.*

Intelligibiliter.) *Intelligenter, Cùm docilitate.*

Intentio.) *Scopus, Propositum, Finis.*

Intercedere pro aliquo.) *Deprecari pro aliquo.* Cic. *Pro uno filio duo patres deprecamur. Intercedere hoc sensu apud Ciceronem non invenitur. Deprecor eleganter precando obtinere, vel effugere significat.* Cic. *Multorum hic vitam à L. Sylla deprecatus est. Sic deprecari mortem, supplicium, injuriam ab aliquo. Intercedere Romani Tribuni tribuerunt, ut populi nomine, quæ senatus statuere vellet, impedirent. Cic. Qui veritus est, nè Fusius ei legi intercederet. Sic Intercessio,* Ein Jnred/oder verhinderung. *Intercessor;* ein Verhinderer / der da w... ret / daß ein Gesätz kein fortgang habe.

Intercessor.) *Deprecator.*

Intercessio.) *Deprecatio.*

Inter cœnandum, vulgò.) Cic. *Inter cœnam, maluit dicere. Inter prandium, inter pocula, vel scyphos.*

Interest maximi, minimi.] *Interest vel refert Maximè, Mi...*

Inte...

Interfectio.)Occisio, Cædes.

Interlocutores.)*Eclogarij,nomina eorum qui in Dialogis loquentes introducuntur.*

Intermitterre nullum officium.) *Nullo modo deesse alicui. Pro Intermittere eleganter supersedere adhibetur.* Cic. *Supersedere labore itineris.*Idem. *Verborum multitudine supersedendum est.*

Internus.) *Interior.*

Interpretamentum.]*Interpretatio.*

Interpretari in bonam vel malam partem. Cic. *Durius mihi hoc accipere visus est,quàm vellem,& quàm belli homines solent.* Idē. *Periculosè dico,quemadmodum accepturi sitis horreo. In bonam vel optimam partem amicè,patienter,moderatè,asperius,graviter,securè, in contumeliam aliquid accipere.*

Inter se mutuò.)Cic.*Beneficia ultro citroq; data & accepta.Vltro citroq; , vicissitudinem,qua eadem via eatur redeaturq; significant.*

Intersignium.] *Signum,Symbolum.*

Interstitium.*Intervallum.*

Intertexo.) *Intexo.*

Intimare.) *Significare,Denuntiare,Item Provocare in jus, Diem judicij dicere.*

Intimatio.]*Denuntiatio.*]

Intitulo.]*Inscribo.*

Intonare.] *Præcinere,Præire præcinendo.*

Intrepidus.) *Qui est animo magno,præsente, infracto, vel invicto.*

Intricatus.) *Perplexus,Nec caput,nec pedes.*

Intrinsecum bellum.]*Intestinum bellum.*

Intrinsecus.)*Interior,Intestinus.*

Invalidus.)*Irritus,Nullus.*

Invehere in al quem.)Cic.*Insectari aliquem. Invehi in aliquē. Petulanter & procaciter in aliquem invadere.*

Invenire pecuniam.) *Conficere,vel Conflare pecuniam.*

Inventarium.] *Apophasis,Apographa,Index,Catalogus, Commētarius,hinc Redigere bona in Commentarium,vel Commentarium bonorum conscribere,* Die güter Inventariren.

Inverecundia.)*Impudentia.*

Lapidem primum ponere.] *Prima fundamenta jacere.*

Lapido.] *Lapidibus cædo. Lapidibus appeto & percutio. Lapidationem facio. Lapidibus obruo.*

Lapillus.] *Calculus.*

Lascivio.) *Exulto.*

Lasso.) *Languefacio.*

Lassus.] *Defatigatus, Languidus, Languens* Terent. *Animus lassus, cura confectus stupet.*

Latet me, non me latet.) Cic. *Fugit me, Non me fugit. Nulla res est in usu militari posita, quæ hujus viri scientiam fugerit. Cicero uno loco dativum cum Latere conjunxit; Nihil agis, nihil assequeris, nihil moliris, quod mihi latere valeat in tempore.*

Lavacrum.] *Lavatio.*

Laudabiliter.) *Cum laude.*

Laudare valdè.] *Efferre aliquem in cœlū laudibus, Efferre verbis, Efferre summis laudibus, Ponere in magna laude.*

Laudari, vulgò, nec malè.) Cic. *Benè audire. Malè audire, vituperari est, Durum quidem, sed regium est, ubi benefeceris, audire malè.*

Legatum sibi deligere.) Cic. *Legare sibi aliquem. Cæsar Cassium sibi legavit. Significat & Legare aliquem, Legatum aliquem mittere. Vt; Plures jam ad Cæsarem legantur, de agenda pace, de agendis induciis.*

Legenda.) *Vita divorum. Divorum gesta res.*

Leges præscribere.) Cic. *Ferre legem, Sancire legem, Edere legem. Imponere legem Tyrannorum est.*

Legitimare.) *Legitimum reddere. Natalibus restituere.*

Lenimentum.) *Lavamentum.*

Lento.) *Laxo.*

Lepidulus.] *Lepusculus.*

Letalis.) *Funestus, Mortifer.*

Levativus.) *Habens levationem doloris.*

Liberari periculis.] Cic. *Defungi periculis,* Gefahr außstehen. *Sic. Defungi laboribus, molestiis, fato, morbo.*

Libertas muneris publici.) *Immunitas, Vacatio.*

Liberum tibi est.) Cic. *Integrum tibi est. Si essent omnia mihi solutissima, tamen in Rep. non alius essem, atq; nunc sum.*

Libra-

Libraria.) *Taberna libraria, Bibliotheca. Taberna ædificii quodcunque ex tabulis constructum. Tabernarius, qui vendit aliquid in tabernis.*

Licentiare.) *Missum facere.*

Licentia.) *Potestas, Facultas. Licentia vergit in malum.*

Licentiatus.) *Ad professionem Theologiæ, Iuris, medicinæ admissus.*

Licitè.) *Bonis & honestis rationibus.*

Libenter aliquid facere, vulgo, nec malè.] *Dedita opera aliquid facere. Quod non tam vulgare est, ut libenter aliquid facere.*

Licitor.) *Liceor, Auctionor.*

Liga.) *Fœdus, Societas. Quædam societatis conspiratrix & conjuratrix. Colligatio. Colligata multitudo. Conjuratio multorum.*

Ligatus.) *Constrictus, Vinctus, Alligatus. Contrarium est, Solutus.*

Ligonizo.] *Fodio.*

Limitare.] *Definire, Determinare, Præscribere, Circumscribere.*

Limitatio.] *Præscriptio, Præscriptum.*

Linea, vel Regula.] *Versus Vt; Primo versu epistolæ. Perperàm versus ordine in libris conscripti lineæ dicuntur. Sic uno atque altero versu respondebo. Tribus versibus, vel versiculis respondere.*

Lineariter.) *Ad lineam.*

Lineus.) *Linteus.*

Liquiditas.] *Liquor Contr. Concretio.*

Litigatio.] *Concertatio.*

Litigium.) *Rixa.*

Literæ compassus.] *Literæ publicæ fidei*, Geleitsbrieff. *Item; Commeatus*, Paßport oder Geleyt. *Commeatus Ciceroni etiam est*, Proviant. *Barbaris Victualia.*

Literæ ejusdem tenoris.] *Litteræ uno exemplo, eodem exemplo.*

Literæ publicæ.) *Auctoritas. Hoc nomine appellabantur tabulæ, quarum testimonio confirmabatur voluntas alicujus Magistratus, aut eorum, quorum nomine quis agebat.* Cic. *In tabellis nihil erat auctoritatis.* Idem. *Legationes cum publicis auctoritatibus ac testimoniis convenerunt.*

Literaliter.) *Ad verbum, Ad literam.*

Literas claudere.) Cic. *Obsignare, vel Consignare.*

Literas aperire.) *Resignare, vel Recludere litteras.*

Literæ perierunt.] *Interierunt, Intercepta sunt.*

Locum tenens.) *Vicarius, Legatus, Præfectus.*

Logica.] *Logice.*

Longanimis.] *Lenis. Tardus ad iram. Qui cohibet iram advers[...] aliquem.*

Longa, nota.] *Nota musices constans quatuor mensuris.*

Longè distant ab invicem.] *Longè distant inter se, Extremè di[...] stant alter ab altero.*

Longinquior.) *Vlterior.*

Longo tempore post.) Cic. *Satis longo intervallo post iterum advocantur.* Idem. *Studia longo intervallo intermissa revocavi.* Idem. *Amicitia longis intervallis temporis interrupta.*

Longum diem statuere, vulgò.) Cic. *Ego diem statuo satis la[...]xam; hoc est, tempus satis longum.*

Loqui cum aliquo, ansprechen.) Cic. *Agere cum aliquo. Appel[...]lare in severioribus rebus locum habet.* Cic. *Salutare benignè, comi[...] appellare unumquemq;* Idem. *Appellare milites blando sermone* [...] dem. *Appellare aliquem asperius.* Idem. *Appellare aliquem verbo gra[...]viore.* Idem. *Appellare aliquem suo nomine.*

Loqui quod quis libenter audit.) *Ad gratiam loqui. Dare auri[...]bus. Servire auribus. Ad voluptatem loqui.*

Loquuntur secum.) *Loquuntur inter se.*

Lucifuga.) *Lucifugus.*

Lucrari, vulgò, nec malè.) *Merere & Mereri.* Cic. *Quid m[...]reas, ut Epicurus esse desinas? Hinc Merere & Mereri stipendia equo.*

Lucrari victum suum.) *Exercere sumptum suum.*

Lucretia & mancipium ejus casta sunt) *Lucretia casta est, qu[...] virtute ejus quoque mancipium floret.*

Lucrosus.) *Quæstuosus.*

Luctificus.) *Afferens luctum.*

Ludendo efficies.) Cic. *Omnia ludibundus perficies.* Idem. *Ad Hydruntem ludibundi pervenimus.*

Ludere instrumentis Musicis.) *Canere instrumentis Musi[...]* Cic. *Tibicen sine fidibus canere nō potest. Canere ad citharam,* Vnd [...] die Harpffe singen oder spielen.

L[...]

Lupanar.] *Lustrum.*
Luridus) *Squalidus.*
Lusor.] *Aleator, Collusor.*
Lusorius.] *Aleatorius.*
Lusus Dominarum.) *Lusus duodecim scruporum, sive calculorum.*
Lutosus.) *Lutulentus, Luteus.*
Luxus.) *Libido.* Cic. *Turpe convivium, Amor, Comissatio, Libido, Sumtus, Luxuria, Luxuries.*
Luxuriari.) *Diffluere luxuria, Delicatè, & molliter vivere.*
Luxuriosus.) *Libidinosus.*
Lucernarius.) *Lychnuchus.*
Lymphatum vinum.) *Vinum aqua temperatum, vel dilutum.*

M.

Macerari curis.) *Confici curis, desiderio alicujus rei, mœrore, dolore, pudore, fame, frigore. Senio confectum esse.*
Macilentus.) *Grandi macie præditus.*
Macor.] *Macies.*
Macresco.) *Extabesco.*
Macrologia.) *Longo nimis oratio.*
Maculatura.) *Charta inepta, maculata, Segestre*, Cic. *Cùm mendum scripturæ tollatur litura.* Idem. *Litura unius nominis commotus est. Litura pro eo quod deletum & expunctum est, usurpatur.*
Madefacio.) *Respergo, Imbuo, Perfundo.*
Madrigale.) *Cantio celerior, Italica, Musica levicula.*
Magis odisse.] Cic. *Quo neminem pejus odi.* Idem. *Oderam multo pejus hunc, quàm illum ipsum Clodium.*
Magis quam alij.) Cic. *Præter cæteros, De hac re nihil habeo, quod præter cæteros sentiam. Sic; præter spem evenit.*
Magistratum suum tradere alij.) *Abdicare se Magistratu, Prætura, Tutela, Abire Magistratu, Consulatu. Defungi Magistratu, Deponere summum imperium.*
Magnanimiter.] *Magno animo.*
Magna ex parte.). Cic. *Bonam sermonis partem in alium diem distulimus.* Idem. *Magnam partem ex Iambis nostra constat oratio.* Idem. *Majorem partem diei alicubi sedere.*
Magnificens.) *Magnificus.*

Majoris facere.) *Magni vel Maximi facere, æstimare. Majoris auctorum testimoniis caret.*

Mala fama.) *Infamia.* Cic. *Inferre infamiam alicui.* Idem. *Effugere infamiam crudelitatis.* Idem. *Ne qua generi suo nota turpitudinis inuratur.*

Malè accipere.) *Molestè, Ægrè, Indignè, Acerbè ferre.*

Malè audit.] *Surdaster est. Malè audire Ciceroni est vituperari, vel objurgari. Erat surdaster M. Crassus, sed aliud molestius, quòd malè audiebat.*

Malè contentus.) *Offensus.*

Malè crevit frumentum.] *Angustius provenit frumentum.* Cæs. *Frumentum in Gallia propter siccitates angustiùs provenerat.*

Maledicens.) *Maledicus.*

Maledicentia.] *Procacitas linguæ, Morbus procacitatis, Petulantia linguæ.*

Maledicere.] Cic. *Omnes te oderunt, tibi pestem exoptant.*

Malè dispositus.) *Malè affectus, Gravi morbo affectus, Corpus affectum, id est debilitatum. Animus benè affectus.*

Malè factor.) *Malè meritus.*

Malè incurrere.) *Damno affici Allidi.*

Malè loqui.) *Stomachari. Stomachus sæpè pro ira, bile, indignatione à Cicerone usurpatur.*

Malè stat res.] *Malè res se habet.*

Malevolens) *Malevolus.*

Malevolo.) Cic. *Nihil est enim mali, nihil sceleris, quod illa non ab initio filio voluerit, optaverit, cogitaverit, effecerit. Malè odi.*

Mali consulere.) *In malam, in pejorem partem interpretari.*

Malignus.) *Malitiosus, Qui pravo animo est, Flagitiosus, Nequam, Impurus, Improbus, Sceleratus.*

Magis odi.) *Pejus & pessimè odisse aliquid.*

Malus aër.) *Cæli vel loci gravitas. Mala tempestas.*

Mancus.) Cic. *Captus membris.*

Mandatum publicare, vulgo.) *Affigere edictum. Edicere.* Cic. *Antonius edixit, ita ut me & Lælium exciperet. Edicere legem,* Ein gesetz offentlich verkündigen.

Manere apud conditiones suas.) *Stare conditionibus suis. Illis conditionibus standum est, quas quis ipse tulit.*

Mane-

Manc ſtans.) *Reſiſte, Subſiſte, Remane in ſede iſta.*

Manifeſto.] *Projero in vulgus, Effero foras, Patefacio, Indico, In conſpectu, vel ante oculos omnium pono. Proſero in medium, Palam facio. Apertum & Manifeſtum facio, Planum facio, Edo, Divulgo, Enuntio, Aperio Declaro, Oſtendo. Apertum pectus oſtendo.*

Manuale.) *Enchiridium, Libellus manualis.*

Manum poſt rem porrigere.) Cic. *Manibus appetere. Puer lacteus appetens mammas. Appetere vitam alicujus.* Nach dem leben ſtehen. *Inſidiis appetere aliquem,* auff einen lauren. *Appetere aliquem ſaxis.*

Manu propria.) Cic. *Manu mea.*

Marceo.) *Langueo, Langueſco.*

Marceſco.) *Putreſco.*

Marcidus.) *Putridus.*

Maritare.) *Filiam collocare alicui. Collocare nuptum alicui. Collocare in matrimonium, Cùm aliqua conjungere.* Ter. *Nuptum dare alicui filiam.* Idem. *Nuptui dare alicui filiam.*

Maſculinus.) *Virilis.*

Maſticare.] *Mandere. Cibum conficere.*

Materialiter.] *Technicῶs.*

Maxima.] *Nota conſtans octo menſuris.*

Mea cauſſa.] *Meo nomine.*

Mechanicus.] *Illiberalis, Sordidus.*

Mediare.) *Deprecari, Dirimere, Sedare.*

Mediator.) *Deprecator, Internuntius, Sequeſter, Arbiter. Arbiter honorarius.*

Medicor.) *Medeor, Curo. Medicinam adhibeo, vel affero.*

Mediatè.) *Cogitatè, Meditatus.*

Medium eſſe.] *Interjectum eſſe.*

Melioro.) *Melius facio.*

Melioreſco.] *Melior fio.*

Melius eſt factum cum patre.) *Melius eſt factum patri. Patri melius eſt. Patri meliuſculè eſt.*

Memineris quòd homo es.) *Recorderis, Memineris, Veniat in mentem te hominem eſſe.*

Memoriale.] *Monumentum, pignus amoris, Mnemoſynon, Commentarium, Commentarius.*

Memoria pronuncio.) *Memoriter pronuntio At Memoria teneo, non memoriter, ἀπὸ μνήμης εἰπεῖν dicunt Græci, memoria exponere. Sic dicimus. A memoriæ thesauro seu penetralibus depromere, vel expromere.*

Menda.) *Mendum.*

Mensurator.) *Metator, Decempedator Dicempeda. Metator potius eorum est, qui castris locum & spatium designabant.* Cic. *Solis magnitudinem quasi decempeda metiri.*

Mensurare.) *Metiri.*

Mentiri per collum.] *Mentiri splendidè.*

Me puto.) *Me appello. Me dico.*

Merda.] *Reliquiæ cibi, quas natura respuit.*

Meretricor.) *Palàm me in meretricia vita colloco. Me omnibus pervulgo. Corpus palàm ad omnes libidines divulgo.*

Meridior.) *Somnum capio meridianum.*

Methodus.) *Ratio, & via.*

meticulosus animus.) *Suspensus animus.*

metuendum est ne.] Cic. *Periculum est ne.*

mille alia.) Cic. *Sexcenta alia. Poëtæ Mille dicunt.*

mille artifex.) *Peritus, Gnarus mille artium. Græcè dicitur μυριότεχνος. Millefolium Latinis in usu, at non Mille artifex.*

millia vocabulorum.) *Mille vocabulorum. Mille vocabula. At Duo millia vocabulorum dicitur.*

millio.] *Decies centum millia, Millies mille, Mille chiliados.*

minima nota.) *Nota designans mediam mensuræ partem, Vocula.*

minimi facio.] *In minimis pono.*

minus quàm decet.) Cic. *Intra modum. Intra legem.*

minutim.) *Exiguè, Exiliter, κατὰ λεπτόν, Minutatim.*

miraculosè.) *Mirabiliter.*

miraculosus.) *Portentosus.*

miraculum.] *Ostentum, Mirabile, Prodigium, Miracula.*

misereor tibi.) *Misereor tui. Seneca dixit, Misereor tibi puella. Vide Emman. Syntaxin.*

miserere nostrum.) *Miserere nostri. Vide Syntaxin.*

missa.] *Res divina, sacra.*

missa celebratur.) *Fit Sacrum, Fit Sacrificium, Fit res divina.*

missa animarum.) *Funebre sacrificium.*

missale.) *Liber sacer, ritualis, Liber liturgiæ.*

missiva.] *Epistola, Littera Tabella.*

mitte me abire.] *Omitte me, Sine me abire, Missum me facito, Sine abeam.*

mitte me videre.) *Sine videam.*

mittere aliquem abire.) *Pati discedere, Latini Mittere pro pati non consueverunt uti.*

mitto te curare.] *Ipse videris.*

moderni.] *Recentes, Recentiores. Nostræ ætatis scriptores, recentiores. Novi nostri temporis ductores.*

mœchor.] *Adulteror.*

molesto.] *Molestiam affero, Vexo, Exerceo, Solicito, Solicitum habeo, molesto, non est in Cicerone.*

mollifico.) *Mollio.*

monarchia Græcè.) Cic. *Cum dominatu unius omnia tenerentur.* Idem. *Regale civitatis genus.*

monstrare aliquid extenso digito.) *Intendere manum, digitum,* Cic. *Et simul dextram intendit ad statuam. Sic animum, oculos, aures in aliquid intendere.*

montuosus.) *Montosus.*

moram trahere.) *Habitare. Morari Ciceroni non significat habitare, sed verzi- hen/still ste zen an einem ort. Moramur & commoramur ut in hospitio ad tempus: Habitamus ut in domo. Vbi moraris? id est, ubi est hospitium tuum.*

morbus caducus.) *Morbus comitialis.*

morbus fit major.] *Morbus ingravescit, incrudescit, invalescit, augescit.* Cic. *Cum ingravesceret annona. Ingravescens ætas, Senectus vocatur, quod molesta sit & gravis. Contr. Remittere.*

morem novum incipere.) Cic. *Novum inducere morem.*

morigerus.) *Obediens.*

mortualia.) *Funeralia. Funebres cantiones. Funebre sacrum.*

mortuus fame.) *Enectus fame.*

moteta.) *Epigramma sacrum, Cantio Musica sacra, Modulus sacer latinus.*

mucus.) *Mucor.*

multifarius.) *Varius, Diversus, Multiplex.*

multos esse alicibi.] Cic. *Frequentes fuimus omnino ad ducentos,*

Infra octo dies.) *Intra octo dies.*

infrascribo.] *Subscribo. Subscribere dicebantur ij, qui in judicio accusatoribus aderant, & unà Rei nomen deferebant. Pater reum fecit filium, mater subscripsit. Subscriptor, oris, qui alteri adest in accusatione. Subscriptio*, ein beyfall in einer klag.

in freno tenere, vel non appetitum.] *Coercere cupiditates. Domitas habere libidines, vel ijsdem indulgere. Appetitus exultantes reprimere, vel ijsdem habenas laxare.*

infrigido.) *Refrigero.*

infumibulum.) *Vaporarium.*

ingluvies.) *Insaturabile abdomen.*

ingratitudo.) *Animus ingratus.* Cic. *ἀχαριστίας crimen subire non audeo.*

ingruo.) *Ineo.*

ingurgitare cibum, vel potum.] *Ingurgitare se. Sic, Ingurgitare se in alicujus copias vel bona*: Sich in eines güter eindringen. *Injurgitare se in flagitia*: In laster stecken.

injurgitatio.) *Crapula, Ebrietas.*

in hæreditatem succedo.] *Venit mihi hæreditas à propinquo.*

inimicus caussæ, amicus personæ.) *Non cum homine, sed cum causa dissideo, vel, Non ab homine, &c.*

in ipso facto invenire.) Cic. *Deprehendere in aliquo facto, adulterio, in maleficio, cum aliqua muliere.*

injungatur illi.) *Hæc cura detur illi. Hæ partes dentur illi.*

injurior.) *Infero. Affero*, *Facio alicui injuriam. Malè de aliquo mereor. Malè accipio aliquem verbis. Dico vel Facio alicui contumelium.*

innaturale.) *Non videtur mihi per naturam fieri posse. Natura ab eo abhorret.*

inobediens.) *Non obediens.*

in omnes partes versare, & inquirere) *Agitare aliquid. Excitare & Agitare feras.* Idem. *Aves insectatur & agitat aquila.* Idem. *Furiæ agitant & insectantur impios.* Idem. *Agitari sceleru... nis.* Idem. *Sententia quæ erat superioribus diebus agitata in Senatu. Agitatio à Cicerone animo & linguæ & motu vacuus esse potest... agitationibus & motibus lingua cibus depellitur.*

in omni subjectione.) *Demississimè. Subjectissimè.*

inopinans.) *Nec opinans, Ignarus, Inscius.*
inopinatè.) *Nec opinatè.*
inopinus.) *Inopinatus.*
inordinatè.] *Immoderatè. Sine ordine.*
inordinatio) *Confusio.*
in ore est omnibus.) *Illustris & pervagata fama. Res percrebuit. In ore atque sermone omnium cœpit esse, Constanti fama atque omniū sermone celebratum est, Tritum & celebratum.*
in persona propria veniam.) *Ipse veniam, Præsto ipse ero.* Nam *persona non corpus simpliciter, sed statum seu conditionem hominis significat.*
in potestate mea est.) *In manu mea est.*
in pristinam amicitiam redire.) Cic. *Redire in gratiam Omnia oblivíscor, in gratiam redeo.*
in quantum.] *Ob id ipsum, quia. Quatenus, Quà.* Cic. *Videndum quatenus amicitiæ tribuendum sit;* Wieviel. Idem. *Quatenus fas erit;* So fern. Idem. *Intelligo te distentissimum esse, quà de Buthrotiis, quà de Bruto;* So viel anlangt. Idem. *Quatenus negatur nobis diu vivere,* Dieweil.
in quantum possum.) *Quoad possum.*
inquinare.) *Corrumpere.*
insalutatus.) *Omnes nos ἀπροσηγόρητους reliquit.*
insensatus.) *Stupidus, Communi naturæ sensu carens, Stipes. Sine sensu, Sine sapore, Elinguis. Tardus.*
insensibilitas.) *Stupiditas. Stupor.*
insensibiliter.) Cic. *Sensim, & sine sensu ætas senescit.*
insensivus.) *Sensum non habens.*
inserere in aliquid.) *Interponere. & in medio collocare.* Cic. *Epistolas in eundem fasciculum velim addas.*
insido.] *Insideo.*
insolitè) *Insolenter, & Rarò.*
insolitus.) *Insolens.* Cic. *Noster amicus insolens infamiæ, semper in laude versatus est.*
insolubilis.] *Inexpugnabilis.*
in specie.) *Speciatim, Sigillatim.*
instabilis.) *Varius, Lubricus, Volubilis, Commutabilis, Vagus,* Leer. *Vide quàm sit varia vita, commutabilisq́; ratio, quàm vaga*

vaga volubilisq; fortuna. Instabilis, Vsurpatur apud Heren.

Instabilitas.) *Volubilitas.*

Instare pro debito.) Cic. *Admonere, & Appellare aliquem.*

Institor.) *Propola. Qui mercatur à mercatoribus quod statim vendat.*

Institutum est benè.) Cic. *Benè majores nostri hoc comparaverunt.* Idem. *Præclarè legibus comparatum est.* Idem. *Ita ratio comparata est vitæ naturæq; nostræ.*

Instructa domus.] *Benè de rebus domesticis constitutum esse.*

Instructio.) *Institutio, Præceptum, Disciplina, Catechesis.*

Insufficienter.) *Exiguè.*

In tantum.) *Vsque eo, ut.* Cic. *Quod Amerinis usque eo visum fuit indignum, ut fletus gemitusq; tota urbe fieret.*

Intellectus.] *Intelligentia, Mens, Ratio. Intelligentia tum ipsam actionem, tum vim & instrumentum, quo animus aliquid comprehendit, notat. Intelligentia & ratione aliquid comprehendere. Hoc fugit intelligentiæ meæ vim & notionem. Hoc longissimè ab omnium hominum sensu & intelligentia disiunctum est.*

Intelligenter dicere.] *Scienter, & peritè dicere.*

Intelligibilis.] *Sub intelligentiam cadens. Quod ratione sapientiaque comprehenditur. Quod in nostram intelligentiam cadit.*

Intelligibiliter.) *Intelligenter, Cùm docilitate.*

Intentio.) *Scopus, Propositum, Finis.*

Intercedere pro aliquo.) *Deprecari pro aliquo.* Cic. *Pro uno filio duo patres deprecamur. Intercedere hoc sensu apud Ciceronem non invenitur. Deprecor eleganter precando obtinere, vel effugere significat.* Cic. *Multorum hic vitam à L. Sylla deprecatus est. Sic deprecari mortem, supplicium, injuriam ab aliquo. Intercedere Romani Tribuni habuerunt, ut populi nomine, quæ senatus statuere vellet, impedirent. Cic. Qui veritus est, nè Fusius ei legi intercederet. Sic Intercessio,* Ein Jnred/oder verhinderung. *Intercessor;* ein Verhinderer / der da wehret/daß ein Gesätz kein fortgang habe.

Intercessor.) *Deprecator.*

Intercessio.) *Deprecatio.*

Inter cœnandum, vulgò.) Cic. *Inter cœnam, maluit dicere. Inter prandium, inter pocula, vel scyphos.*

Interest maximi, minimi.] *Interest vel refert Maximè, Minimè*

In-

Interfectio.) Occisio, Cædes.

Interlocutores.) *Eclogarij, nomina eorum qui in Dialogis loquentes introducuntur.*

Intermitterre nullum officium.) *Nullo modo deesse alicui. Pro Intermittere eleganter supersedere adhibetur.* Cic. *Supersedere labore itineris.* Idem. *Verborum multitudine supersedendum est.*

Internus.) *Interior.*

Interpretamentum.] *Interpretatio.*

Interpretari in bonam vel malam partem. Cic. *Durius mihi hoc accipere visus est, quàm vellem, & quàm belli homines solent.* Idē. *Periculosè dico, quemadmodum accepturi sitis horreo. In bonam vel optimam partem amicè, patienter, moderatè, asperius, graviter, securè, in contumeliam aliquid accipere.*

Inter se mutuò.) Cic. *Beneficia vltro citroq; data & accepta. Vltro citroq; , vicißitudinem, qua eadem via eatur redeaturq; significant.*

Intersignium.] *Signum, Symbolum.*

Interstitium. *Intervallum.*

Intertexo.) *Intexo.*

Intimare.) *Significare, Denuntiare, Item Provocare in jus, Diem judicij dicere.*

Intimatio.] *Denuntiatio.*]

Intitulo.] *Inscribo.*

Intonare.] *Præcinere, Præire præcinendo.*

Intrepidus.) *Qui est animo magno, præsente, infracto, vel invicto.*

Intricatus.) *Perplexus, Nec caput, nec pedes.*

Intrinsecum bellum.] *Intestinum bellum.*

Intrinsecus.) *Interior, Intestinus.*

Invalidus.) *Irritus, Nullus.*

Invehere in al quem.) Cic. *Insectari aliquem. Invehi in aliquē. Petulanter & procaciter in aliquem invadere.*

Invenire pecuniam.) *Conficere, vel Conflare pecuniam.*

Inventarium.] *Apophasis, Apographa, Index, Catalogus, Commētarius, hinc Redigere bona in Commentarium, vel Commentarium bonorum conscribere,* Die güter Inventariren.

Inverecundia.) *Impudentia.*

Invicem.) *Vicissim, Inter se, Alius alium, ultro citroq́.* Cic. *Sæpius ista loquemur inter nos, agemusq́, communiter.* Idem. *Illi furtim inter se aspiciebant.* Idem. *Quæ fueramus ego & tu inter nos de soror locuti.* *Invicem semel apud* Ciceronem *legitur. Invicem simul eramus*

Inviolabilis.) *Sanctus, Sacrosanctus, Sacer.*

Invisibilis.) *Quòd fugit aciem, obtutum sensum oculorum omnē* Cic. *Animus oculorum effugit obtutum. Animus sensum omnem effugit oculorum. Quod à nullo videtur.*

In una sententia non permanere.) Cic. *Parum constare sibi. Sibi constare in aliqua re, id est, constantem esse. Mente vix constat,* Er ist kaum bey sich selbst.

Inundatio.] *Proluvies.*

Ioannes in eodem.) *Sui similem manere. Antiquum obtinere.*

Ioannes de Colonia.] *Ioannes à Colonia, vel Coloniensis.*

Involuntarium.) *Non voluntarium.*

Irasci contra, vel super aliquem.) *Irasci vel succensere alicui.*

Iratè.) *Iracundè, Cum ira, Per iram.*

Iratum facere.] *Movere bilem, vel stomachum. Sic, Movere lachrymas, risum, castra. Nihil me movet hujus loci insolentia.*

Ire ad convivium.) *Inire convivium. Sic dicimus, Inire castra hostium.*

Ire ad navem.) *Conscendere navem, vel Conscendere.*

Ire ex sole.) Cic. *Nunc quidem paululùm à sole absis.*

Ire & redire) Cic. *Commeare. Insula Delos, quo omnes undiq́ cum mercibus atq́ oneribus commeabant.*

Ire in decimo anno.] *Decimum ago annum.*

Iris.) *Arcus, Species.*

Irrationabiliter.) Cic. *Faciet omninò malè, & , ut ego existimo,* ἀλόγως.

Irrationabilis.] *Vacuus mente ac ratione, Expers rationis.*

Irreconciliabilis.) *Inexpiabilis.*

Irreligiosus.) *Remotus à religione, Nihil habens Religionis, Impius.*

Irremissibile.) *Inexpiabile. Quod expiari purgariq́ non potest. Cui veniæ nullus locus est ad ignoscendum.*

Irrequietus) *Laboriosus, solicitus, Exercitatus.*

Irritamentum.) *Invitamentum, illecebra.*

Irri-

Irrito.) *Irritum facio. Refigo, Rescindo leges, testamentum. Sic dicimus, Dare aliquid pro emptione rescindenda.*

Ita.] *Etiam, Ita est, Sic est, Verum.*

Itineror.) *Iter facio, Ambulo.*

Iucundor.) *Iucunditas mihi est ex aliqua re. In voluptate sum. Voluptate afficior.*

Iudicator.) *Existimator, Æstimator, Iudex, Arbiter, qui à Magistratu, aut litigantibus deligitur, ut ex aquo & bono controversiam judicet.*

Iverunt ad primam Missam.) *Itum est ad prius Sacrum. Itum est ad posterius Sacrum. Sic, Itur ad Matutinas, Vel vespertinas, scilicet preces. Reditur vel Reditum est à Matutinis, vel Vespertinis.*

Iunctura.) *Commissura, Iunctio, Conjunctio.*

Iurare se nihil debere.) *Abjurare.* Cic. *Mihi certius est abjurare, quàm dependere. Abjurare, est perjurio rem creditam negare.*

Iuramentum.) *Iusiurandum. Affirmatio religiosa. Iuramentum est apud Senecam.*

Iurista.) *Iurisperitus, vel Iureperitus, Iurisconsultus, Leguleius.*

Iuro per Deum.) *Testor, Contestor, Obtestor, Imploro, Appello Deum.*

Iussit mihi hoc facere.] *Iussit me hoc facere. Vide Syntaxin Emmanuelis Scholiis & Carminibus auctam.*

Iustè queror.) *Iure queror.*

Iuxta Varronem.] *Ex sententia Varronis.*

L.

Labilis.) *Debilis, Infirmus.*

Labium.) *Labrum, Labellum.*

Laboratus tapes.) *Textile stragulum magnificis operibus pictum, & plenum artis argentum.*

Lacessitio.) *Concertatio, Certamen, Contentio.*

Lacteo, onis.) *Lactens.*

Lacticiniis uti.) *Vti lactariis.*

Landonium.) *Vinum patrium.*

Laniena.) *Cædes.*

Lanio.) *Lanius.*

Laniatio.] *Laniatus.*

Lapidem primum ponere.] *Prima fundamenta jacere.*

Lapido.] *Lapidibus cædo, Lapidibus appeto & percutio. Lapidationem facio. Lapidibus obruo.*

Lapillus.] *Calculus.*

Lascivio.) *Exulto.*

Lasso.) *Languefacio.*

Lassus.] *Defatigatus, Languidus, Languens* Terent. *Animus lassus, cura confectus stupet.*

Latet me, non me latet.) Cic. *Fugit me, Non me fugit. Nulla res est in usu militari posita, quæ hujus viri scientiam fugerit. Cicero uno loco dativum cum Latere conjunxit; Nihil agis, nihil assequeris, nihil moliris, quod mihi latere valeat in tempore.*

Lavacrum.] *Lavatio.*

Laudabiliter.) *Cum laude.*

Laudare valdè.] *Efferre aliquem in cœlũ laudibus, Efferre verbis, Efferre summis laudibus, Ponere in magna laude.*

Laudari, vulgò, nec malè.) Cic. *Benè audire. Malè audire, vituperari est, Durum quidem, sed regium est, ubi benefeceris, audire malè.*

Legatum sibi deligere.) Cic. *Legare sibi aliquem. Cæsar Cassiũ sibi legavit. Significat & Legare aliquem, Legatum aliquem mittere. Ut; Plures jam ad Cæsarem legantur, de agenda pace, de agendis induciis.*

Legenda.) *Vita divorum. Divorum gesta res.*

Leges præscribere.) Cic. *Ferre legem, Sancire legem, Edere legem. Imponere legem Tyrannorum est.*

Legitimare.) *Legitimum reddere. Natalibus restituere.*

Lenimentum.) *Lavamentum.*

Lento.) *Laxo.*

Lepidulus.] *Lepusculus.*

Letalis.) *Funestus, Mortifer.*

Levativus.) *Habens levationem doloris.*

Liberari periculis.] Cic. *Defungi periculis,* Gefahr außstehen. *Sic. Defungi laboribus, molestiis, fato, morbo.*

Libertas muneris publici.) *Immunitas, Vacatio.*

Liberum tibi est.) Cic. *Integrum tibi est. Si essent omnia mihi solutissima, tamen in Rep. non alius essem, atq; nunc sum.*

Libra-

Libraria.) *Taberna libraria, Bibliotheca. Taberna ædificiū quodcunq; ex tabulis constructum. Tabernarius, qui vendit aliquid in tabernis.*

Licentiare.) *Missum facere.*

Licentia.) *Potestas, Facultas. Licentia vergit in malum.*

Licentiatus.) *Ad professionem Theologiæ, Iuris, medicinæ admissus.*

Licitè.) *Bonis & honestis rationibus.*

Libenter aliquid facere, vulgo, nec malè.] *Dedita opera aliquid facere. Quod non tam vulgare est, ut libenter aliquid facere.*

Licitor.) *Liceor, Auctionor.*

Liga.) *Fœdus, Societas. Quædam societatis conspiratrix & conjuratrix. Colligatio. Colligata multitudo. Conjuratio multorum.*

Ligatus.) *Constrictus, Vinctus, Alligatus. Contrarium est, Solutus.*

Ligonizo.] *Fodio.*

Limitare.] *Definire, Determinare, Præscribere, Circumscribere.*

Limitatio.] *Præscriptio, Præscriptum.*

Linea, vel Regula.] *Versus Vt; Primo versu epistolæ. Perperàm versus ordine in libris conscripti lineæ dicuntur Sic uno atque altero versu respondebo. Tribus versibus, vel versiculis respondere.*

Lineariter.) *Ad lineam.*

Lineus.) *Linteus.*

Liquiditas.] *Liquor Contr. Concretio.*

Litigatio.] *Concertatio.*

Litigium.) *Rixa.*

Literæ compassus.] *Literæ publicæ fidei*, Geleitsbrieff. *Item; Commeatus*, Paßport oder Geleyt. *Commeatus Ciceroni etiam est*, Proviant. *Barbaris Victualia.*

Literæ ejusdem tenoris.] *Litteræ uno exemplo, eodem exemplo.*

Literæ publicæ.) *Auctoritas. Hoc nomine appellabantur tabulæ, quarum testimonio confirmabatur voluntas alicujus Magistratus, aut eorum, quorum nomine quis agebat.* Cic. *In tabellis nihil erat auctoritatis.* Idem. *Legationes cum publicis auctoritatibus ac testimoniis convenerunt.*

Literaliter.) *Ad verbum, Ad literam.*

Literas claudere.) Cic. *Obsignare, vel Consignare.*

Literas aperire.) *Resignare, vel Recludere litteras.*

Literæ perierunt.] *Interierunt, Intercepta sunt.*

Locum tenens.) *Vicarius, Legatus, Præfectus.*

Logica.] *Logice.*

Longanimis.] *Lenis. Tardus ad iram. Qui cohibet iram adversus aliquem.*

Longa, nota.] *Nota musices constans quatuor mensuris.*

Longè distant ab invicem.] *Longè distant inter se, Extremè distant alter ab altero.*

Longinquior.) *Vlterior.*

Longo tempore post.) Cic. *Satis longo intervallo post iterum advocantur.* Idem. *Studia longo intervallo intermissa revocavi.* Idem. *Amicitia longis intervallis temporis interrupta.*

Longum diem statuere, vulgò.) Cic. *Ego diem statuo satis laxam; hoc est, tempus satis longum.*

Loqui cum aliquo, ansprechen.) Cic. *Agere cum aliquo. Appellare in severioribus rebus locum habet.* Cic. *Salutare benignè, comiter appellare unumquemq;* Idem. *Appellare milites blando sermone.* Idem. *Appellare aliquem asperius.* Idem. *Appellare aliquem verbo graviore.* Idem. *Appellare aliquem suo nomine.*

Loqui quod quis libenter audit.) *Ad gratiam loqui. Dare auribus. Servire auribus. Ad voluptatem loqui.*

Loquuntur secum.) *Loquuntur inter se.*

Lucifuga.) *Lucifugus.*

Lucrari, vulgò, nec malè.) *Merere & Mereri.* Cic. *Quid mereas, ut Epicurus esse desinas? Hinc Merere & Mereri stipendia equo.*

Lucrari victum suum.) *Exercere sumptum suum.*

Lucretia & mancipium ejus casta sunt) *Lucretia casta est, qua virtute ejus quoque mancipium floret.*

Lucrosus.) *Quæstuosus.*

Luctificus.) *Afferens luctum.*

Ludendo efficies.) Cic. *Omnia ludibundus perficies.* Idem. *Ad Hydruntem ludibundi pervenimus.*

Ludere instrumentis Musicis.) *Canere instrumentis Musicis.* Cic. *Tibicen sine fidibus canere nō potest. Canere ad citharam,* Unter die Harpffe singen oder spielen.

Lupanar.] *Lustrum.*

Luridus)*Squalidus.*

Lusor.] *Aleator, Collusor.*

Lusorius.] *Aleatorius.*

Lusus Dominarum.) *Lusus duodecim scruporum, sive calculorum.*

Lutosus.) *Lutulentus, Luteus.*

Luxus.) *Libido* Cic. *Turpe convivium, Amor, Comessatio, Libido, Sumtus, Luxuria, Luxuries.*

Luxuriari.) *Diffluere luxuria, Delicatè, & molliter vivere.*

Luxuriosus.) *Libidinosus.*

Lucernarius.) *Lychnuchus.*

Lymphatum vinum.) *Vinum aqua temperatum, vel dilutum.*

M.

Macerari curis.) *Confici curis, desiderio alicujus rei, mœrore, dolore, pudore, fame, frigore. Senio confectum esse.*

Macilentus.) *Grandi macie præditus.*

Macor.] *Macies.*

Macresco.) *Extabesco.*

Macrologia.) *Longo nimis oratio.*

Maculatura.) *Charta inepta, maculata, Segestre.* Cic. *Cùm mendum scripturæ tollatur litura.* Idem. *Litura unius nominis commotus est. Litura pro eo quod deletum & expunctum est, usurpatur.*

Madefacio.) *Respergo, Imbuo, Perfundo.*

Madrigale.) *Cantio celerior, Italica, Musica levicula.*

Magis odisse.] Cic. *Quo neminem pejus odi.* Idem. *Oderam multo pejus hunc, quàm illum ipsum Clodium.*

Magis quam alij.) Cic. *Præter cæteros, De hac re nihil habeo, quod præter cæteros sentiam. Sic; præter spem evenit.*

Magistratum suum tradere alij.) *Abdicare se Magistratu, Pratura. Tutela, Abire Magistratu, Consulatu. Defungi Magistratu, Deponere summum imperium.*

Magnanimiter.] *Magno animo.*

Magna ex parte.). Cic. *Bonam sermonis partem in alium diem distulimus.* Idem. *Magnam partem ex Iambis nostra constat oratio.* Idem. *Majorem partem diei alicubi sedere.*

Magnificens.) *Magnificus.*

Majoris facere.) *Magni vel Maximi facere, æstimare. Majoris auctorum testimoniis caret.*

Mala fama.) *Infamia.* Cic. *Inferre infamiam alicui.* Idem. *Effugere infamiam crudelitatis.* Idem. *Ne qua generi suo nota turpitudinis inuratur.*

Malè accipere.) *Molestè, Ægrè, Indignè, Acerbè ferre.*

Malè audit.] *Surdaster est. Malè audire Ciceroni est vituperari, vel objurgari. Erat surdaster M. Crassus, sed aliud molestius, quòd malè audiebat.*

Malè contentus.) *Offensus.*

Malè crevit frumentum.] *Angustius provenit frumentum.* Cæs. *Frumentum in Gallia propter siccitates angustiùs provenerat.*

Maledicens.) *Maledicus.*

Maledicentia.] *Procacitas linguæ, Morbus procacitatis, Petulantia linguæ.*

Maledicere.] Cic. *Omnes te oderunt, tibi pestem exoptant.*

Malè dispositus.) *Malè affectus, Gravi morbo affectus, Corpus affectum, id est debilitatum. Animus benè affectus.*

Malè factor.) *Malè meritus.*

Malè incurrere.) *Damno affici. Allidi.*

Malè loqui.) *Stomachari. Stomachus sæpè pro ira, bile, indignatione à Cicerone usurpatur.*

Malè stat res.] *Malè res se habet.*

Malevolens.) *Malevolus.*

Malevolo.) Cic. *Nihil est enim mali, nihil sceleris, quod illa non ab initio filio voluerit, optaverit, cogitaverit, effecerit. Malè odi.*

Mali consulere.) *In malam, in pejorem partem interpretari.*

Malignus.) *Malitiosus, Qui pravo animo est, Flagitiosus, Nequam, Impurus, Improbus, Sceleratus.*

Magis odi.) *Pejus & pessimè odisse aliquid.*

Malus aër.) *Cœli vel loci gravitas. Mala tempestas.*

Mancus.) Cic. *Captus membris.*

Mandatum publicare, vulgo.) *Affigere edictum, Edicere.* Cic. *Antonius edixit, ita ut me & Lælium exciperet. Edicere legem,* Eingesetz offentlich verkündigen.

Manere apud conditiones suas.) *Stare conditionibus suis. Illis conditionibus standum est, quas quis ipse tulit.*

Mane-

Mane ſtans.) *Reſiſte, Subſiſte, Remane in ſede iſta.*

Manifeſto.] *Profero in vulgus, Effero foras, Patefacio, Indico, In conſpectu, vel ante oculos omnium pono. Profero in medium, Palam facio. Apertum & Manifeſtum facio, Planum facio, Edo, Divulgo, Enuntio, Aperio Declaro, Oſtendo. Apertum pectus oſtendo.*

Manuale.) *Enchiridium, Libellus manualis.*

Manum poſt rem porrigere.) Cic. *Manibus appetere. Puer lacteas appetens mammas. Appetere vitam alicujus.* Nach dem leben ſtehen. *Inſidiis appetere aliquem,* auff einen lauren. *Appetere aliquem ſaxis.*

Manu propria.) Cic. *Manu mea.*

Marceo.) *Langueo, Langueſco.*

Marceſco.) *Putreſco.*

Marcidus.) *Putridus.*

Maritare.) *Filiam collocare alicui. Collocare nuptum alicui. Collocare in matrimonium, Cùm aliqua conjungere.* Ter. *Nuptum dare alicui filiam.* Idem. *Nuptui dare alicui filiam.*

Maſculinus.) *Virilis.*

Maſticare.] *Mandere. Cibum conficere.*

Materialiter.] *Technicῶs.*

Maxima.] *Nota conſtans octo menſuris.*

Mea cauſſa.] *Meo nomine.*

Mechanicus.] *Illiberalis, Sordidus.*

Mediare.) *Deprecari, Dirimere, Sedare.*

Mediator.) *Deprecator, Internuntius, Sequeſter, Arbiter. Arbiter honorarius.*

Medicor.) *Medeor, Curo. Medicinam adhibeo, vel affero.*

Mediatè.) *Cogitatè, Meditatus.*

Medium eſſe.] *Interjectum eſſe.*

Melioro.) *Melius facio.*

Melioreſco.] *Melior fio.*

Melius eſt factum cum patre.) *Melius eſt factum patri. Patri melius eſt. Patri meliuſculè eſt.*

Memineris quòd homo es.) *Recorderis, Memineris, Veniat in mentem te hominem eſſe.*

Memoriale.] *Monumentum, pignus amoris, Mnemoſynon, Commentarium, Commentarius.*

Memoria pronuncio.) *Memoriter pronuntio At Memoria teneo, non memoriter, ἀπὸ μνήμης εἰπεῖν dicunt Græci, memoria exponere. Sic dicimus. A memoriæ thesauro seu penetralibus depromere, vel expromere.*

Menda.) *Mendum.*

Mensurator.) *Metator, Decempedator Dicempeda Metator potius eorum est, qui castris locum & spatium designabant.* Cic. *Solis magnitudinem quasi decempeda metiri.*

Mensurare.) *Metiri.*

Mentiri per collum.] *Mentiri splendidè.*

Me puto.) *Me appello. Me dico.*

Merda.] *Reliquiæ cibi, quas natura respuit.*

Meretricor.) *Palàm me in meretricia vita colloco. Me omnibus pervulgo. Corpus palàm ad omnes libidines divulgo.*

Meridior.) *Somnum capio meridianum.*

Methodus.) *Ratio, & via.*

meticulosus animus.) *Suspensus animus.*

metuendum est ne.] Cic. *Periculum est ne.*

mille alia.) Cic. *Sexcenta alia. Poëtæ Mille dicunt.*

mille artifex.) *Peritus, Gnarus mille artium. Græcè dicitur μυριότεχνος. Millefolium Latinis in usu, at non Mille artifex.*

millia vocabulorum.) *Mille vocabulorum. Mille vocabula. At Duo millia vocabulorum dicitur.*

millio.] *Decies centum millia, Millies mille, Mille chiliados.*

minima nota.) *Nota designans mediam mensuræ partem, Vocula.*

minimi facio.] *In minimis pono.*

minus quàm decet.) Cic. *Intra modum. Intra legem.*

minutim.) *Exiguè, Exiliter, κατὰ λεπτόν, Minutatim.*

miraculosè.) *Mirabiliter.*

miraculosus.) *Portentosus.*

miraculum.] *Ostentum, Mirabile, Prodigium, Miracula.*

misereor tibi.) *Misereor tui. Seneca dixit, Misereor tibi puella. Vide Emman. Syntaxin.*

miserere nostrum.) *Miserere nostri. Vide Syntaxin.*

missa.] *Res divina, sacra.*

missa celebratur.) *Fit Sacrum, Fit Sacrificium, Fit res divina.*

missa

missa animarum.) *Funebre sacrificium.*

missale.) *Liber sacer, ritualis, Liber liturgiæ.*

missiva.] *Epistola, Litteræ Tabella.*

mitte me abire.] *Omitte me, Sine me abire, Missum me facito, Sine abeam.*

mitte me videre.) *Sine videam.*

mittere aliquem abire.) *Pati discedere, Latini Mittere pro pati non consueverunt uti.*

mitto te curare.] *Ipse videris.*

moderni.] *Recentes, Recentiores. Nostræ ætatis scriptores, recentiores. Novi nostri temporis ductores.*

mœchor.] *Adulterer.*

molesto.] *Molestiam affero, Vexo, Exerceo, Solicito, Solicitum habeo, molesto, non est in Cicerone.*

mollifico.) *Mollio.*

monarchia Græcè.) Cic. *Cum dominatu unius omnia tenerentur.* Idem. *Regale civitatis genus.*

monstrare aliquid extenso digito.) *Intendere manum digitum,* Cic. *Et simul dextram intendit ad statuam. Sic animum, oculos, aures in aliquid intendere.*

montuosus.) *Montosus.*

moram trahere.) *Habitare. Morari Ciceroni non significat habitare, sed verzi- hen/still sie jen an einem ort. Moramur & commoramur ut in hospitio ad tempus: Habitamus ut in domo. Ubi moraris? id est, ubi est hospitium tuum.*

morbus caducus.) *Morbus comitialis.*

morbus fit major.] *Morbus ingravescit, increduscit, invalescit, augescit.* Cic. *Cùm ingravesceret annona. Ingravescens ætas, Senectus vocatur, quod molesta sit & gravis. Contr. Remittere.*

morem novum incipere.) Cic. *Novum inducere morem.*

morigerus.) *Obediens.*

mortualia.) *Funeralia. Funebres cantiones. Funebre sacrum.*

mortuus fame.) *Enectus fame.*

moteta.) *Epigramma sacrum, Cantio Musica sacra,* Modulus *sacer latinus.*

mucus.) *Mucor.*

multifarius.) *Varius, Diversus,* *Multiplex.*

multos esse alicibi.] Cic. *Frequentes fuim us omninò ad ducentos,*

Idem. *Nunquam tam frequens collegium judicavit.*

Multoties.] *Sapè, Crebrò.* Cic. *Frequens te audivi atque adfui.* Idem. *Demosthenes frequens fuit Platonis auditor.*

Multum de se tenens.) Cic. *Homo ipse de se benè existimans, seq; diligens. Existimare crebrò pro Iudicare à Cicerone usurpatur. Desine unumquemq; moribus tuis existimare.*

Mutatio temporum, vulgò.] *Inclinatio* Cic. *Fuit hoc meum fatum, ut in me unum omnis inclinatio communium temporum procumberet.* Idem. *Minimis momentis maximæ inclinationes temporum fiunt. Momentum hic punctum significat.*

Mutire.) *Hiscere.* Cic. *Responderéne ad hæc aut omninò hiscere audebis?*

Mutuo accipere.] *Mutuari ab aliquo. Mutuari cogor, Sumere mutuum, mutuare pecuniam ab aliquo.*

Mutuò dare.) *Dare mutuum frumentum. Dare pecuniam mutuã. Expensum ferre alicui,* Cic. *Quis inventus est, qui Antonio mille nummûm ferret expensum.*

N.

Narrare de parte ad partem.] *Particulatim, Articulatim, Membratim narrare, exponere.*

Notarius.] *Notario.*

Nativitas.) *Ortus, Dies natalis.*

Navigare à terra.) Cic. *Solvere, Nos eo die cœnati solvimus. Solvere portu. Solvere anchoras. Solvere navem.*

Navis appulit.] *Navis appulsa est. Hostes classem ad urbem appulerunt. Appellitur Syracusas navis. Hostes appulsi navibus in Siciliam.*

Naumachia Græcè.] *Prælium, vel Bellum navale.*

Necessarium est.) *Necesse est.*

Necessito.] *Necessitatem affero.*

Negare cum juramento.) *Abnegare.*

Negativus.) *Negans.*

Neoterici.] *Recentes.*

Ne pigriteris.) *Ne pigreris, ne cuncteris.*

Nepos.) *Cognatus, Consanguineus.*

Nequeo.) *Non queo.*

Nequitiosus.) *Nequam.*

Nesci-

Nescire Gallicum.) *Nescire Gallicè.*

Ne tantillam quidem moram.) *Ne punctum quidem temporis oppugnatio respiravit. Ne minimam quidem moram interposuisti.*

Neuter neutrum amat.) *Neuter alterum amat. Sic. Vterq; alterum odit. Non uterq; utrumq; dicitur teste Valla.* Teren. *Tamen dixit, Vterq; utriq; est cordi.*

Neutralis.] *Indifferens, Medius, Non esse partis alterutrius.*

Nigredo.] *Nigror.*

Nihil distat quin, &c. Es fehlt nicht.) Cic. *Prorsus nihil abest, quin sim miserrimus.* Idem. *Abesse non potest, quin ejusdem hominis sit probos improbare, qui improbos probet.*

Nihil magis odi.] *Nihil pejus odi.* Horat. *Cane pejus, & angue vitare.*

Nihil magis volo.) *Nihil malo.* Cæsar. *Nihil enim malo, quàm & me mei similem esse, & illos sui.*

Nihil sum certior factus. Cic.. *Nihilo sum certior factus, Nihilum non quibusvis attribuitur, Comparativis inter cætera semper.*

Nimium permittere.] *Indulgentius habere aliquem.*

Nisi erro.) *Nisi me fallit animus, Nisi me fallo, Nisi quid me fallit, Nisi omnia me fallunt.*

Nitiditas.) *Nitor.*

Nivosus.] *Nivalis.*

Nocentia.] *Crimen.*

Nocere alicui, vulgò) *Fraudi esse.* Cic. *Hæc res nemini unquam fraudi fuit. Fraus pro Scelere sæpè usurpatur.* Cic. . *Rabirius fraudem capitalem admisit.* Idem. *Dij nonnunquam præsentis fraudis pœnas in diem reservant.*

Nocte alicubi esse.] Cic. *Pernoctare. Studia pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur.*

Nocuus.) *Perniciosus, Infestus.*

Nomenclatura.) *Nomenclatio.*

Nominatim nominare.) *Nominatim compellare, Appellare.*

Non amplius recordari.] *Abjicere, Deponere offensionem, inimicitias veteres.*

Non curo, vulgò.) Cic. *De cæteris non laboro. Sic, Laboras ea de re?*

Non

Non curat quid agat.) *Nihil pensi habet quid agat.*

Non diu post.) Cic. *Nec ita multò post.* Idem. *Interim nec ita longo intervallo ille venit.* Idem. *Non ita multis antè annis.* Idem. *Non ita multi.* Idem. *Themistocles non ita sanè vetus.*

Non esse solicitum.) Cic. *Vivere in diem.*

Non est ad propositum.) *Nihil attinet ad propositum.*

Non est tam audax.) *Non ea vis animo.*

Non est bene affectus erga me.) *Non est aquus mihi. Est mihi iniquior.*

Non est senex satis ad hanc rem.) *Non est maturus huic rei.*

Non facies ut;) *Non committes ut.* Cic. *Non committam posthac, ut me de negligentia epistolarum accusare possis.*

Non feceris.] *Ne feceris Cave facias, & Cave ne facias. Non vetantis non est, sed negantis Adverbium.*

Non feci sponte.) *Imprudens feci.*

Non ita dictum erat.] *Non ita convenerat.*

Non opus est vulgò, nec malè.) Cic. *Nihil est quod multa respondeam.* Idem. *Nihil attinet dicere.*

Non posse discedere impunitum.) *Non posse effugere alicujus culpa pœnam.*

Non possum intermittere.) Cic.. *Non possum quin exclamem.*

Non potest se ipsum regere.) *Est impotenti animo. Animo parum valido est.* Cic. *Impotens, Iracundus, Contumeliosus, Superbus.*

Non potui venire propter morbum.) *Non licuit venire per valetudinem.* Cic. *Cùm commodè, & per valetudinem, & per anni tempus navigare poteris, ad nos amantissimos tui veni. Latini ei quod prohibet, quod impedit, quod remoratur, Per, præpositionem attribuunt.*

Nonies.] *Novies.*

Non sine caussa, vulgò, nec malè.) *Meritò, Non immeritò, Non injuria, Non abs re.*

Non scio.) *Nescio, Haud scio.*

Non tam.) *Non ita,* Cic.

Notandus.) *Notatione dignus, Attendendus.*

Notare aliquem improbitatis.] *Notare, vel Increpare improbitatem alicujus.*

Non velle.] *Nolle.*

Non verò.) *Non autem. Verò sequitur has particulas Nec, Neque, Tu, Age, Sanè, Tam, At, Enim, Quasi, Nunc. Itē pronomina, Ego, Tu, ille.*

Nostri ipsius non sumus creatores.) *Nostri ipsorum non sumus creatores. Sic dicimus, Homines non sunt servatores sui ipsorum.*

Notarius.] *Scriba; librarius*

Notorium.] *Evidens, Manifestum.*

Nova.] *Nuntij.*

Novendecim.) *Vndeviginti.*

Noviter.) *Nuper.*

Nubere filias.) *Elocare, aut nuptum dare filias.*

Nubilosus.] *Nebulosus.*

Nullibi.] *Nusquam, Nullo loco.*

Nullo labore.] *Parvo vel Nullo negotio.*

Nullum tempus delebit.] *Nulla unquam memoria delebit. Memoriam pro tempore sapè Cicero usurpat.*

Nullum tempus longius est mihi, quàm.] Cic. *Nec mihi longius quidquam est, quàm videre hominum vultus.* Idem. *Nihil ei longius videbatur.*

Nunc primum venis?] *Nunc demum venis?*

Pro nunc, pro tunc.] *Pro temporis ratione vel conditione. Pro tempore ac occasione.*

Nuncius pro eo qui litteras adfert.] *Tabellarius: sic dictus à tabellis ceratis, quas ultro citroq; ferebat, hinc Tabula, & Tabella pro Litteris in usu.*

Nuntios habere per quos litteras mittamus.] Cic. *Nãcisci cui epistolas demus. Vbi nactus ero cui dẽ, uberiores à me litteras exspectato.*

Nuntios multos invenies, quibus, &c. Cic. *Multi erunt quibus rectè litteras dare possis.*

Nuntium pluraliter, nuntia, nũtiorum.] *Nuntius.* Cic. *De fratre nuntij nobis tristes nec varij venerunt. Nuntius tam rem significat quæ nuntiatur, quàm eum qui nuntiat. Nuntium, Latinum non est.*

Nuntiavit mihi quod vales.] *Nuntiavit mihi te valere. Nuntio Vt, aut, Quod non recipit.*

Nunquam de vita.] *In vita nunquam.*

Nutritius.] *Educator, Altor.*

O

Obæratus.] *Æratus miles.*

Objectio] *Quæ contrà dicuntur.*

Objectum.] *Quod sensibus percipitur, Res objecta sensibus.*

Obiter.] *Ἐν παρόδῳ, ἐν παρέργῳ, id est præter rem præter propositum.* Cic. *Quoniam non consultò, sed casu in eorum mentionem incidi, quasi præteriens, satisfaciam universis.*

Obla-

Oblatio.] *Liberalitas.*

Obligatio, vulgò.) *Fiducia.* Cic. *Qui fiduciam accepit, debet præstare fidem.* Idem. *Hanc fiduciam commissam tibi tenes hodie ac possides. Fiducia est pignus quod alicui datur, usque dum solvat quod debet. Committere fiduciam, est vendere ea pactione, ut liceat eodem precio tibi, cùm possis aut velis redimere. Venditio fiduciaria dicitur, quæ fit sub pactione redimendi.*

Obliteratus.) *In litura esse.*

Obnoxium esse.) Cic. *Ebutius hoc interdicto non tenetur.* Idem. *Teneri jurejurando.* Idem. *Teneri pœnâ.*

Obnoxium facies.) Cic. *Ipsum summo officio, & summa observantia tibi in perpetuum devinxeris.* Idem. *Cujus officiis me esse devinctum confiteor* Idem. *Tenere aliquem devinctum largitione*

Obnoxium peccato.) *Peccatũ hæret in eo.* Cic. *Non potest hærere in tam bonis civibus, tam acerba injuria. Hæres mihi in visceribus, medullis, id est, Nunquam tui obliviscar.*

Observandissimus.] *Cum primis observandus.*

Obsidium.] *Obsidio.*

Obstinate.) *Præfractè, Pertinaciter, Cum pertinacia.*

Obstupefactio.] *Obstupefactus.*

Ob enebro.) *Obscuro, Tenebras, vel Noctem offundo, Perstringo.* Cic. *Voluptas rationi inimica, mentis (ut ita dicam) perstringit oculos.*

Obtenebro domum alicujus.) *Obstruere luminibus alicujus. Lumen hic significat partem illam ædium qua lux hauritur, vel lucem qua ædes illustrat. Officere luminibus. Offundere tenebras, pro Obscurare sæpè usurpavit Cicero.*

Obvio.) *Prodeo obviam, Obviam alicui me fero, Occurro, Obvius sum, ἀπαντάω.*

Obviatio.) *Occursatio, obviam itio, ἀπάντησις.*

Occidentalis.) *Occidens.*

Occidere aliquem cupere.] Cic. *Appetere viam alicujus. Ferro & insidiis vitam alicujus appetere.* Einen heimlich begeren zu tödten.

Occidere seipsum.] Cic. *Is manus sibi afferre conatus est.* Idem. *Is confessus est, se Cn. Pompeio suis manibus necem afferre voluisse.* Idem, *Afferre vim & manus alicui.*

Oc-

Occupari.] *Distineri maximis occupationibus.*

Octodecim.] *Duo deviginti. Unde vel Duodeviginti, triginta dixerunt veteres, pro quibus hodie Octodecim, Novemdecim, Triginta octo, novem.*

Oculum in rem aliquam dirigere.] Cic. *Oculum adjicere hareditati, vel alicui rei.*

Oculos submittere.] *Oculos deijcere.*

Odoramentum] *Odores, Odoratio.*

Odoramentarius.] *Vnguentarius.*

Offa.] *Panis jurulentus, Panis è vel ex jure. Veteres Offas vocarunt massas glomeratas; aut ex macerato pane, aut farina quibus saginabant gallinas, anseres, aut aves.*

Officiatus.) *Magistratus minister. Apuleius Officialem vocat.*

Olfactus.) *Odoratus.*

Omnifariam.) *In omnes partes aliquem fallere.* Cic.

Omnifarius.) *Cujusq; modi.*

Omnimodè.) *Omnibus modis, omni ratione.*

Omnes usque ad unum.) *Ad unum omnes, Vel omnes ad unum.*

Omnis sibi quàm.) *Quisq; sibi melius esse mavult quam alteri. Cum Sui, & Suus, & Qui, & Quantum non Omnis, sed Quisq; jungitur.*

Omni quarto anno.) *Quarto quoq; anno. Sic, Tertio quoque verbo. Elegans inprimis oratio est, ubi Quoque jungitur numeralibus ordinem significantibus.*

Opacitas.) *Locus opacus, huic opponitur, Locus apricus. Opaco, id est, umbram facio.* Cic. *Sol ita movetur, ut terram modo his, modò illis partibus opacet.*

Ope eipso & effectu aliquem juvare.] Cic. *Navare alicui operam & studium.* Idem. *Quàm vellem Bruto studium navare tuum potuisses.*

Ophthalmia.) *Morbus oculorum.*

Opificium.) *Opus.*

Oportet te facere.) *Facias oportet, Faciendum est, Illud factum oportet. Vide Syntaxin Emmanuelis carminibus illustratam.*

Opus habeo.) *Opus mihi est. Opus cum verbo Habeo non jungitur. Vide eandem.*

Oratorica.] *Rhetorica, Oratoria facultas, Via & facultas dicendi, Ratio dicendi. Sive ratio sive exercitatio dicendum, Studium, Virtus, Doctrina dicendi.*

Oratio explicit,) *Oratio ad exitum deducta est.*

Ordinare, vulgò.] *Digerere, Disponere, Componere, Cōstituere leges, pœnam alicui, vel in aliquem. Constituere regem, vel accusatorem.*

Ordinarius.] *Legitimus.*

Ordinatum bene, vel male.] *Benè, vel malè comparatum est.* Ci. *Præclarè legibus comparatum est ut &c* Idem. *More majorum comparatum.* Idem *Benè majores nostri hoc comparaverunt.*

Ordinatus.) *Habens ordinem.*

Ordine.) Cic. *Ex ordine dicere, vel collocare.*

Orientalis.) *Oriens.*

Ostentator.) *Gloriosus, Vanus.*

Otiatur semper.) Cic. *Pueri etiam cum cessant, exercitatione aliqua delectantur.*

Ovinus.) *Ovillus.*

Ovo.) *Ovans.*

P.

pacifice.] *Cum pace.*

pater vel prior cœnobii.) *Cœnobiarcha, Præfectus vel Antistes cœnobij, monachorum, vel virginum sacrarum.*

pædico.) *Qui pueros amat turpissimè.*

pallesco.] *Palleo, Exalbesco.*

palliditas.) *Pallor.*

pallidus.) *Decolor, Exanguis, Sine colore.*

palpare manibus.) *Tentare manu.* Cic. *Hoc flumen ita frigidum est, ut vix pede tentare id possim. Tentari morbo dicimur, cum morbi quædam initia & signa sentimus. Tentare venam, est tangere. Tentare sententiam alicujus, vel fortunam, est periclitari.*

parare appetitum.] *Deambulatio acuit stomachum.*

papyrus] *Charta.*

par esse, par haberi, vulgò.] *Æquare, Adæquare, Adæquari* Cic. *Inter quos posses excellere cum iis se pati æquari. In summa amicorum copia cum familiarissimis ejus est adæquatus.* Idem. *Quæ à me ipso effecta sunt, Deorum vitam possint adæquare.*

parcitas.) *Parcimonia.*

paroxismus.) *Commotiuncula, Tentatio.*

particularis.) *Singularis, Præcipuus, Peculiaris, τὸ κατὰ μέρος.*

particulariter.] *In partu, singillatim, vel sigillatim, præcipuè.*

parvi facio.) *In parvis, vel minimis pono. pro nihilo puto, vel habeo, Nullo loco habeo. Omnia quæ accidere possunt, parva ducens.*

parvo labore.] Cic. *Parvo negotio vel Nullo negotio.*

parvo tempore.] *Dudum. Non ita dudum.*

parum attingere.) *Primoribus labris, Primoribus digitis attingere.*

pascuum.) *Pascua, orum, pastus pecudum.* Cic. *Accedunt ad pastum animalia alia gradiendo, alia serpendo, alia volando, alia natando.*

pasquillus.) *Libellus famosus. Satyra.*

passibile.) *Tolerabile.*

passemesa.) *Chorea progrediens passu uno & dimidiato.*

passiones.] *Affectiones animi perturbationes.*

passivus.) *παθητικὸς, Patibilis.*

passum non concedere.) *Prohibere publico commeatu.*

pastino.) *Fodio.*

pater noster.) *Oratio Dominica.* Idem. *Spherulæ precatoriæ. Pilulæ precatoriæ, Calculi precatorij.*

patrocinor.) Cic. *Adsum alicui contra aliquem. Caussæ præsto sum. Miloni Pompejus advocatus venit.*

patronus templi.) Cic. *Custos & præses templi. Sic; præsidere.* Cic. *Vos dij patrij, qui huic urbi, atq; imperio præsidetis.*

patrum tempore.] *patrum memoria. Sic; Nostra memoria.* Cic. *Cratippus noster princeps hujus memoriæ philosophorum.* Idem. *Memoriæ sic est proditum. Tradere, aut prodere memoriæ: hoc est, scriptis, quibus res gestæ comprehenduntur.*

paucis dicere.) Cic. *perquàm breviter perstrinxi, atque attigi. Celeriter perstringere, leviter. Longum est dicere, sed hoc breve dicam.*

pavefacio.] *pavorem adfero, Metum incutio.*

pavefactus.) *Exterritus.*

pavidus.) *pavens.*

Pauperies.) *Paupertas.*

Pansa.) *Respiratio.*

Peccare in se.) *Admittere in se facinus, scelus, dedecus.*

Peccatum mortale.) *Capitale.*

Peccatum originale.] *Vitiositas, Nativum malum.*

Peccatur utrobique.] *Peccatur utrinq;.*

Peculor.) *Depeculor, Peculatum facio.*

Pecunia mala, vel falsa.) *Pecunia adulterina, vel, Moneta adulterina. Pecunia improbata moneta.* Sic; *Pecunia abrogata, Pecunia iniqui ponderis.*

Pedester ire.) *Pedibus ire.*

Pejus est.) *Deterius.*

Pendere ad patibulum.) *Pendere ex, vel de patibulo.* Ovid. *Illud ab uno Corpore, & ex una pendebat origine bellum.* Idem. *Sine praepositione dixit: Omnia sunt hominum tenui pendentia filo. Ad patibulum pendere, est juxta patibulum pendere.*

Pensionarius.) *Vectigalis.*

Per accidens.] *Temere, Fortuitò, casu.*

Perculsi.] *Apud Ciceronem solum Perculi, & Perculsus est. Hæc te vox non perculit? non perturbavit?*

Per diem.) *In diem commodare.*

Peremptorius.) *A pratore dies dictus.*

Pergere, nec malè.] *Proficisci, Ambulare. Triduo septingenta millia passuum ambulare.*

Periodus Græcè.) Cic. *Circuitus orationis, quam Græci Περίοδον, nos tum ambitum, tum Circuitum, tum Comprehensionem, aut Continuationem, aut Circumscriptionem dicimus.* Idem. *Meæ aures perfecto completoq; verborum ambitu gaudent.*

Perjuro.) *Pejero.*

Permerdare.] *Stercore commaculare, fœdare. Totum inquinare.*

Perpendiculariter.) *Ad perpendiculum, Ad lineam, Ad pares angulos, Rectis lineis.*

Personaliter adesse.) *Sistere se aliquo in loco.*

Pertranseo.) *Permeo.*

Pervenire ad aliquem sequendo.) *Assequi, & Consequi.* Cic. *Si accelerare volent, ad vesperum consequentur.*

Per-

Pervulgari.) *Increbescere. Hoc jam apud illos increbuit, hoc est, divulgatum est. Fama, Rumor, Consuetudo in. rebescit.*

Peffundo]*Obtero, Protero, Conculco.*

Pestiferus.) *Pestifer, Perniciosus.*

Peto te hanc rem.) *Peto à te hanc rem.*

Phantasticus.) *Opiniosus.*

Pharus.)Cic. *Ergo his omnibus ad benè de omni Repub sperandum, quasi signum aliquod sustulisti.*

Philosophaster.) *Philosophus minutus, Philosophus plebeius, vel minorum gentium.*

Phlebotomare.)*Incidere venam, Mittere sanguinem.*

Phlegma.]*Pituita.*

Phlegmaticus.) *Pituitosus.*

Phrasis.) *Verba conjuncta.*

Physiognomus] Cic. *Socratem notavit Zopyrus physiognomon, qui se profitebatur hominum mores, naturasq; ex corpore, oculis, vultu, fronte pernoscere.*

Pignero.) *Oppignero.*

Pignus accipere.] Cic. *Qui fiduciam accepit, debet præstare fidem.*

Pilare.) *Pila ludere.*

Pilatorium.) *Sphæristerium.*

Pilcum dormitorium.] *Pileum nocturnum.*

Piscatio.) *Piscatus.*

Placet mihi consilium tuum.) *Tuum consilium approbo. Quod alteri placet, alius approbare dicitur; quasi sententia sua accedere ad opinionem alterius.*

Planctus.) *Plangor.*

Planeta.) *Stella errans, stella vaga, Sidus errans, Stella quæ falsò errantes vocantur.*

Plantarium.) *Seminarium.*

Plantare.) *Serere arbores, Seminare stirpes. Facere olivetum, Instituere vineam.*

Pleuresis.] *Pleuritis, Dolor lateris acutus & pungens.*

Plico.]*Complico.*

Plus quàm cæteri.) *Præter cæteros.*

Plus quam satis.] *Plus satis. Plus millies.*

plus quam omnes.) Cic. *Maximè omnium nobilium Graecis literis studuit.*

podager.) *podagricus, Athriticus.*

ponderare, vulgò, nec male.] *Ponderibus examinare. Trutina, statera examinare.* Cic. *Ad ea probanda quae non aurificis statera, sed populari trutina examinantur. Expendere.*

pone casum.) Cic. *Fac esse, potuisse, velle Sit ita sanè.* Terent. *Pono eum victum esse Finge sic evenisse. Fingamus ita esse.*

ponere ex corde) *Amovere aliquid ex animo suo. Non amplius recordari, Deponere.* Cic. *Obliviscor injurias, depono memoriam doloris. Deponere timorem, offensionem, simultatem, inimicitias veteres, Eleganter cum Cicerone dicimus Deponere aliquid de manibus. Deponere pecuniam apud aliquem. Habere aliquid depositum apud aliquem.*

ponere mappam.] *Instruere mensam.*

ponere signum.) *Apponere notam.*

ponere se ad sedendum. Cic. *Sed resideamus, inquit, si placet Inde translatè, Aliquid residere in alia re dicitur.* Cic. *Cujus non in sententia solum, sed etiam in nutu residebat auctoritas.*

populosa civitas.) *Frequens. Via frequens & tuta,* Eine bräuchige vnd gesicherte Straß.

portarius.] *Ianitor.*

portativum organum.) *Organum pneumaticum uno folle, quod facilè transferri & portari potest.*

positivum organum.] *Organum pneumaticum duobus follibus, quod de loco in locum ponitur.*

possibilis.] *Δυνατὸς. Quod fieri potest, Quod in nostram potestatem cadit.*

possibilitas.) *Facultas, vis, vires.*

postilla.) *Scholion, Brevis interpretatio.*

post prandium.) *A prandio. Sic; Secundus à rege, hoc est, post regem primus.* Cic. *Cujus à morte hic tertius, & tricesimus annus est.*

potentia.) *Facultas, quam Graeci δύναμιν dicunt.*

potentia esse.) *posse esse.*

potest passare.] *Tolerari potest.*

practica.) *Usus, Experientia, Actio rerum, Assiduus usus.*

pra-

practicus.) *Usuperitus, Experiens, Exercitatus, Agitatus, Magnum usum habens, Rerum varietate, atque usu ipso pe: doctus, Vir usu atque exercitatione praditus.*

præcipimur hoc facere.) *Iubemur hoc facere. Deus jubet ut hoc faciamus.*

præcedo.) *precurro, Antegred.or, Antecedo.* Cic. *Horum uterq; Isocratem atate pracurrit.*

prædestinatio.) *Fatum.* Cic. *Omnia fieri fato ratio fateri cogit.*

prædestinare.] *Destinare.*

prædicamentum.) *Summa rerum genera, Attributa rerum.*

prædicare.) *Docere, vel publicè explicare evangelium.*

prædicari apud Philosophos.) *Quæ dicuntur de quodam aut quibusdam.*

prædurior.) *Multò, vel longè durior. Praclarissimus singulare est apud Ciceronem.*

præfari verba.) *praire verba, vel verbis.* Cic. *Ut vobis voce praeirent.*

præfatus.) *Dictus, De quo dixi. Paulò antè propositus. Antè adductus, commemoratus, memoratus.*

præfiguro.) *Denoto, Exprimo.*

præfoco.) *Suffoco.*

prælatus.] *Antistes.*

præmeditate.) Cic. *Permultum interest utrum perturbatione aliqua animi, an consultò & cogitato fiat injuria.*

præmio.) *Pramiis maximis afficio. Pramium do, vel tribuo, pramiis dono.*

præsagium.] *Prasagitio, prasensio, Futurarum rerum cogitatio. Prasagij vocabulo Cicero non est usus.*

præscribere tempus.) *prafinire, Constituere diem. Pacisci diem.*

præsentaneum.) *Prasens.*

præsentare alicui officium suum.) *Deferre alicui suum officium.* Cic. *Universum studium meum, & benevolentiam ad te defero* Idem. *Quidquid possum ad hanc rem conficiendam, tibi polliceor & defero.* Idem. *Honores alicui deferre. Tribuere idem significat. Deferre eleganter indicare significat. Ut; Deferre aliquid ad populum, aut ad aliquem.*

præsumere.) *Tantum mihi non sumo, ut meum consilium valere debuerit, secutus sum tuum.*

Prætensio.) *Obtentus, seu Species.*

Prætextus.] *Simulatio, Species, Nomen Causa, Excusatio, Prætextus recentiorum est vocabulum.*

Prævaleo.) *Potior sum, Præsto, Plus polleo.*

Pravè.) *Perperam.*

Precor ut res bene cadat.] Plaut. *Qua res rectè vertat.*

Primatus.) *Principatus. Tribuere, dare, tenere principatum Ciceroniana sunt.*

Principaliter.] Προηγουμένως, *præcipuè, primo loco, potissimùm. Principaliter à Plinio Secundo & Seneca usurpatur.*

Privativus.) *Privans.*

Privilegiatus.) *Præmiis nominatim affectus.*

Privilegium dare, habere.) *Liberare vectigalibus. Vectigales liberare, Tollere portorium Immunitate donare. Immunes esse. Privilegium est lex privato homini irrogata, & veteres non in laude modò, sed maximè in vitio ponebant: ut cum irrogaretur privilegium alicui ut exularet.*

Prius pro prior.) *Deus dilexit nos prior; non prius.*

Privilegium civitatis.) Cic. *Ius & lex civitatis.*

Probare aliquem.) *Periculum facere alicujus.*

Pro & contra.) *In utramque partem.*

Pro certo, aut firmo hoc teneto.] Cic. *Sic habeas mi Tiro. Persuade tibi.*

Pro culpa stare.] *Præstare culpam*, vor die schuld gut wert en. Cic. *Sumus ea mente, ut nihil in vita à nobis præstandum præter culpam putemus.* Idem. *Præstare damnum.*

Probiter.) *Probè.*

Proceriter.] *Procerius.*

Processio.) *Supplicatio habebitur, vel habita est.*

Procliviter.) *Proclivius.*

Proculdubio.] *Sine dubio.*

Proculco.] *Conculco, Protero.*

Procurator judicialis.) *Cognitor.* Cic. *Sthenius invenire neminem Siculum potuit, qui pro se cognitor fieret.*

Prodigalitas.] *Effusio, Profusio.*

Prodigaliter.) *Prodigè.*

Prodigo.) *Effundo, Profundo, Consumo, Exhaurio, Minuo, Dilapido, L.t.*

do, Dißipo. Rem familiarem dilabi sino, Iacturam patrimonij facio.

Producere fructus.] *Ferre, Efferre, Edere fructus.*

Profectus.] *Magnus progressus in aliqua scientia.*

Profectum in studiis facere.) *Procedere, Progredi, Proficere in studiis. Progressus, vel Progreßiones facere.*

Profero.) *Res alio atque alio elata verbo.*

Proferre benè, vel malè.) *Pronuntiare benè, vel malè.*

Proferre fructus.) *Ferre, Efferre, Edere.* Cic. *Ager qui multos annos quievit, uberiores fructus efferre solet.* Idem. *Oves nullum fructum edere ex se sine curatione hominum possunt.*

Professor.] *Doctor alicujus artis, Magister. Profiteri est Magistratui aut Censoribus indicare quantum vini, frumenti, possessionum, & bonorum omnium possideamus. Professio, & Professor à veteribus in eadem quoque significatione usurpantur.*

Profunditas.) *Crassitudo.*

progenero.) *Progigno* Cic. *In seminibus inest vis earum rerum quæ ex ipsis progignuntur.*

pro hac vice.) *Hac loco & tempore hoc dixisse sufficiat, vel dicta sufficiant.*

projicere unum huc, alterum illuc.) *Omnia dißipare, vel disturbare.* Cic. *Amicitia omnia contrahit, discordia dißipat.* Idem. *Facilius est apta dissolvere, quàm dißipata connectere.* Idem. *Ignis quocunque invasit, cuncta disturbat & dißipat.* Idem. *Cùm istius amici sermones hujusmodi dißipavissent, me, &c.*

pro invicem orare.) *Orate alter pro altero.*

prolixus sermo.) Cic *Longus, Multus. Prolixus Ciceroni valet Liberalis, Largus, Facilis: Nunquam longus. Prolixè, id est, liberaliter, beneficè, promptè, largè, cumulatè.*

pro loci qualitate.) *Pro loco & tempore,* Nach gelegenheit diß orts vnd der zeit. *Sic dicimus, pro re nata,* Nach jetziger gelegenheit.

Prolongare, vel prolatare diem.] *Producere, prorogare, propagare, Differre, provehere, Trahere, Ducere, proferre diem. Amplius pronuntiare, Longum facere.* Cic. *Sermonem in multam noctem producere Penes judices est potestas ampliandi. Comperendino etiam significat de die in diem differo.*

pro majori parte.) *Ex majori parte.*

promittere se venturum ad cœnam.] Cic. *Crassus cùm mihi cen-*

condixisset, canavit apud me in mei generi Craßipedis hortis.

promittere alicui merces, vel quid aliud data manu.] Cic. *Addicere. Si doceo, pluris aliquanto te potuisse vendere, neque his voluisse addicere, qui contra Apronium licerentur; & Apronio multò minoris, quàm aliis potueris, tradidisse.* Idem. *Neminem invenire potuit, cui sedes meas addiceret, cui traderet, cui donaret.*

promissa servare.) *Stare vel manere promissis. Sic; Stare conventis, pacto, jurejurando.*

prompta pecunia solvere.) Cic. *Dies promißionum adest, quem etiam repræsentabo, si adveneris. Repræsentare est prompta pecunia solvere, aut emere aliquid. Repræsentatio,* Bezahlung so mit barem Gelt geschicht.

promptitudo.] *Alacritas. Promptus animus. Prompta voluntas.* προθυμία.

pro nobis est.] Cic. *Nobiscum, vel pro nobis facit.* Idem. *Veritas cum hoc facit. Stare ab, vel cùm aliquo.*

pronosticatio.) *Prognosticum, prædictio, Augurium, Divinatio, Auguratio.*

pro nummulo rixatur.) *De nummulo rixatur. Hic multi abutuntur præpositione Pro Sic; Pugnare, contendere de loco.*

propalo.] *Palàm profero, recito, Divulgo, In medium profero, Tecta & involuta aperio.*

pro peste curanda.) *Ad curandam pestem, Ad ferenda ligna in sylvam properare; non pro.*

propatulus.) *promptus.*

propè factum est.] Cic. *Bellum affectum videmus, & verè ut dicam, pœnè confectum.*

properanter.] *Festinanter properans.*

properè) *Festinanter, Celeriter.*

properus.) *Præproperus.*

prophetare.) *Hariolari, prædicere. Edere oraculum. Sic dicimus, Edere Spiritum, Nomen, Librum, signum, Clamorem, Exemplum crudelitatis.*

propinquiorem, vel propiorem esse.) Cic. *propius abesse. Propius à morte abesse. Antiquitas, quæ quo propius aberat ab ortu, & divina progenie, hoc melius ea cernebat. In his locis, quæ à Brundusio absunt propius quàm tu, biduum aut triduum, nihil auditur novi.*

pro-

proponere sibi aliquid, pro, etwas vor sich nemen.) Cic. *Constituere aliquid Certum est mihi. Constitutum habere. Proponere significat, Sich etwas vorsetzen.*

proponere conditiones.) *Ferre conditiones, Condition* fürschlagen.

proponere in senatu aliquid.] *Referre rem aliquam, vel de re aliqua ad Senatum: Deferre ad aliquem.*

proponere quæstionem.) *Ponere quæstionem, aut aliquid de quo quis audire velit.*

proportionaliter.) Cic. *Æquabiliter. Æqualiter. Pro rata portione aliquid distinguere.* Idem. *Oportet ut in ædibus ac templis vestibula & aditus, sic caussis principia proportione rerum praponere.*

propositio affirmativa.) *Propositio aiens.*

pro posse meo.) *Pro virili mea parte. Pro virili mea. Pro facultate mea. Pro viribus meis. Quead fieri à me potest.*

propria manu.) *Mea, Tua Sua manu.*

proprius nuntius.) Cic. *Habebam paucis diebus homines certos quibus dare poteram.* Idem. *Quum mihi certorum hominum potestas erit.*

propter valetudinem.) *Per valetudinem.* Cic. *Cujus per ætatem pater esse potuisti Per Deum. Propter sæpè eleganter redditur per De.* Cic. *Regulus de captivis commutandu Romam missus est.*

propter quam caussam.) Cic. *Quid est Cur, Quamobrem. vel Quod?*

prorsum.) *Prorsus.*

prosa.) *Libera oratio, Soluta oratio, verba soluta, Oratio qua numeris non est astricta, & devincta, oratio à modis soluta.*

prospicienter.) *prudenter, providentissimè.*

prostituere se.] Cic. *Mulier quæ domum suam patefacit omnium cupiditatibus, palamq; se in meretricia vita collocavit. Vulgare se omnibus. Corpus palàm ad omnes libidines divulgare. Mulier vulgata omnibus.*

pro singulis jugeribus, medimnis.] *In jugerum, in medimna aliquid dare.* Cic. *Minus tribus medimnis in jugerum nemo dedit.* Idem. *In medimna singula HS. qui nos denos dedisti.*

protector.) *Patronus, Defensor, Parens, Deus.*

protervè.] *Petulanter.*

pro-

protestari.) *Testari, Contestari.* Cic. *Ille denuntiat fundum illum suum esse.* Idem. *Testificor, denuntio, prædico, nihil eum facturum.*

Protervia.) *Protervitas.*

protocollum.] *Breviter & succinctè notatum. Adversaria adversariorum.* Cic. *Id quod in auctoritatibus perscriptum exstat. Auctoritas à veteribus pro tabula, cujus testimonio confirmatur voluntas Magistratus sæpè usurpatur: Item quo acta referuntur, quæ protocolla scr.ba nostri barbarè vocant.*

protonotarius.) *Protogrammateus. Princeps seu primarius tabellionum.*

proventus.) *Fructus.*

proximior.] *Propior, Iunctior, Citerior, Vicinior, Interior.*

publicare.) *Proscribere.*

puellaris.) *Virginalis, ut: virginalis modestia, habitus, vestitus.*

puerum habere ex aliqua.] *Puer illi ex ea natus est.*

pugnare contra aliquem.) *Conserere manum cum aliquo. Ferrum ac manus conferre. Conferre pedem. Castra castris collata audiebamus.*

pulcra aura.) *Sudum* Cic. *Si sudum erit.*

pullatus.) *Atratus.*

pulmentarium.) *Pulmentum.*

pulpitum.) *Suggestum.*

pulsant venæ.) Cic. *Iam venæ & arteriæ micare non desinunt.*

punctus.) *Punctum, Momentum.*

punitus.) *Multatus.*

purgamentum.) *Sordes.*

purgo me furti.] *Purgo me alicui, vel apud aliquem de furto.* Cic. *De altero ei me purgavi.*

puritas.] *Proprietas, Munditia, Elegantia.*

puriter.) *purè.*

pusillanimitas.) *Timiditas, Angustus animus & parvus, Animus pusillus. Infirmitas, Imbecillitas, vel Egestas animi, Angustiæ pectoris, Animus humilis, demissus, timidus, abjectus.*

pusillanimiter.] *Timidè. Quæ timido, humili, demisso fractoq; animo fiunt, non sunt utilia.*

pusillanimus. *Timidus. Animi parum habens, vel nihil. Qui parvo, penul*

perculso animo & abjecto est. Cic. *An verò tam parvi animi videmur omnes. Qui nimis jejuno & angusto est animo. Aliquorum mentes angusta & humiles.*

puto, vel spero quod faciet.) *puto facturum. Puto, Spero, Fateor, Credo, Arbitror, Opinor, & alia ejusgeneris verba, Infinitivis, non particulæ, Quod, junguntur.*

puto quod fiet.) *puto factum iri.*

Q.

Quadrum.) *Quadratum.*

Quæ causa est?) *Quid est cur? Quamobrem? Quod &c.*

Qualificatus.) *Habilis, Idoneus, Conveniens. Natus aptusq; ad dicendum. Non est ita comparatus ut hoc præstare posit, pro quo barbarus diceret, Non est qualificatus.*

Quæsivi hoc semper.) Cic. *Ego id semper egi ne bellis interessem.* Idem. *Non id ago.* Idem. *Aliud igitur nihil, nisi ut &c.* Idem. *Nihil aliud hoc judicio tentatur, nisi ut, &c.*

Qualis est liber?) *Quid libri est? Sic dicimus, Quid animi habes? pro qualem animum habes? Quid morbi est? pro, qualis morbus?*

Qualis qualis.) *Qualiscunque, Cujusmodicunque, Cujuscunque modi.*

Qualitercunque.) *Vtcunque. Sui mores cuiq; fortunam fingunt. pro, qualitercunque agimus, sic evenit nobis.*

Quam diu est quod venit.) *Quam dudum, Quampridem venit?*

Quam diu stetit mundus.] *Post homines natos.*

Quam magnum est forum.] *Toto quantum foro spatium est. Totis quantum ædibus spatium est. Tota quantus domo locus est.*

Quamprimum possum.] Cic. *Primo quoq; tempore.*

Quando semel hoc fiet?] *Quando tandem hoc fiet? Semel enim temporis Adverbium non est.*

Quantitas continua & discreta.] *Quantitas continuata & Disjuncta.*

Quantitas frumenti.] *Magnus frumenti numerus, Sic; Habere magnam pecuniarum vim.*

Quanto diutius tantò magis.] *Magis ac magis. Contrarium: ac Minus ac minus.*

Quantum ad me pertinet.] Cic. *Quod ad me attinet.* Idem: *De Tirone fecisti mihi gratissimum,* was belangen thut.

Quan-

Quantum intrat?) *Quantum capit?* Ter. *Dij boni, quid turba, ædes nostra vix capient.*

Quare non venis?) *Quin venis?*

Queri super re.] *Queri de re aliqua Post Queror De non Super dicitur, quamvis hæ duæ in eadem significatione aliàs dicantur.*

Quid deest, vel Deficit huic homini?) Cic. *Quid abest huic homini?* Idem *Quid huic abest, nisi res & virtus?* Idem. *Mirari desinat Torquatus, me, qui Antonio abfuerim, Syllam defendere.*

Quid dicis? Quid tibi videtur?] Cic. *Quid? utrum ea vestra an nostra culpa est?* Idem. *Quid enim? ad amicos ne confugiam?* Idem. *Quid, quòd sapientissimus quisque animo æquissimo moritur? Quid, contendendi parti illa vim habet, ponitur, quando graviore interrogatione aliquid profertur.*

Quid cum illo fiet?) *Quid fiet illi? Vide Syntaxin Emmanuelis carminibus auctam.*

Quid habeo tecum agendum.] *Quid ad te? Quid mihi tecum?* Terent. *Quid rei est tibi cum illa.*

Quid habes hic agendum?] *Quid hic tibi negotij est?*

Quid habes ibi agendum.] *Quid eò? Quid illuc?*

Quid mihi & tibi?] *Quid rei mihi tecum? Quid mihi tecum? per Ellipsin rei.*

Quid opus est multis verbis?) *Quid multa? Quid commemorem? Quid loquar? Quid dicam? Quid proferam?*

Quid tibi deficit?] *Quis scrupulus te angit, premit? Quid te cruciat?*

Quietem animo invenire.) Cic. *Attica me valdè angit. sed crebrò regusto tuas litteras: in his acquiesco.* Idem. *Habeo nihil tentatu rebus omnibus in quo acquiescam.* Idem. *Cujus in animo, improbitas versatur, nunquam finit eum respirare, nunquam acquiescere. Conquiesco eodem modo usurpatur.*

Qui non.) Cic. *Nemo est quin existimet. Nemo est quin malit. Cum Subjunctivo.*

Quis diabolorum.] *Malum.* Cic. *Quæ malum, est ista tua audacia, atque amentia?* Ter. *Quid tua malum id refert?*

Quisquis studet sibi.] *Quisque, Quilibet, plerique omnes. Quisquis duo verba requirit.*

Quitantia.) *Apocha.*

Quod

Quod non.) Cic. *prorsus nihil abest, quin sim miserrimus* In *sententiis quæ Dubitandi aut negandi verba habent, Nunquam apud Ciceronem Quod pro Quin invenitur. Quin, personis aut rebus tribuitur pro qui aut Quæ non.* Cic. *Nemo est quin malit.* Idem. *Nullum intermisi diem, quin.* Idem. *Quin prodis? pro. Cur non*; Idem. *Quin tu huc advolas? Quin, in sententiis quibus exaggeratur oratio, pro Immò sæpè ponit Cicero. Ego verò jam te nec hortor, nec rogo ut domum redeas, quin hinc ipse evolare cupio, & aliquò pervenire.* Idem. *Horum ego sermone non movebar quin etiam levari me putabam.*

Quomodo se gerit?) *Quemadmodum se gerit?*

Quomodo vocaris?) *Quis, vel Qui vocaris? Quod tibi nomen est?*

R.

Radicare.) *Radices agere.* Cic. *Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur.*

Rapinor.) *Rapio.*

Rapere ad alios usus.) *Avertere* Cic. *Is aversus pecunia aufugit.*

Rarò exire in publicum.) *In publicum rarò prodire.* Cic. *In scenam sine subligaculo prodibit nemo.* Idem. *Si hæc consuetudo serpere & prodire cæperit* Idem. *Prodire obviam alicui.*

Ratifico.) *Ratum facio.*

Rationabile.) *εὔλογον*

Rationabiliter.) *probabiliter, Certa ratione, probabili conjectura & ratione dicere aliquid*

Raucesco.) *Raucus fio.*

Raucitas.) *Vox obtusa.*

Reatus.] *Crimen.*

Rebellio.) *Alienatio, Defectio perduellio.*

Rebellis.) *perduellis, Qui à Repub. deficit.*

Rebello) *Desciscо, Deficio ab aliquo, Retrahor.*

Recapitulatio.) *Anacephalæosis, Epilogus, peroratio.*

Recapitulare.] *Capita rerum summatim repetere.*

Recenter.) *Recens, ut; Sole recens orto.*

Receptor.) *Receptator.*

Receptor generalis.) *Tribunus ærarij, præfectus ærarius, Quæstor.*

Rece-

Receptor particularis.] *Coactor*. Cic. *Non intelligo hoc quale sit an accessionem pecuniæ, ut nostri Coactores facere centesima solent, an decessionem de summa fecerit.*

Recipere in se.] Cic. *Perge, istam culpam quam vereris ego præstabo.*

Recognoscere.] *Agnoscere.*

Recolere meritorum.] *Recolere merita.*

Recommendare aliquem.] *Commendare aliquem.*

Recompenso.] *Compenso. Negligentiam diligentia compensare. Corporis deformitatem animi bonitate compensare. Compensare aliquid aliqua re vel cum aliqua re. Sarcire.*

Recuperare vires.] Cic. *Confirmare. Satis te maturè videris, cum planè confirmatum videro.*

Redargutio.) *Reprehensio, Refutatio. Græcè* ἔλεγχος.

Reddere rationem.] Cic. *Edere rationem alicujus rei cuipiam.*

Reditus annui.] *Fructus, Merces, Vectigal*, Cic. *Capit ille ex suis prædiis sexcenta sestertia*. Idem. *Ex meo tenui vectigali etiam aliquid redundabit*. Idem. *Asia parte aliqua suorum fructuum pacem sibi sempiternam redimat. Mercedis nomine notantur pensiones quæ de fundis & prædiis dantur*. Cic. *Mercedes dotalium prædiorum.*

Reduplico.] *Conduplico.*

Refert vel Interest nostra omnium.] *Refert vel Interest omnium nostrum. Non nostra, vestra omnium. Vide Syntaxin Emmanuelis.*

Refocillo.] *Reficio, Recreo.*

Refriguit pietas.] *Refrixit pietas.*

Refugium semel.] Cic. *Perfugium sæpè.*

Regaliter.] *Regificè*, Cic. *Auro, ebore instructam regificè.*

Regens scholæ.) *Moderator, Rector, Præceptor, Gymnasiarcha.*

Regere casum.] Cic. *Consequi casu. Alij Adsciscere.*

Regimen orationis.] Cic. *Consecutio. Consecutio in conjunctione verborum servanda est, ne generibus, numeris, temporib. personis, casibus perturbetur oratio. Nam ut in simplicibus verbis, quod non est Latinum, sic in conjunctis quod non est consequens, vituperandum est.*

Regimentum militum.) *Legio.*

Registro.) *Refero in commentarium, Redigo in acta vel codicem, Redigo in tabulas publicas.*

R

Registrum & Memoriale.] *Commentarius, & commentarium, Litteræ publicæ, Tabulæ.*

Rejicere culpam in aliquem.) *Conferre culpam in aliquem.* Cic. *Scitum est enim caussam conferre in tempus.*

Rejici in petitione, vulgò.] Cic. *Ferre repulsam, Accipere repulsam.*

Reiuvenesco.) *Renascor, Reviviscor, Repuerasco.*

Relatio.) Cic. *Comparatio, Collatio.*

Relativè.] *Comparatè, Conjunctè.*

Relativa.) Cic. *Quæ cum aliquo conferuntur. Quæ sub eadem rationem cadunt.*

Relaxus.] *Laxus.*

Remedium certum.) Cic. *Remedium præsens.*

Remordeo.] *Morderi est melius conscientia*

Remissionem dare.) *Eximere noxa, Pœnam remittere, Gratiam criminis facere.*

Ren.) *Renes.*

Renego.) *Nego, Denego.*

Reponere fruges.] Cic. *Condere frumentum, pecuniam.*

Repudium.) *Repudiatio.*

Repulsio.] *Repulsa.*

Reputatio.) *Æstimatio, Existimatio, Dignitas, Auctoritas, Fama bona. Nomen.*

Residentia.) *Habitatio assidua.*

Resignare officium.] *Abdicare se ultro.*

Respectivè.] *Comparatè.*

Respectu amicitiæ.] *Ratione seu Caussa amicitiæ. Respectus alio dicendi modo à Cicerone usurpatur Itaque cum respectum ad Senatū haberet.* Idem *Fugientibus miserabilem respectum incendiorum fore.*

Resplendeo.) *Reluceo.*

Respondeo quod sic.) *Ego vero censeo. Ego verò affirmo.*

Restagno.] *Redundo.*

Restauro.) *Reficio, Restituo, Instauro, Resarcio. Restauro Cicero usus non est.*

Resumere animum.) *Colligere se, vel animum.* Cic. *Rogo, te colligas, virumq; præbeas.* Idem. *Cùm animus se collegit, atq; recreavit.* Idem. *Quæ cum intuerer stupens, me recepi.*

Resurgo à mortuis.) *Reviviſco.* Cic.. *Sed nè patri meo, ſi reviviſcat, conceſſerim.*

Reſuſcito.) *Ab inferis revoco, Vitam reſtituo, A mortuis ſuſcito.*

Retinere.) *Meminiſſe.*

Retinere equum.] *Suſtinere.*

Retrahere ſe.) *Referre pedem. Inferre pedem, eſt intrare. Conferre pedem eſt congredi, Efferre pedem, eſt exire.*

Retro cogitare.) *Dicta & facta remetiri, recognoſcere.*

Revaleſcere.] *Convaleſcere ex morbo.*

Revelo] *Patefacio, Indico, Aperio, Enuntio, Profero, Illuſtro.*

Reverendiſſimus.) *Maximè reverendus.*

Reverentiam facere.) *Habere honorem, Afficere honore.*

Reverentialis timor.] *Timor cum reverentia conjunctus.*

Reverſales litteræ.) *Reciproca cautio.*

Revolutio.) *Replicatio, Converſio, Orbis, Rotundus ambitus, Circulus.*

Revolutio ſolis.) *Solis converſio, vel recurſus.*

Ridicularis.] *Iocularis, Ridiculus.*

Rigoroſè.) *Acerbè, Acerrimè, Severè, Rigidè. Inclementer.*

Rigoroſus.) *Severus, Durus, Praſractus, Inclemens.*

Ringo.) *Subringor.*

Riſibilis.) *Qui habet naturam ut ridere poßit.*

Rixoſus.) *Concitus ad rixam, Amans jurgij.*

Robuſtè.) *Nervosè.*

Robuſtitas.] *Gladiatoria totius corporis firmitas.*

Rogo te, vulgò.) Cic. *Amabo te. Quæſo cùm verbis imperativi modi. Si me amas. Si me diligis.*

Rogo ne adhuc ſemel facias.) Cic. *Id ne ſæpius facias rogo.*

Roſarium.] *Spherula precatoria.*

Rubedo.] *Rubor.*

Ruditas.) *Infirmitas ingenij, ſtupor, ſtupiditas.*

Rubeus.) *Ruber, Rufus, Rubentis coloris res.*

Ruricola.) *Agricola.*

S.

Sacrificare.] *Sacrificium facere.*

Sacriſta.

Sacrista.) *Hieropylax Hierophanta, Sacrorum custos Mystagogus.*

Sacristia.) *Adytum, Sanctuarium. Sacrarium locus in templo, ubi reponuntur sacra res.*

Sæpè facere, ponere, uti aliqua re, vulgò.) *Frequentare* Cic. *Verbi translatio instituta est inopiæ caussa frequentanda delectationis.* Idem. *Acervatim multa frequentare.* Idem. *Hæc frequentat Phalereus maximè.*

Sævio.) *Exerceo, Adhibeo, Exhibeo in aliquem sævitiam, Adhibeo in aliquem crudelitatem.*

Sagittare.) *Iaculari, Figere jaculo, Iaculum emittere. Petere jaculo. Sagittam telumve torquere.*

Sagittator.) *Sagittari us.*

Salarium.) *Merces, Præmium.*

Salvator.) *Soter, Servator, Conservator.*

Salutifer.) *Salutaris, Salubris.*

Salvegardia.) *Clientela, Protectio hinc, Dare se in alicujus clientelam, Commendare se alteri in clientelam, Tradere, vel Conferre se in fidem, vel custodiam alterius.*

Salvificus.) *Salutaris, Salubris,*

Salvus conductus.] *Fides publica, Commeatus publicus & liber.*

Sanatus est.) *Convaluit.*

Sanè.) *Salubriter.*

Sanguisuga.] *Hirudo.*

Sanguinare.) *Manare sanguine. Emittere sanguinem. Profluit sanguis è naribus. Sanguinare legitur in Declamationibus, quæ Quintiliano tribuuntur.*

Sanum esse.) *Valere.*

Sapidus.) *Conditus.*

Satiatus.) *Saturatus, Satietate defessus.*

Satis est mihi]*Suppetit, Suppeditat.*

Satisfacere.) *Numerare pecuniam. Dissolvere æs alienum.* Cic. *Pecuniam tenere, nec quidquam ulli dissolvere.* Idem. *Quamcunque ei fidem dederis præstabo.*

Satisfacere alicui per aliquem.) Cic. *Solvere, Persolvere, Repræsentare, Dare, Numerare, suppeditare ab aliquo.*

S[illegible].) *Seges.*

Scabinus.) *Iudex.*

Scabo.) *Perfrico.*

Scabrositas.) *Asperitas, Spina differendi.*

Scalpo) *Perfrico.*

Scandalizare.) *Offendere aliquem.*

Scandere versum.) *Metiri versum.*

Scapulare.) *Vestis scapularis, Capitium, Collobium.*

Schola particularis.) *Schola trivialis.*

Scholam visitare.) *Frequentare scholam Itare in scholam.*

Scholaris, vel Clericus.] *Scholasticus.*

Scibilis.) *Quod scientia continetur. Quod sciri aut intelligi potest.*

Scienter fecisti.) *Prudens & sciens fecisti Scienter aliquid facere est scitè atque doctè aliquid facere.* Cic. *Peritè & scienter, breviter & expreßè, satis ornatè & eleganter dicere.*

Scintillo.) *Igniculos iacio.*

Scire Latinum.) *Scire Latinè.* Cic. *Cùm Graecè, ut videor, luculenter sciam.* Idem. *Omnes qui Latinè sciunt.*

Scire pro certo.) *Certum scire, Certum esse, vel habere* Cic. *Non habeo certum, quae te res hinc retrahat.* Idem. *Is adhuc vivit, & di itur victurus; sed tamen de hoc mihi parum certum est. Pro certo habere, dicere, putare, polliceri aliquid quoque Ciceroniana sunt.*

Scire propter quid est.) *Scire rem ex caussa.*

Scire quia est.) *Scire rem ex effectu.*

Scommata in aliquem jacere.] *Consectari aliquem conviciis, lingua petulantißima Conijcere, Conferre in aliquem convitia.*

Scopus.) Σκοπὸς. Cic. *Quid est igitur propositum his Reipub gubernatoribus quo intueri, & quo cursum suum dirigere debeant. Hoc spectant leges, hoc volunt. Quid spectarunt, quid secuti sunt? Pervenire ad finem. Cicero eò tendit, id agit, ad eum exitum properat.*

Scopum ferire, tangere album.) Cic. *Collimare*, das ziel treffen. *Quis est, qui totum diem iaculans, non aliquando collimet? Collimare, vel Collineare hastam aut sagittam aliquò.* Cic.

Scribere.] *Pingere litteras. Scribere est componere.*

Scribere in librum rationum, se dedisse alicui pecuniam.] *Expensum ferre alicui. Videas unde nummi sint, mihi ferat expensum.* schreib es mir in mein Register.

Sci-

Scribere in librum receptorum.]Cic. *Referre acceptum, vel in acceptum.*

Scribere post exemplar.) *Scribere ad exemplar.*

Scriptum est.) *Memoriæ, vel memoria proditum est.*

Scrupulosè.)Cic. *Nimis exiguè, & exiliter ad calculos revocare amicitiam.*

Sculpere.]*Incidere aliquid in æs, vel in ære.* Cic.

Sculptor.) *Fictor.*

Scultetus.) *Prætor.*

Secundò.] *Secundo loco.*

Scurrilitas.) *Obscœnitas, Scurrilis jocus.*

Secessus.) *Recessus. Solitudo, Latebra, Locus remotus ab oculis populi.*

Secretarius.) *Ab epistolis, A secretis, Amanuensis curiæ, Scriba curiæ, civitatis.*

Secretè.) *Secretò, Abditè, clàm.*

Secretiora.) *Interiora, Recondita, Intima* Cic. *Ad intima istorum consilia pervenimus.*

Secretum.) *Arcanum, Occultum.*

Secreta missæ.] *Arcana sacrificij, Canon.*

Sectatio.) *Affectatio.*

Sectatrix.) *Consectatrix.*

Secundum jus suum non omnia exigere.) *De jure suo concedere.* Cic *De meo jure decedam, & tibi quod in alia caussa non concederem, in hac concedam.* Idem. *Convenit in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum, multa multis de suo jure concedentem.*

Secundùm Lucam.] *Auctore Luca. Evangelium Lucæ.*

Secundum methodum dicere.)Cic. *Constituam quid & quale sit id, de quo quærimus: non quod vos ignorare arbitrer, sed ut ratione & via procedat oratio.*

Secundum sententiam, voluntatem.] *Ex sententia, Ex voluntate.* Cic. *De amicorum sententia Roscius Romam confugit.* Idem. *Nihil faciam, nisi de sententia tua.*

Secundum meum consilium.) *Ex, vel De meo consilio.* Cic. *Cæsar non est facturus quidquam, nisi de meo consilio.*

Secundum virtutem vivere.] *Ex virtute vivere, Ex ratione vivere,*

vere, Ex præceptis vivere, Ex tempestate navigium moderari. Secundum à Cicerone non conjungitur istiusmodi nominibus, nisi in hoc sensu, Secundum naturam vivere. aliis modis non invenitur. Secundum sæpè Post significat. Cic *Secundum te nihil est mihi amicius solitudine, Adsignificat quoque Pro.* Cicer. *Prætor secundum me decrevit.*

Secundum dignitatem.) *Pro tua dignitate, prudentia, sapientia.* Cic. *Hæc pro tuo ingenio considera.*

Secundum quid.] *Quadam ex parte.*

Secundum vires.] *Pro viribus.*

Securare res suas.] *Cavere rebus suis. Caveo tibi, id est, prospicio tibi,* ich warne dich ich neme deiner in acht.

Securari ab aliquo.] Cic. *Cavere ab aliquo, & per aliquem alicui, & alicui aliqua re.* Büraen nemen/von einem Verſicherung nemen. *At tibi ego non solvam, nisi prius à te cavero. Auges tu mihi timorem, qui in oratore tuo caves tibi per Brutum, & ad excusationem socium quæris. Prædibus & prædiis, populo cautum est. Rebus etiam cavemus, ut nimirum extra periculum sint* Cic. *Altera lex privatorum ædificiis, altera sepulcris cavet.*

Securatio.) Cic. *Cautio. Cautiones fiebant pecuniarum Præstare cautionem,* Verſicherung thun.

Securè.) *Sine cura.*

Sedere ad mensam.) *Accumbere* Cic. *Accubueram nona hora, apud Voluminium Eutrapelum; Et quidem supra me Atticus, infra verò familiares tui.*

Sed non.) *In contrariorum redditione dicunt Latini, Et non, aut rejecta voce &,* Nunc.

Seipsum occidere.) *Consciscere sibi mortem.* Cic. *Mortem mihi cur consciscerem, causa visa non est; cur optarem, multæ.*

Semel, aut bis.) *Semel aut iterum: Sic; Iterum ac secundò.*

Semel pro semper.] *Hæc semel dixisse sufficiat.*

Semper apud aliquem esse.) Cic. *Iubes illum mihi esse affixum tanquam Magistro.*

Semibrevis.] *Nota Musices mensura una constans.*

Semifusa.) *Decima sexta mensura musices pars, Nota binis uncis designata.*

Se-

Semiminima.) *Nota Musicæ designans quartam mensuræ partem.*

Senatorum cœtu.] *Concilium.* Versamlung des Rahts. Cic. *Consules re audita, amplius de concilij sententia pronuntiaverunt. Advocare, Dimittere concilium.*

Senex decem annos.] *Natus decem annos. Decimum ætatis annum agens.* Cic. *Annos septuaginta natus (tot enim vixit Ennius) ita ferebat duo (quæ maxima putabantur) onera, paupertatem & senectutem, ut iis pæne delectari videretur.*

Senex magis.] *Non solum Minor, & minimus, Major, & maximus natu dicitur, sed quoque Grandis natu.* Cic. *Grandes natu matres* Idem. *Non admodum grandis natu; sed tamen ætate provectior.*

Seniorem fieri.) *Ætate procedere.*

Sensatus.) *Sentiens*

Sensibilis.] *Habens sensum.*

Separatio.] *Divortium, Dissidium.*

Septem jam dies ibi sum.) Cic. *Septimum jam diem Corcyræ tenebat. Per Ordinalem, non Cardinalem numerum dicit.*

Septentrionalis.) *Aquilonaris, Sub axe positus ad septem stellas.*

Sequax.) *Qui sequitur.*

Sequi suum judicium.) *Suo judicio stare.*

Sequor vitium.] Cic. *Vitium de industria consector.*

Seriè, seriosè.] *Graviter, Affirmatè.*

Seriò dicere.) Cic. *Extra jocum homo bellus es.*

Seriosus.) *Certus.*

Serius venit.) *Serò venit.*

Sermo.) *Concio sacra.*

Sermocinari.) *Concionari, Sermonem, vel Concionem habere. Sermonem facere, ne dixeris.*

Serva.) *Ancilla, Famula.*

Servire alicui pro pecunia.) Cic. *Locare alicui se; hoc est, alicui suam operam præstare.*

Servitio tuo carere possum.) Cic. *Utilitatibus tuis possum carere.*

Si aliquis me interrogaret.] *Roget quis, Dicat quis.*

Sic est.) *Sic se res habet.*

Sigillo.) *Signo, Consigno, Obsigno.*

Signare aliquem.) *Inurere alicui notam.* Cic. *Ne qua generi ac nomini suo nota nefaria turpitudinis inuratur.* Cic *Inurere alicui dolorem; hoc est, Commovere alicui perpetuum dolorem.*

Significatum.) *Significatio, Vis, Notio, Notatio, Potestas, Senten.* *14.*

Signio.] *Signo, Insignio.*

Si me ames.) *Si me amas Si in hujuscemodi locutionibus, cum indicativo semper, cum Conjunctivo nunquam jungitur.*

Si meum consilium sequaris.] Cic. *Si me audies, vel audias.*

Similiter ac, atq;, ut, vulgò, nec malè.] *Item ut, uti solùm, nunquam ac, atque apud Ciceronem in comparationibus sequuntur. Non item in oratione, ut in versu exstat numerus. Fecisti item uti pradones solent. Extra comparationem.* Cic. *Solis defectiones, itemq; luna pradicuntur.* Idem. *Placuit Scavola & Caruncano, itemq; cateris.* Idem. *Spectaculum tibi uni jucundum, cateris non item.*

Simillimum esse, vulgare est.] Cic. *Magna ex parte, aut quàm proximè ad verum ipsum accedere* Idem. *Alexidis manum amabam, quòd tam propè accedat ad similitudinem litera tua.* Idem. *Duobus summis Crasso & Antonio L Philippus proximus accedebat; sed longo intervallo tamen proximus, cum Dativo.*

Simonia.] *Ambitus rerum sacrarum. Nundinatio rerum ecclesiasticarum.*

Simul natura.) *Simul natura ordine.*

Simul petere idem munus.) *Coire societatem pramij, vel sceleris cum aliquo.*

Simul tempore.) *Simul temporis ordine.*

Sine me eloqui.) *Sine me pervenire quo volo.*

Sine testamento mori.) *Intestato mori, Intestatum mori.* Cic. *Paterfamilias intestato mortuus.*

Singulatim.] *Singulatim, Singillatim, Sigillatim.*

Singulis annis semel.) *Anniversarius.* Cic. *Mercurius sacris anniversariis apud Tyndaritanos summa religione colebatur.* Idem. *Syracusi festos dies anniversarios agunt.*

Singulis diebus augetur morbus] *In singulos dies ingravescit.* Cic. *In singulos dies ejus copia minuuntur.* Idem. *Hujus mei consilij majorem in dies singulos fructum capio.*

Sinon

Si non fallor.) *Ni, aut Nisi fallor, Nisi opinione fallar. Nisi opinio me fallit. Nisi me fallo.*

Sit quomodocunq; velit.) Cic. *Sed ut est, indulge valetudini tuæ.*

Situatus] *Situs.*

Sit venia facto, dicto.] *Venia, vel cum bona venia dixerim, fecerim.*

Socius.) *Sodalis.*

Sodomita.) *Prædicator, Pæderastes.*

Solamen.] *Solatium.*

Solennizare.] *Agere diem festum.* Cic. *Agere diem suum natalem quotannis.*

Solicitè quærere.) *Captare occasionem, misericordiam, benevolentiam.*

Sol occumbit.) *Sol jam præcipitat. Sic; Dies jam præcipitavit.*

Solummodò] *Tantummodò, Duntaxat, Solùm.*

Somnolentia.] *Sopor, Languor. Sic; Ne senectus languori se, desidiæq; dedat.*

Somnolentus.] *Somniculosus, Somniplenus, Gravibus oculis.*

Sonoritas.] *Canorum illud.*

Sonorus.) *Canorus* Cic. *Vox suavis & canora.* Idem. *Gallus est animal canorum sua sponte.*

Sopio.] *Consopio.*

Spatiari vulgò.] *Inambulare.* Cic. *Ante lucem inambulabam domi. Spatiari etiam apud Ciceronem est.*

Spargere.) Cic. *Terra semen tepefactum complexu suo diffundit.* Idem. *Sol diem effecit toto cœlo diffusa luce.*

Sparsim.] *Fusè.*

Specialis.] *Certus nuntius, Certus homo.*

Specialis amicus.] *Præcipuus, Singularis, Insignis, Egregius.*

Specialiter.] *Speciatim, Nominatim, Sigillatim, Particulatim.*

Species specialissima.) *Vltima, Extrema species vel forma.*

Specierum, & speciebus.) *Formarum, & Formis.*

Specificare.) *Designare, Præcidere.*

Sperma) *Semen.*

ſpero quod fiet] *Spero confore.*

ſpero quod melius eſt.) Cic. *Spero melius tibi eſſe. Cùm infinitivo, qui in Quòd nunquam convertitur.*

ſpiſſitudo.] *Frequentia , Frequentatio denſa , & continens.*

ſpontaneus.) *Voluntarius.* Cic. *Carbo morte voluntaria ſe à Judicum ſeveritate vindicavit.*

ſpuere ſuper aliquem.] *Conſputare aliquem.*

ſpurcitia.) *Lues.* Cic. *Vt eos ludos hac lues impura pollueret.*

ſquinancia.) *Augina, inflammatio faucium præſecando enecans.*

ſtadiodromus,) *Qui ſtadium currit.*

ſtare alicui in lumine.) *Officere luminibus alicujus.*

ſtare in ſole.) Cic. *Officere apricanti.*

ſtatuarius.] *Fictor, Qui ſigna fabricat.*

ſtat mecum benè.) *Optimè, vel præclarè mecum agitur.* Cic *Cum illo quidem actum optimè eſt, mecum autem incommodius.*

ſtatus Imperij.] *Ordines Imperij.*

ſternutatio.) *Sternutamentum.*

ſtimulare aliquem.) *Punctim ferire.*

ſtipendio.) *Conduco.* Cicer. *Conducere milites, vel exercitum.*

ſtuba.) *Hypocauſtum.*

ſtudens.] *Doctrinæ ſtudioſus, Literis deditus.*

ſtudere perdere aliquem.) *Incumbere in perniciem alicujus.*

ſuadeor.) *Suadetur mihi* *Non enim dicitur Suadeo te, ſed tibi.*

ſubalterna genera.] *Genera quorum unum ab altero continetur. Quorum unum alteri genus eſt.*

ſubalterno.) *Subjungo, Subjicio.*

ſubcontrariæ propoſitiones.] *Adverſis contrariæ.*

ſubdiaconus.) *Hypodiacon, vel Hypodiaconus. Græca Latinaq́; voces in compoſitionem non coëunt.*

ſubditus.) *Subjectus alicui, Vectigalis, Stipendiarius, Tributarius, Cliens, Qui in poteſtate & imperio alterius eſt, Qui ſub regno, & ditione alicujus eſt.*

ſub-

ſubhaſto.) *Præconi ſubjicio.*

ſubitaneè.) *Subitò.*

ſubitaneus. *Subitus.*

ſubjugatus.) *Subjectus, qui in dominatu alicujus eſt.*

ſubjugo.) *Iugum ſervile impono, Subigo, Domo.*

ſubjugus.] *Subjectus.*

ſublimitas.) *Excelſitas. Contr. Humilitas.*

ſublimiter.) *Sublimè.*

ſubmonitor.) *Hypodidaſcalus.*

ſuboleo fraudem.) *Subodoror fraudem.*

ſubornare aliquem, qui falsò accuſet, vel liceatur.] Cic *Apponere accuſatorem, vel calumniatorem* Idem. *Non licitatorem venditor, nec qui contra ſe liceatur emptor apponet. Subornare Cicero potiſſimum falſis teſtibus tribuit.*

ſubſannare.) *Sannis excipere.*

ſubſcribere ſententiam alicujus.) *Scribendo adeſſe.* Cic *Decreto ſcribendo primum video affuiſſe Lyſaniam.*

ſubſtantia.] *Natura, οὐσία, τὸ ὄν.*

ſubſtitutus.) *Vicarius.*

ſuccedere.] *Procedere proſperè.*

ſucceſſive.) *Succeſſu temporis.* Paulatim. *Senſim, Pedetentim.*

ſucceſſores.] *Poſteri, Hæredes.*

ſufficiens.) *Contentus.*

ſufficienter.) *Satis, Abundè.*

ſufficientia.] *Quod ſatis eſt, Quod ſufficit.*

ſuffraganeus.) *Epiſcopi vicarius, Chorepiſcopus, Initiator.*

ſugillo.] *Exiſtimationem imminuo, violo, Famam lædo. De fama detraho.*

ſummæ nihil deeſt, aut ſupereſt.) *Convenit ad ſummam condictam.*

ſummare.] *In ſummam redigere, Summam conficere, Subduco ſummam.*

ſumma ſummarum.] *Ad ſummam, ne agam de ſingulis. In ſumma Summa ſit. Summatim. Breviter. Vt universè dicam Vt ſemel dicam. Ne longum faciam.*

ſummaria.) *Capita.*

ſum contentus.) *Non recuſo. Fiat.*

ſum mei juris.) *Meus ſum, vel Meæ auctoritatis ſum.*

Sumptum.] *Sumptio, Græcè λῆμμα, ατ@, ἡ λῆπσις.*

Suo damno.) Cic. *Sumptu periculoq́; suo.* Idem. *Tuo periculo fiet.*

Sunt benè duo anni.] *Anni sunt plus minus duo.*

Sunt plus quàm sex menses.) *Amplius sex menses sunt. Amplius quatuor horis mutus jacuit.*

Superabundo.) *Abundo, Affluo, Effluo, Supero, Superfluo.*

Superbio.] *Efferor, Effero animos, Extollor, Insolesco, Spiritus assumo, Iacto me insolenter, Arrogans sum.* Cic. *At puto splendor domesticus tibi tollit animos. Superbus semel apud Ciceronem legitur.*

Superciliosus.) *Qui vultu importuno est.*

Superficies.) *Extremitas.*

Superfluitas.] *Redundantia.*

Superfluus.] *Supervacaneus, Supervacuus, Redundans, superfluens.*

Superfluum esse.] *Redundare.*

Superimpleo.) *Cumulo.*

Superioritas.] *Excellentia, Præstantia.*

Superliminare.) *Limen superum.*

Superl nguam habere.) *Versatur mihi in labris prioribus.*

Super manum venire.) *Præ manu dare.*

Super plateam venire.) *Prodire in publicum.*

Super pelliceum.] Suet. *Vestis linea, religiosaq́;.*

Superscriptio.] *Inscriptio.*

Superscriptionem scribere.) *Inscribere alicui literas.*

Supervivo.) *Supersum, Supero.*

Supplebo locum tuum.] *Obibo aut, Geram vicem tuam. Eleganter dicitur, Gerere consulatum, inimicitias, aut simultatem cum aliquo.*

Suppositorium.) *Glans, Balanus, Id quod sedi immittitur ad subducendam alvum.*

Surgendo salutare.] Cic. *Assurgere alicui.*

Suscipere opus ad faciendum.] *Conducere, vel Redimere opus.* Cic. *Redemptor qui columnam illam de Cotta & Torquato conduxerat faciendam. Sic; Conductor: Manceps pro eodem usurpatur.* Der etwas miedet. *Localis à quo opus efficiendum suscipitur.* Cic. *Locare opus faciendum maxima pecunia.* Idem. *Anseribus cibaria publicè locantur in Capitolio.* Sulcu-

Suftentaculum.] *Fundamentum. Bafis.*

Syllogizo.) *Ratiocinor.*

S llogifmus conditionalis.) *Ratiocinatio, Ratio, Argumenti conclufio, ἀπόδειξις. Ratio qua ex rebus perceptis, ad id, quod non percipiebatur, adducit.*

Symbolum.) *Collecta. Ariftoteles Symbolon appellat, quod eſt Latinè Nota.*

Syngraphum.) *Syngrapha.*

T

Tabefacere.) *Conficere, Confumere.*

Tactus in Mufica.] *Modus, Numerus.* Cic. *Surdus varietates vocum aut modos nofcere non poteſt. Modus etiam cantum, & canendi concentum adſignificat.* Cic. *Antiquus vocum modus, & varij canendi foni. Sic dicimus; Saltare in numerum. Saltant in numerum, & refonat concentibus æther. Saltare ad modos tibicinis vel tibiæ. Livius dixit Tardiores modos facere.*

Ta is es qualis ego) Cic. *Vide quam mibi perfuaferim, te eſſe me alterum.* Idem *Ad omnia me alterum fe fore dixit.*

Taliter eſt affectus.) *Sic eſt affectus.*

Tam benè, quàm tu.) *Æquè ac tu.*

Tam citò, ut redieris. *Statim atq; redieris.*

Tangibilis.] *Res quæ ſub tactum cadit, Tractabilis.*

Tardatio.] *Mora, Procraſtinatio, Commoratio, Tarditas. Celeritati tarditas contraria eſt.*

Taxare damnum) Cic. *Litem, vel ſumptus æſtimare. Rationem ſumtuum litis inire.*

Techna.) *Dolus, Fraus.*

Tegmentum.] *Tegmen, Tegumentum.*

Temo) *Clavus, Gubernaculum.*

Temperatura.) *Temperamentum, Temperatio.*

Temperies.) *Temperatio, Conſtitutio. Temperatio cœli, corporum.*

Tempeſtivè ſatis. Cic. *Maturè ſatis te videro.*

Tempeſtuoſus. Cic. *Turbulentus.*

Tempus longum conſtituere] Cic. *Ego diem ſtatuo ſatis laxam.*

Tempus non permittit.) Cic. *Tempus non fert.* Idem. *Quid res, quid*

quid tempus, quid caussa ferat tu perspicies. Idem. *Si occasio tule*[rit] Idem. *Si ita commodum vestrum fert Vt opinio, conjectura, spes fert* *hoc est, ut opinor, conjicio spero.*

Tenaciter.] *Pertinaciter.*

Tenere cum aliquo.) *Ab aliquo esse, cum aliquo esse. Pro aliqu[o]* *esse. Ab aliquo stare. Facere ab aliquo. Facere cum aliquo,* Mit e[inem] halten.

Tenere in honore.) *Observare. Hinc observans, & observantia* Cic. *Qui me sicut alterum parentem & observat & diligit* Idem. *Cognovi te mei ita cupidum, ut paucos aquè amantes, atque observante[s]* *me habere existimem.* Idem. *Mea tibi nunquam defuit observantia.*

Tendere cogito.] Cic. *Inde cogito in Tusculanum.* Idem. *Ind[e]* *Arpinum volebamus. Tu de tuo itinere quid, & quando cogites, ve*[*lim*] *lim me certi rem facias.*

Tenebrosus.) *Tenebricosus, Cæcus.*

Tenere equum.) Cic. *Sustinere Si jocus quo fertur praceps est.*

Tenere hospitium.) *Exercere cauponam. Sic; Exercere stylum* *artem, medicinam, vectigalia jus civile Exercere crudelitatem, inimi*[*-*] *citias, iracundiam in aliquem.*

Tenere modum.) *Tenendus est modus fruenda voluptatis. Face*[*-*] *re modum controversiarum.* Cic.

Tenere nuptias.] *Facere nuptias. Verbum Facio varios admittit* *Accusativos, quibus perquàm pulchrè utimur. Vt; Facere se hilarem, a[s]* *alienum, certiorem, copiam, jacturam, vel detrimentum, calculum,* *Deum, fallaciam fucum, missum, officium suum periculum, potestatem,* *rem, contumeliam, conjecturam, gratum, hæredem, injuriam, imperata, impetum, iter, lucrum, mentionem, promissum, sumtus, versus, stipendia, votum, flagitium.*

Tenere scholam.) *Aperire ludum.*

Tentamentum.] *Tentatio.*

Tentare an possit.] Cic. *Compositæ orationis insidiis fidem auditoris attentare.* Idem. *Vrbem ab illa scelerata manu attentari suspicabamur.* Idem. *Melius fuerat præterire, quam attentatum deserere.*

Tepiditas.) *Tepor.*

Terminus Dialecticorum.] *Vocabulum aut Verbum.*

Terrefacio.] *Terrorem adfero.*

Ter

Terreus.) *Terrenus.*

Terriculum.] *Terrificus.*

Testatio.) *Testificatio.*

Testes contrariantur.) *Testium verba variant.*

Textus.] *Contextus, Lectio auctoris, Scriptum.*

Theoricè.] Cic. *Cognitio contemplatioq; naturæ manca quodammodo sit si nulla actio rerum consequatur.* Idem. *Tractare contemplariq; res cognitione dignissimas.*

Thesaurizo.) *Condo pecuniam.*

Timendum est ne.) *Periculum est ne.*

Timeo quod pater rescisceet.) *Vereor ne pater resciscat.*

Timere superiorem suum.) Cic. *Moveri auctoritate alicujus.*

Timoratus.) *Religiosus, pius.*

Tinctor.) Cic. *Infector, fit à verbo Inficio, quod Imbuere significat. Puer infici debet bonis artibus, quas si, dum tener est, combiberit, ad majora venit paratior.* Cic.

Titulus libri.) *Inscriptio, Nomen.*

Titulum facere, vel esse.) Cic. *Eosq; libellos Rhetoricos inscribūt.* Idem *In eo Libro qui est inscriptus Hortensius.*

Tolerans.] *Perferens*

Tonstrix.) *Tonstricula.*

Tonus.) *Sonus.*

Tormento.] *Excrucio.*

Tortura.] *Tormentum.*

Totalis.) *Totus.*

Totaliter.) *Planè, omninò, funditus.*

Toxicum.) *Venenum.*

Tractare aliquem.] Cic. *Hominem leniter clementerq; excipit. Agresti hospitio aliquem accipere. Magnificentissimè accipi ab aliquo hospitio Regio apparatu accipere aliquem.* Cic. *Ab nullo ille liberaliùs quam à Cluentio tractatus est.*

Tractatur benè, vel malè.) *Agitur benè vel malè cum illo. Verberibus accipiuntur.* Cic. *Quo te modo, inquit, Archita vilico iratior, accepissem, nisi iratus essem?*

Tractatus.) *Tractatio, Lucubratio, Opus, Liber.* Item. *Fœdus; Pactum.*

Tractim.) *Lentè.*

Tradere oblivioni.] *Oblivisci.*

Traducere aliquem parcimoniæ.) *Traducere, Culpare, Reprehendere, Vituperare, Castigare, Corripere alicujus parcimoniam.*

Trahere in longum.) *Res in annum extrahitur.*

Transactio.) *Decisio Facere decisionem.* Ein vertrag machen *Decidere est transigere cum aliquo, Decidere cum aliquo,* Mit einem vberkommen.

Transferre in aliam linguam vulgò nec malè] *Convertere Græca in Latinum. Convertere de Græco Sic dicimus, Omnia ad suum commodum convertere Omnia in fraudem convertere.*

Transfiguro.) *Muto, Commuto, Converto.*

Transfodio.] *Transfigo.*

Transire aliò.] *Conferre se aliò.* Cic. *Sed ab hoc parumper abeamus.*

Transformo.) *Converto, Aliam formam induo.*

Transigere cum aliquo, vulgò, nec malè] *Conficere cum aliquo. Depacisci cum aliquo, ut aliquid fiat.* Cic. *Clodius cum propinquis suis dicidit. Transigere cum aliquo hac significatione quoque usurpatur.*

Transiicio.] *Traÿcio, Transfigo.*

Transmittere exercitum.) *Traÿcere exercitum. Exercitus transmisit.* Cic. *Cæsar in Africam transmisit.*

Transmutatio.) *Vicissitudo*

Transmuto.) *Converto, Transfero.*

Transnato.] *Trano, Transno.*

Transcribere aliquid.] Cic. *Describere. Describere non rarò apud Ciceronem significat, Distribuere Quorum bona suis comitibus compotoribusq; descripsit. Describere suum cuiq; munus. Describere hominum sermones moresq;, id est, oratione depingere conspectuiq; subjicere.*

Trecenti.) *Tercenti.*

Tredecim.) *Decem & tres, Tres & decem.*

Trepidus.) *Tremens, Horrens*

Tribuere sibi aliquid.) Cic, *Si id mihi assumo, videor id meo jure quodammodo vendicare. Arrogare, Sumptuosius insolentiusque jactare.*

Tribulare.) *Vexare, Affligere, persequi, afficere multis variisq; malis.*

Tri

Tribus diebus antequam veni.) *Ante diem tertium quàm huc veni.*

Tribus diebus postquam veni.] *Post diem tertium quàm huc veni.*

Triginta octo.) *Duo de quadraginta.*

Triginta unos interfectos dicunt.) *Vnum & triginta interfectos ajunt.* Livius. *Vna & viginti legionibus eo anno defensum Imperium Romanum est.* Idem. *Vnum & triginta oppida ceperunt.*

Tropicus.) *Solstitialis, vel Brumalis orbis revocatio*, τροπικὸς, κὴ, κὸν.

Trudere.) *Offendere. Bis ad eundem lapidem offendere, hoc est, iterum in eadem re peccare. Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris non offendat, nusquam incurrat. Hinc offensio*, Ein verletzung. *Offensio pedis. Omnis offensio odiosa est in fragili corpore.*

Tutum reddere.) Cic. *Altera lex privatorum ædificiis, altera sepulcris cavet.*

Typographus.) *Librarius.* Cic. *Peto à te, ut quàm celerrimè mihi librarius mittatur, maximè Græcus, qui mihi exscribat hypomnemata.* Idem *Lippitudinis meæ signum tibi sit librarij manus.*

Tyrannicida.] *Tyrannoctonus. Vindex & oppressor dominationis.*

V.

Vacantia.) *Vacatio. Intermissio, Cessatio, Feriæ, Libertas, Immunitas.* Cic. *Pro hisce rebus vacatio data est laboris.* Idem. *Quæ studia habent vacationem publici muneris.*

Vacant a juris.) *Iustitium, Dies nefasti, Dies otiosi. Feriæ, Tempus quo negotiis forensibus, & juri dicendo supersedetur.*

Vacatio.] *Ars, Professio, Artificium, Studium, Opera, vitæ genus.*

Vacuo.) *Exhaurio, Vacuum facio, Nudum, inaneq; relinquo.*

Vacuum.) *Inane, Inanitas.*

Vade in pace.) *Cum bona gratia te dimittimus. Quod pace fiat vestra, abeo.*

Vagabundus.] *Vagus, Erraticus, Erro, Qui sedem stabilem, domicilium certum non habet.*

Valdè breviter.] Cic. *Illud perquàm breviter perstrinxi.* Idem. *Perquàm optandum est.*

Valdè longus, doctus, manè.) *Sermonem be..e longum habere.*

Litterarum & antiquitatis bene peritus. Antonius habet inermes bene multos. Benè mane.

Valdè solicitus sum propter hoc.] Cic. *De tua valetudine mirum in modum solicitus sum.*

Valdè serò.) Cic. *Multa nocte.*

Valedicere.) *Salutem alicui dicere. Iubere aliquem valere, salvere. Salve usu idem est, quod Vale, sed nunquam Vale quod Salve: Qui congredientes nunquam Vale, sed Salve; discedentes vero utrunque.*

Valeo paulò melius.) Cic. *Meliusculè valeo.*

Valor.) *Pretium, Æstimatio, Auctoritas, Vis, Nomen, Virtus, Momentum, Pondus. Littera magni ponderis, vel momenti. Spero litteras meas magnum apud te pondus habituras.*

Vanè.) *Inaniter.*

Vappa.] *Vinum fugiens.*

Variabilis fama.) *Fama parum constans.*

Vasallus.) *Cliens, Possessor prædij clientelaris. Patroni vocantur qui præsunt clientibus.*

vaticinium.] *Vaticinatio.*

vbertim.) *Vberius.*

vbique.) *Omnibus locis. In omni loco. Vbique, cum nullo alio verbo conjungitur, quàm cum verbo est, vixq; sine Omni, aut Quidquid apud Ciceronem reperitur.*

vecordia.] *Stupor cordis.*

vegetativum.) *Quod viget, Quod vivit.*

vehementia.) *Acrimonia.*

velis esse.) *Fac sis.*

velox.) *Volucer, Concitatus, Excitatus, Incitatus.*

venam secare.] Cic. *Incidere venam.*

venalem esse.] *Proscribi. Domus proscripta est. Proscribere domum, prædium, possessiones, est venalia proponere. Proscribere, sæpè damnare, in exsilium ejicere significat.*

vendere vel distrahere publicè] Cic. *Auctionari. Vt in atriis auctionariis potius, quam in triviis aut campis auctionentur. Auctio est venditio publica* Cic. *Constituere auctionem*, Ein kauffschlag setzen. *Facere auctionem*, Ein kauffschlag treiben.

venenosus.] *Venenatus.*

venerosus.) *Venereus.*

veniam dare militibus.) *Dimittere exercitum.*

veniam habere.) Cic. *Potestatem abeundi habere, petere, dare, facere.*

veniam intra biduum, vel sex dies.) *Veniam biduo, triduo, sex diebus, hoc mense.* Cic. *Inde Austro lenissimo cœlo sereno, nocte illa & die postero in Italiam ad Hydruntem ludibundi pervenimus.*

veniam petere.) *Veniam petere, est Orare sibi ignosci Veniam dare, est Latinis ignoscere Veniam ludendi dare vel petere, vel habere Latinè non dicitur.*

veniam secum.) *Veniam cum illo.*

venire clam ad aliquem.] *Obrepere nescientibus.*

venter mihi murmurat.) Plaut. *Venter mihi crepitat.*

ventositas.] *Quod habet inflationem, Faba venter inflatur.*

ventus desiit flare.] *Ventus concidit, consopitus est.*

ventus fit major.) Cic. *Ventus increbrescit.* Idem. *Consuetudo, Sermo increbuit.*

verbaliter & realiter.) *Verbo & re. Græci dicunt, λόγῳ καὶ ἔργῳ.*

verifico.] *Convinco, Probo, Veridicus.*

veriloquus.) *Veridicus.*

versari circa aliquid.) *Versari in aliqua re.*

versificor.) *Condo, Facio, Pango, Conficio versus. Fundere versus ex tempore.*

viam intercipere.(*Intercludere aliquem.*

viam suam aliquò vertere.) Cic. *Iter aliquò versus conferre. Se aliquò conferre. Iter aliquò conferre. In fugam se conferre.*

vicecomes, vice rex.) *Procomes, Prorex. Qui Regis vice res ipsius administrat, eiq; vicariam operam præstat. Interrex, qui Regis defuncti partes agit.*

vices.) *Partes.* Cic. *Si erit bellum, ut video fore, partes meæ non desiderabuntur. Pars eleganter omittitur, cum Primas, Secundas, aut numerus additur.* Cic. *Huic primas dedisse Demosthenes dicitur, huic secundas, huic tertias. Deferre alicui primas. Pericles cui primæ sine controversia deferebantur.*

victualia.] *Commeatus.*

vide nè.] Cic. *Cave, Cave putes, Cave facias.* Ter. *Vide ne quò hinc longius abeas.*

Videre illibenter.) *Ducere vultum. Sic eleganter dicimus, Ducere ex sole nigrorem, & Ducere fossam, murum, sortem, ætatem in studiis tempus, diem ex die, rationem sui commodi exordium ab alia re.*

Videtur mihi quòd audio.) *Videor mihi audire. Quòd, in istiusmodi sententia nunquam additur, sed infinitè oratio profertur.*

Videtur mihi quòd est vir bonus.) *Videtur mihi vir bonus.*

Vigiliæ mortuorum.) *Funeralia, Cantiones funebres, Iusta funebria, Iusta funeralia, Cantus feralis.*

Vigiliarum dies.) *Feriæ præcidaneæ.*

Vigilia natalis Domini.) *Pridie natalis Domini.*

Vindicare injurias.) Cic. *Vlcisci & prosequi.*

Vinum crassum.) Cic. *Vinum fugiens.*

Virginale.) *Monochordum, Instrumentum Musicum virginibus frequens.*

Vis etiam plus?) *Libetne quidquam amplius?*

Visibilis.) *Aspectabilis.*

Visus.) Cic. *Aspectus, Sensus videndi & cernendi, Oculorum obtutus, Oculorum acies. Oculi aspectum quo volunt facilè contorquent. Referre aspectum aliquò. Aspectum amittere. Illi orbes, qui aspectum nostrum definiunt. Acri & defixo aspectu uti. Visus apud Ciceronem significat videndi sensum. Visum & Visus eo auctore pro iis, quæ videntur, posita sunt. Deindè cùm se collegisset, id visum pro nihilo habendum esse duxit.* Idem. *Visa somniantium.*

Vitæ discrimen.) Cic. *Capitis discrimen.*

Vi obsistere.] *Violentiæ obsistere. Vis enim ex sententia Grammaticorum Dativo caret.*

Vitiare tabulas.] *Corrumpere.*

Vituperium.) *Vituperatio, Reprehensio, Opprobrium. Vituperium non est apud veteres.*

Vivacitas.) *Viriditas.* Cic. *Senectus auferet eam viriditatem.*

Vivere pauperem vitam.] Cic. *Degere vitam in egestate, cum virtute, sine molestia.*

Vivere ad voluntatem alicujus.] Cic. *Alicujus arbitratu vivere.*

Vivere in pace.] Cic. *Vitam tranquillè placideq; traducere,* Salust. *Pacem agitare. Tranquillam placidamq; vitam vivere.*

Vivifico.) *Vitam do.*

Vix

Vix discesserat, vulgò.] Cic. *Commodum discesserat heri, cùm Trebatius venit. Nota Cum semper sequi.*

Vix adhuc.] Cic. *Vixdum. Vixdum dimidium dixeram, intellexerat.*

Vix in una tota civitate unum invenias.] *Singulis in civitatibus vix singulos invenias. Vix singulis ætatibus binis Oratores laudabiles constituerunt. Ego singulos ejus versus, singula ejus testimonia puto.*

Vlcero.) *Exulcero.* Cic. *Quæ sanare nequeunt, exulcerant.*

Vlterius.) *Longius.*

Vltio) *Vindicta.*

Vltionem sumere ab aliquo.] *Vlcisci aliquem. Vindicare aliquem. Fa. inus in aliquo vindicare.* Cic. *Odi hominem, & odero: Vtinam ulcisci possem, sed illum ulciscentur mores sui. Est, ubi te ulciscar locus*, Jch will mich an dir zu gelegener zeit r ich n.

Vltroneus.) *Voluntarius.* Cic. *Est etiam Asinius quidam Senator voluntarius lectus ipse à se*

Vnà cùm.] Cic. *Pariter cum vita sensus amittitur* Idem. *Studia doctrinæ pariter cum ætate crescunt* Idem. *Vnàcumpariter.*

Vnæ epistolæ) *Vna littera. Vnus numero multitudinis tantùm jungitur illis nominibus, quæ singulari carent.*

Vnanimis.) *Consentiens, Concors.* Cic. *Cujus de laude omnium est fama consentiens* Idem. *Fateor me una atque constanti Aruspicum voce permotum.* Idem. *Omnes mortales una mente consentiunt, arma contra illam pestem esse capienda.* Idem. *Voluntatum, studiorum & sententiarum summa consensio. Vno ore consentiunt omnes. Ad unum omnes idem sentiunt.*

Vnanimitas.] *Consentiens voluntas.*

Vnanimiter.) *Vna voce, uno animo, Consentiente voluntate. Concordissimè. Voluntatum & studiorum summa consensione.*

Vncinus.] *Vnicus.*

Vncus, a, um.] *Vncinatus.*

Vndecunq;.] *Vndique. Ex omni parte.*

Vnde habet cibum?] *Vnde suppetit illi victus? Sic eleganter, Si vita suppetat, pro, Modò vita superfit, dicitur.*

Vniformis.) *Vniusmodi, Sui q; similis & ejusdem naturæ. Perpetuus, Constans.*

Vnigenitus.) *Vnicus, Vnigena.*

vnio.) *Concordia, Conciliatio.*

vniare.) *Congregare, In unum conducere. Vis oriens & congregata. Contr. Iam distracta & exstincta.*

vniversaliter.) *Generatim, Generaliter, Vniversè, Omninò.*

vniversitas.) *Academia, Gymnasium.*

vnoquoque anno.) Cic. *Impetus cœli constantissimè conficiens vicissitudines anniversarias.*

vno spiritu, vulgò.) Cic. *Continenter uno spiritu multa dicere.* Idem. *Continenti spiritu* Contr. *Intermisso spiritu. Continens eleganter cohærens significat.* Cic. *Cappadociæ pars quæ cum Cilicia continens est.* Idem. *Hic fundus, qui fundo ejus antiquo continens est.* Idem. *Nihil te interpellabo, continentem orationem audire malo. Continuatus, Continuus, & Continuatio ferè idem valent.*

vnum ex alio.) *Aliud ex alio,* Cic. *Me quotidiè aliud ex alio impedit.* Idem. *Nec unquam aliud ex alio peccare desitit.*

vnus aut duo, aut secundus.] *Vnus & alter.* Cic. *Cùm is unum jam & alterum annum desideraretur.* Idem. *Vnus & alter dies intercesserat, cùm res parum certa videbatur.* Idem. *Habetur una & altera concio vehemens & gravis.* Cicero etiam, *Altera de pluribus, usurpat. Ad Brutum nostrum hos libros alteros quinque mittamus.*

vnus alio melius fecit, aut melior est.) Cic. *Omnes certatim, alius alio gravius atque ornatius de mea salute dixerunt.* Idem. *Accepi epistolas tuas aliam alia jucundiorem.*

vocari in discrimen.) Cic. *Libertas agitur populi Romani, &c. Vita & fortuna cujusque De capite agitur & fama.*

vocem nullam habere.) *Excludi suffragio Privari suffragio.*

vocem aliquam habere.) *Ferre suffragia, hoc est, habere aliquem suffragantem. Sic. Ferre tribum, vel centuriam. Ferre suffragium de re aliqua, est suffragari.*

vociferari contra aliquem.] *Facere alicui convitium.*

volens fecit.) *Sciens ac prudens fecit.*

volo ego dicere?] *Vis dicam? Vis eamus? Vis verum fatear.*

voluit me cultro trudere.] *Petijt me cultro.*

voluntatem sume pro opere.) *Voluntatem habe pro facto.* Nim den willen vor die werck.

voluptuosus.) *Voluptarius, Iucundus, Voluptatibus affluens.*

vomitus.) *Vomitio.*

vora-

voracitas]*Edacitas, Abdomen. Hinc pro Voratrina, qua Ciceroni est Vorago, dicendum Latinè: Abdomini inserviens, Abdomini indulgens, Insaturabile abdomen. Ventri deditus.*

vox crassa. *Vox gravis.*

vox tenuis.) *Vox acuta.*

vrinale.) *Matella, Matellio.*

vsque nunc, usque tunc.] *Etiam nunc, Etiam tunc. Vel etiam num, Etiam tum.*

vti aliqua re frequenter.] Cic. *Hac frequentat Phalerus maximè.*

vtile est, vulgò) *Est in rem, vel è re nostra.* Cic *Fuit illud omnibus bono.* Terent. *Periculum ex aliis facito, tibi quod ex usu siet.*

vt magis non possit. Cic *ut cum maximè.* Idem. *Tam sum amicus Reipub quàm qui maximè.*

vt paucis dicam, vulgò.] Cic. *Quid multa?*

vt tibi bonum videbitur.] Cic. *Arbitratu tuo. De tuo facias consilio.*

vulnus ligare.) Cic. *Obligare vulnus.* Cic. *Æsculapius primus vulnus obligavisse dicitur. Obligo frequentissimè ab eodem, pro devincio & obstringo usurpatur, Obligare aliquem sibi multis beneficiis. Scelere se obligare,* Sich mit einer schand behafften. *Obligare aliquem jurejurando, vel sacramento.* Den Eyd von einem nemen/schweeren lassen.

Z.

Zelus Græcè)*Æmulatio.* Cic. *Æmulatio dupliciter dicitur, ut & in laude & in vitio nomen hoc sit: nam & imitatio virtutis æmulatio dicitur.*

Zephyrus.] *Favonius.* Cic. *Veris initium non à Favonio notabat: sed cum rosam viderat, tunc incipere Ver arbitrabatur.*

VERBORVM QVÆDAM COMPARATIO ET PARONOMASIAE SIVE Allusiones.

Conjecturam adhibeant, non naturam.] Cic. 2. de Divin. *Præsertim cùm illi ipsi, qui ea vident, nihil divinent; hi qui interpretantur, conjecturam adhibeant, non naturam.*

Mentum, mentemq;] Cic. Phil. 13. *Cùm in gremiis minarum mentum mentemq; deponeres.*

Moribus, & non majoribus.] Cic. in Pison, *Homini ille honorem, non generi: moribus non majoribus meis, virtuti perspectæ, non auditæ nobilitati deferebat.*

Paratus, peritus.] Cic. Phil. 11. *Paratum habet Imperatorem C. Caßium Resp. contra Dolabellam, nec paratum solùm, sed peritum atq; fortem.*

Ratio, rectio.] Cic. 5. de Finibus.] *Ea quoque est ab iisdem non solùm ad privatæ vitæ rationem, sed etiam ad Rerump. rectionem relata.*

Non modò rem, sed ne spem.] Cic. in Frum. *Cùm in provincia tàm locuplete ac refertâ, non modò rem, sed ne spem quidem ullam cuiquam reliquam feceris.*

Hospitem, hostem.] Plaut. Bacch. *Tuum hospitem illum nominas hostem tuum?* Liv. l. 6. *Vocari eos jam tùm hospitaliter magis, quàm hostiliter jußere.*

Lectum, tectum.] Cic. in Verr. *Non modò extrà tectum, sed ne intrà lectum quidem quisquam videret.*

Exsul, consul.] Cic. in Catil. *Tantum profeci tum, cùm te à consulatu repuli: ut exsul potius tentare, quàm consul vexare Rempublicam posses.*

Lædat an laudet.] Cic. 3. Phil. *Nam me iisdem edictis nescit lædat an laudet.* Pro Fonteio. *Nunc verò cum lædat nemo bonus, laudent omnes nostri cives, atq; socii,* Pro Q. Rosc. *Es visus esse inconstans, qui eundem & læderes & laudares.*

Bona-

Bonarum artium, bonarum partium.] Cic. pro Cælio. *Conservate igitur Reip. Iudices, civem bonarum artium, bonarum partium, bonorum virorum.*

Legatos, legiones.] Cic. 6. Phil. *Ad hunc utrum legatos an legiones ire oportebat?*

Reprime, comprime.] Cic. ·. Catil. *Hanc Reip. pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimi posse.*

Immori & immorari.] Quinctil. *Non exigo, ubi immoriaris legationi, immorare.*

Conscripti, circumscripti.] Cic. *Ne Patres conscripti videantur circumscripti.*

Possis, prosis.] Cic. *Quantum possis in eo, semper experire, ut prosis.*

Fama, flamma.] Cic. pro Cluent. *Si in hac calamitosá famá, quasi in aliquâ perniciosâ flammâ.*

Adversa, eversa. *l. 5. Ep. 12. Cic.*

In oculos, & in voculas.) Cic. l. 2. Ep. 16. ad Cælium. *Sed incurrit hæc nostra laurus non solùm in oculos, sed etiam in voculas malevolorum.*

Fames, fama.) Cic. 1. ad Attic. ep. 13. *Quos fames magis, quàm fama commoverit.*

Vincire, vincere.) Cic. de Harusp. Resp. *Solus ille cognovit, quemadmodum armatum civem non modò vincire, verum etiam vincere oporteret.*

Amore, & more.) Corn. Nepos in Cimone. *Non magis amore quàm more ductus.*

Ornare, onerare.) Cic. 2. Phil. *Qui me non solùm meis laudibus ornaret, sed etiam oneraret.*

Onerare, honorare.) Liv. l. 22. *Itaq; plebiscitum, quo oneratus magis, quàm honoratus sum, primus antiquo abrogoq;.*

Commissus, permissus.] Cic. pro Fonteio. *Frugi igitur hominem, Iudices, videtis, in oratoria fide ac potestate: atque ita ut commissus sit fidei, permissus potestati.*

DE IIS, QUÆ SUPERSUNT ET παρέλκοντα dicuntur.

Loci.) *Indè loci*, pro; *indè*: seu; *deinde*. *Intereà loci*, pro; *intereà*: *Vbi locorum, &c.*

Viciniæ.) Terent. *Ex Andro commigravit huc-viciniæ.* Plaut. *Merc. Proximè-viciniæ habitat.*

Animo, corde.] Ennius apud Festum. Sultis. *Pandite sulti, genas, & corde relinquite somnum.* Idem. *Sed quid ego hic animo lamentor?* Quod adducit Donatus in illud Terentii Phormion. Act. 5. Scen. 4. *Quàm scitum est hujusmodi parare animo cupiditates?* Venustè, inquit Donatus, additum est (*animo*) Idem. Enn. apud Cic. 3. de Orat. *corde suo trepidat.*

Malit potius. Cic. Divin. In Verr. *Desertos potiùs, quàm abs te defensos maluit.* Pro Lig. *Vticæ potiùs, quam Romæ, cùm aliis, &c. quam cùm suis maluisset.* l. 15. Ep. 5. *Et idcircò casum potiùs, quam te laudari mavis.*

DE DIFFERENTIIS VERBORUM.

Amare plus, quam *Diligere.*) Cic. l. 13. ad Silium Epist. 47. *Vt scires eum à me non diligi solùm sed etiam amari, &c.* Idem. ad Brut. *Et me, aut amabis, aut, quo contentus sum, diliges.* Et ad Dolab. 9. Epist. 14. *Tantum accessit, ut mihi nunc denique amare videar, antè dilexisse.*

Pax & Otium.] *Solet hæc sæpè conjungere* Cic. *sed ita, ut pax contraria bello cum externis: Otium seditionibus domesticis adversetur. De lege Agr. ad populum.*

Rogare *minùs*, Orare *plùs.*) Ascon. in Divin. Rogare & orare] *Rogare*, ut hominem, *Orare*, ut Deos.

Consilium, concilium.) Consilium, *videtur cœtus prudentium & paucorum*: Concilium *multitudo τῶν τυχόντων.*

Modicus, *minùs quid quàm* Mediocris. Cic. 6. Parad.) *Meam autè quoniam pecuniam contemnis, & rectè, est enim ad volgi opinionem mediocris, ad tuam nulla, ad meam modica, de me silebo, de te loquar.*

Abess.

Abesse & Deesse.) Ita differunt, ut hoc requiratur, illud non item. Cic. de M. Callidio Oratore.) *Qui docere & delectare auditorem poterat, permovere, quod est tertium, non poterat. Hoc unum, inquit, illi; si nihil utilitatis habebat, afuit: si opus erat, defuit.*

Stilla & Gutta.) B. Hieronymus in Chronico. *Palæmon Vicentinus insignis Grammaticus, qui quondam interrogatus, quid inter stillam & guttam interesset, gutta, inquit, fiat; stilla cadit.*

Dictio & sermo.) Dictio *Oratorum*: Sermo *est omnium in usu cotidiano*, Cic. 2. de Orat. *Genus est perelegans & cum gravitate salsum, cumq; oratoriis dictionibus, tùm urbanis sermonibus accommodatum.*

Moneo & Hortor. Cic. l. 10. Epist. 5. *Sic moneo, ut filium: sic faveo, ut mihi, sic hortor, ut & pro patriâ & amicissimum.*

Cuncti, Omnes.) *Festus*: Cuncti *significat quidem omnes, sed conjuncti & congregati: at verò* Omnes *etiamsi diversis in locis sint.*

Negotiator, Mercator.) Negotiator *erat, qui vel fœnus exerceret in provinciis, vel esset ibi pecuarius, aut arator, civis Romanus*: Mercator, *qui merces emeret aut venderet. Vide Lexicon Iurisconsulti Hotomanni.*

Dux, Imperator.) Hic præest toti exercitui, ille parti alicui. Cornel. Nepos in Pelop. *Namque Leuctrica pugna Imperatore Epaminunda, hic fuit dux delectæ manûs.*

Recipere, Suscipere.) Cic. in Divin. *Ego in hoc judicio Siculorum causam receptam, populi Romani susceptam esse arbitror.*

Emolumentum *differt ab* Vtilitate.) *Emolumentum* pro quolibet momento & commodo, & honestiùs quid, quàm *Vtilitas*. Cic. 1. de orat. *Quamobrem pergite, ut facitis, Adolescentes, atque in id studium, in quo estis, incumbite, ut & vobis honori, & amicis utilitati, & Reip. emolumento esse possitis.*

META-

METAPHORÆ SEV TRANSLATIONES AD DISPVTATIONES ET SCRIPTIONES ACcommodatæ.

A re militari.) Cicer. II. de Divin. *Sed hæc fuerit nobis tanquam levis armaturæ prima orationis excursio : nunc cominus agamus. Experiamur itaque, si possimus cornua commovere disputationis tuæ.* Cicer. 2. de Orat. *Si quæ premat res vehementiùs, ita cedere soleo, ut non modò non abjecto, sed ne rejecto quidem scuto fugere videar.* Et mox : *Consistere verò in meo præsidio, sic, ut non fugiendi hostis, sed capiendi loci causâ cessisse videar.* Lucret. lib. II. *Et si tibi vera videtur Dede manus, aut si falsa est, accingere contrà.* Idem. *Et quibus è portis occurri cuiq; deceret.* Cic 2. de Divin. *Philosophiæ, mihi credite, proditis, dum castella defenditis. Nam dum haruspicinam veram esse voltis, Physiologiam totam pervertitis.*

A curriculis, studiis, & itineribus.) Cic. II. de Orat. *Sed tamen jam defessus labore atq; itinere disputationis meæ, requiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo optimo diversorio.* Idem. de Legat. *Sed iter hujus sermonis quod sit, vides.* Idem. *Cursum orationis producere.*

A re nautica.) Cic. 4. Tuscul. *E quibus quoniam tanquam è scrupulosis cotibus enavigavit omninò, reliquum disputationis cursum teneamus.* Et mox: *nunc vela, quæ modò dicebas, expectamus & cursum* Ibid. *Vtrum igitur mavis? statimnè nos vela facere, an quasi è portu egredientes paululùm remigare. Quærebam igitur, utrum panderem vela orationis statim, an eam ante paululum Dialecticorum remis propellerem.*

A Palæstris.) Cic. Brut. *Iam enim erat unctior quædam splendidiorq; consuetudo loquendi.*

Ab ædificiis.) Cic. 3. Offic. *Sed quoniam operi inchoato, prope tamen absoluto, tanquam fastigium imponimus.* II. de Orat. *Mea ratio in dicendo hæc esse solet, ut boni quod habet, id amplectar, exornem, exaggerem, ubi commorer, ibi habitem, ibi hæream.* In Lucull. *Sed quid eos obligem, cùm habeam Chrysippum, qui fulcire putatur porticum Stoicorum.*

A re rusticâ.) Cic. in Lucul. *Ac mihi videor nimis etiam nunc age-*

agere jejunè: cùm sit enim campus, in quo poßit exsultare omnino, cur eam in tantas angustias, & in Stoicorum dumeta compellimus? In Brut. *Serenius igitur aliquid tanquam in inculto & derelicto solo, quod ita diligenter colemus, &c.*

A Physicis rebus.) Cic. in Lucull. *Hæc duo proposita non prætervolant, sed ita dilatantur.*

A publicis rebus.) Cic. in Lucull. *Cleanthes, qui quasi majorum est gentium Stoicus, Zenonis auditor, &c.*

SIMILITVDINES.

Vt ignis oleo.] Cic. Hortens. *Ad juvenilem libidinem copia voluptatum gliscit, ut ignis oleo.*

Tanquam ventus.] Cic. in Brut. *Deinde cum otiosus stilum prehenderat, motusq; animi, tanquam ventus hominem defecerat, flavescebat omnino.*

Tanquam opus aliquod Dædali.) Cic. in Bruto: *Nam Odyssea Latina est, sic tanquam opus aliquod Dædali.*

Tanquam fidibus manum.) Cic. in Bruto: *Qui posit animis judicum admovere orationem, tanquam fidib. manum.*

Tanquam in Concionem vocare.] Cic. in Lucull. *Quid me igitur, Luculle, in invidiam & tanquam in Concionem vocas?*

Tanquam ad saxum adhærescere.) Cic. in Lucul. *Ad quamcunque disciplinam quasi tempestate delati, ad eam tanquam ad saxum adhærescere.*

Quasi Myronis opus.] Cic. in Bruto: *Tanquam illius quo in Vatibus & Faunis enumerat.* Ennius. *Bellum Punicum, quasi Myronis opus delectat.*

Vt Phidiæ Signum.] Cic. in Brut. *Q. Hortensij ad modum adolescentis ingenium, ut Phidiæ signum, simul adspectum & probatum est.*

Tanquam machinam.] Cic. de lege Agrar. ad Pop. *Quamobrem cùm intelligant hanc totam ferè legem ad Pompeij opes evertendas tanquam machinam comparari.*

Sicut in aram. Cic. pro Roscio Comœdo. *Qui posteaquam à scena non modò sibilis, sed etiam convitio explodetur, sicut in aram confugit in hujus domum, disciplinam, patrocinium, nomen.*

Quasi margaritorum.) Cic. in orat. perf. *Tùm removebitur omnis insignis ornatus quasi margaritorum, ne calamistri quidem adhibebantur.*

Quasi flabellum seditionis.] Cic. pro Flac. *Cujus lingua quasi flabello seditionis, illarum est gentium Cantio ventilata.*

Tanquam aliquod incendium.) Cic. in Verr. lib 1. act. 2. *Communi præsidio talis improbitas tanquam aliquod incendium, restinguenda est.*

Vt testi credas.] Cic. lib. 13. Ep. 29. *Fugit omne negocium, hoc mihi, ut testi, velim credas.*

Virtutis quasi carmen.) Cic. V. de Finibus. *Ob eamq; causam pauci virtutum simulacris, quarum in se sunt semina, sine doctrina moventur. Sunt enim prima elementa naturæ: quibus auctis, virtutis quasi carmen efficitur.*

Tanquam in aquâ ponere.) Cic. II. de Finib. *Quarum omniũ fundamenta vos in voluptate, tanquam in aquâ ponitis.*

Tanquam à parentibus.) Cic. I V. de Finib. *Quamobrem ab inventoribus tanquam à parentibus dissentiret.*

Quasi capite.] Cic. V. de Finib. *Quo* (sc. fonte & fine boni) *invento, omnis ab eo quasi capite, de summo bono & malo disputatio ducitur.*

Quasi signum.] Cic. I V. de Finib.] *Vt Phidias potest à principio instituere signum, idq; perficere: potest ab alio incohatum accipere & absolvere: huic est sapientia similis: non enim ipsa genuit hominem, sed accepit à natura inchoatum: hanc igitur intuens dicitur, institutum illud, quasi signum absolvere.*

In eodem veluti navigio.) Liv. l. 44. *Qui in eodem veluti navigio participes sunt periculi.*

Sicut picturam.) Cic. init. l. 5. de Reoub. apud Augustinum. *Nostra verò ætas cùm Remp. sicut picturam accepisset egregiam, sed evanescentem vetustate.*

Tanquam Veste.) Cic. in Brut. de Commentariis Cæsaris. *Nudi enim potest, recti & venusti, omni ornatu orationis tanquam veste detractâ.*

Tanquam imago.) Cic. l. III. Tusc. initio, ubi de gloria: *Ea virtuti resonat tanquam imago, quæ quia:* sic ibi leg. non; *imago gloriæ*; non etiam, *imago voci.*

Tan-

Tanquam flosculi.) Cic. II. Offic. *Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur: ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt.*

PROVERBIA QUÆDAM AB ERASMO IN CHILIAD. OMISSA.

Priusquam Theogenes nasceretur.] *De rebus jam obsoletis. Plutarch. lib. περὶ τοῦ μὴ χρᾶν. Agell. l. c. 3. ait, Lucillium hoc protulisse.*

Vel in concione dicere, legere, facere.

Vel in acroasi facere. Vel in foro saltare.)

Cic. ad Trebat. l. 7. cap. 18. in fine. *Epistolā tuam conscidi innocentem, nihil enim habebatur, quod non vel in concione, rectè* legi potest. Et eod. l. 15. ut mehercule ipsius litteræ sic φιλοστόργως scriptæ, ut eas vel in acroasi audiam legere. lib. 3. off. In foro, mihi crede, saltarem.

Tabernaculum vitæ in aliqua re aut arte conlocare.) Cic. 3. de Orat. *In quo genere nos quidem versamur, tamen quantum possumus quantum ingenio, quantum mediocri doctrinâ, quantum usu valemus, neq; istis, qui in unâ Philosophiâ quasi tabernaculum vitæ suæ collocarunt.*

Nec vola nec vestigium extat, *vel,* apparet.) Varro apud Nonium.

Delphinum reperire.) Idem pænè valet, quod θεὸς ἀπὸ μηχανῆς. Plat. 5. de Rep. ὃ καὶ νῦν ἡμῶν. &c.

Hostem non vidisse.) Liv. lib. 38. *Triumfant, quem non bellum injustum gessisse, sed hostem omninò non vidisse inimici jactabant.*

In subselliis habitare.] Hoc est: *In rebus levioribus, & volgaribus versari.* Cic. 1. de Oratore: *Verum ego non solum arbitrabar, his præsertim audientibus à me informari oportere, fore, &c. qualis etiam qui habitaret in subselliis &c,*

Heri discipulus, hodiè doctor.] Sunt similes phrases, quas conlegit Cujac. ad Nov. 6. Quibus repentina mutatio indicatur. Vlpian. l. 7. *Prætor §. præterea. d. de injuria. Nec enim prætor ferre debet heri servum hodiè liberum & quærentem,* Hic on. *Heri Catechumenos, hodie Pontifex. Heri in Amphitheatro, hodie in Ecclesiâ.*

Non

Non nævo aliquo, aut crepundiis, sed corpore omni co-gnoscere aliquem.) Cic. in Bruto. *Nunc quomodo totum me, no navo aliquo aut crepundiis, sed corpore omni videris velle adgno scere.*

Quinctæ classis i.e. nullius precij.] Cic. in Lucullo. *Qui mi cum illo conlati, quinctæ classis videntur.*

Ara sanctior, sive tutior & firmior.) Cic. pro Balbo. *Q vetere illam speciem fœderis Martiani semper omni sanctiorem mar duxerunt, & hoc fœdere se nobiscum conjunctissimos esse arbitrati sunt*

Sine nitore & palæstrâ.) Cic. 1. de Leg. *Habuitq; vires agre, ille quidem atq; horridas sine nitore ac palestrâ.*

Sicut unus Paterfamiliâs.] Id est ut vulgaris, non doctu Wie ein burger. Cic. 1. de Orat. *Non mihi modò qui sicut unus p terfamiliâs his de rebus loquor, sed etiam illi ipsi Roscio.*

Grue longior.] Lucul. apud Nonium. *Longior hic, quà grus.*

Radices agere.] Varro de lib. educ. *Ab hujusmodi lusionibus rad ces crudelitas agere solet.*

Pœdagogi voltus, *pro* severo, ac tristi.) Suet. in Neron. *Tr stior ac Pœdagogi voltus.*

Immortalitatem mereri. Cic. I. Philipp. *Putásne illum immo talitatem mereri voluisse, ut propter armorum habendorum licentia metueretur.*

. Curva corrigere.) Seneca in Apotheos. *Quia Romæ mures m las lingũt, hic nobis curva corrigit.* Min. l 5. Ep. *Interim totâ civita Nepotis edictum carpitur, laudantur multi invenimus qui curva nob corrigeret. Quid? State huc: pratores nobiscum non fuerant? Q autem hic est, qui emendet publicos mores?*

Volsellis pugnat: non gladio.) *Id est*, levibus rebus, no gravibus. Varro. l. 8. de LL. *Quia vident, & sequi, negant oporter pugnant contrà analogiam nostram, non contrà analogiam: & p gnant Volsellu non gladio.*

Vel Chrysippum fallere.) Cic. 2. de Div. *Nam illa amphibol quæ Crasum decepit, vel Chrysippum potuisset fallere: hac verò ne Epi rum quidem.*

Bis bina nescit.) *Id est*: facilima & puerilia. Cic. 2. de N Deor. *Quasi bis bina quot essent, didicisset Epicurus, certè non dicer*

C

Cassianus Judex pro severo.)Cic.in Frument. *Quem tum in cohorte tuâ Cassianum Iudicem habeb.s.*

In medio posita)Festus: Sus Minervam.*Quam rem in medio, quod ajunt, positam.*

Vt ne vicini quidem proximi sentiant.) Mur.l.9.Var.cap.2. ait hoc proverbij speciem habere: adfertque exempla. Cic. 2. in Catilin.*Qui homines primum sistere non possunt, corruunt, ita, ut non modò civit.s, sed ne vicini quidem proximi sentiant.*

Vna perticâ tractare.) Id est; Sine discrimine, nullâ habita ratione meritorum, virtutis, ætatis. Plin.Ep. ad Catul. 8. Revard.2.Variorum non rectè: ut Titius admonuit l.8.Controv. loc.c.14.

Quasi ad incendium currit.]Seneca de Tranquillitate vitæ. l.1.c.12.*Quorundam quasi ad incēdium currentium misereberis, &c.*

Quantum optare nemo ausit.) Cic. pro L. Manil. & pro Flacco. August.de Civit.l.5.c. 25. *Constantinum DEVS tantis implevit muneribus, quantum optare nullus auderet.*

Africanus: id est; princeps, summus. Cic.6.Philip. *Nam hic inter illos Africanus est.*

Quicquid increpuit, timor.] Vtitur. Cic. sæpè ut Pisonianâ extremâ, &c.

Cœlum attingit, hoc est, beatus sibi videtur.)Cic.V.Tuscul. *Sint sanè illa genera bonorum, &c. alia enim divina illa longè lateq; se pandunt cœlumq; attingunt.* Et 2.ad Attic.Ep.1. Horat. *Sublimi feriam sidera vertice.*

Ex Menenia gente, hoc est, stultus & obscurus, obsoletus.) Horat.l.2.Sat.3.*Hoc quoque volgus Chrysippus ponit fœcunda in gente Meneni.*

Salis satis.)Plaut.Mil.*Domi video esse ad eam rem salu satis.* Cic. *Satis salis, &c.*

Sententias loqui] Terent.*Etiam sententias loquitur Carnifex.* Cic. ad Herenn, l. 4.*Ac illo in extremo vitæ tempore esse, sententias loqueris, &c.*

PROVERBIA QUÆDAM OMISSA AB ALIIS.

De Remo & Romulo narrare.]Id est: Antiqua & obsoleta com-

commemorare, simile est illud: *Favorum & Aboriginum jura te nere* Cic. 1. de Legg.

Allium olet.) *Id est; aggrestis est, impolitus, sordidus. Varro apu Nonium. Sepè Avi & atavi nostri cum allium, ac sepè eorum verb olerent, tum optimè animati erant.* Plaut. Mostel. sc. 1. act. 1.

Nondum omnium dierum sol occidit.) *Sic apud Livium Phi lippus Macedo minitabundus loquitur.* l. 39.

Velut cœlo demissus.) Liv. l. 22. *Fabiana se aries repente velu cœlo demissa ad auxiliandum exhibet.* Vide Muretum.

Mantissa obsonia vincit.) Id est; *Parvus majorem, deterio meliorem, pars totum. Fest.* in Mantissa.

Hannibal ad portas est.) Cic. l. 4. *De finibus & in Philippi cis.*

Fasces submittere, procedere alicui.) Cic. in Brut. *Cùm tib ætas nostra jam cederet, fascesq; submitteret.*

Helleboro acerbior.) In Epigrammate apud Suidam: πικρότερον γίνεται ἐλλεβόρου. Catull. *Basiolum tristi tristius Helle boro*

Trallianus: pro; inepto, impolito) Cic. de Orat. in fine. *Quasi verò Trallianus fuerit Demosthenes.*

Crepundiis puerilibus similia.) De rebus nugatoriis. Valer. l. 6. c. ult. *Caduca nimirum hæc & fragilia puerilibusq; consentanea crepundiis sunt.*

Plura loca calcasti, quàm ullus mulio perpetuarius.) Seneca in Apotheosi. *Tu autem, inquit, qui plura loca calcasti, quàm ullus mulio perpetuarius.*

Pejus metuit illam, quam fullo ululam.) Id est: *Valdè metuit. Varro apud Nonium.*

Fundamentum tanquam in aquâ ponere.) Id est: *Infirmum fundamentum* Cic. 2. *de Finibus.*

Bellum indicere voluptati.) Cic. in Cat. majore. *Ne omnino bellum indixisse videar voluptati.*

Plautinæ prosapiæ Homo.) *Utitur Arnobius de vili homine & humili (quia Plautus molitor fuit.*

Regnum ne Persis quidem tolerabile.) Id est, Crudelissimũ. Cic. l. 10. ad Attic. *Et regnum non modò Romano homini, sed ne Persi cuiquam tolerabile. Persæ maximo honore Reges suos colebant.* Virg. lib. 4. Georg.

Jovi

Jovi ipsi iniquus.] *De eo qui implacabilis est adeò ut ne Dijs quidem parcat.* Cic. l. 10. ad Planc. & l. 8. ad Attic. 23.

Iisdem sacris initiatum esse.) Id est: *Ejusdem farinæ esse: apud Livium.*

Compressis manibus sedere.) Id est: nihil agere, otiari. Liv. l. 7. *Compressis quod ajunt manibus sedentes.*

Roscius: *pro* perfecto in qualibet arte.) *Vide Festum in verbo* Roscius.

Salis satis est, sannionum parùm.] Cic. l. 9. ep. 16. ad Pætum. *Cùm de quodam loqueretur: Vult autem dicere locum quidem esse amœnum sed solitarium, ut quidem P. Manutius accipit. Mihi tamen aliò videtur spectasse* Cic. *Dicit se nolle ampliùs de villa jocari, & satis esse jam facetiarum, cùm sanniones pauci sint,* h. e. *qui rideant, & facetiarum studiosi sint.*

ELLIPTICA.

De Conciso sermone, seu præcisis dicendi generibus. Cic. 2. de nat. Deorum. *Sed id præcisè dicitur, ut si quis dicat: Atheniensem Remp. consilio regi, desit illud Areopagi*

Gratulantur sc. illi: Feliciter evenire volo.) Cic. 5. Tusc. *Nimirum esse Puteolam volgò ex opibus gratulabuntur.* Idem ad Varr. *Migrationem & ampliatioem feliciter evenire volo.*

Ab solo, sc. absit.) Cic. V. Tuscul. *At verò Diogenes liberius, ut Cynicus Alexandr.*

Studia ad honorem.) Cic. pro Mur. *Cætera tamen virtutes ipsæ per se, &c. sed nunc de studiis ad honorem, non de insita cujusq; virtute dispute* (sic leg. Volgò adduntur) *dispositis.*

Verbum bis ponendum aut intelligendum semel positum.] Cic. 2. de Divin. *Totas noctes somniamus, neque ulla ferè quâ non.*

Repetundarum *sc.* pecuniarum.] *Exempla passim obvia Interdum integrè effertur, ut apud* Sallust. Catil. *Piso oppugnatus in judicio pecuniarum repetundarum.*

Fugitivus: pro; servo fugitivo.) Sic ferè Vett. Sallust. Catil. *Causam civium cum fugitivis communicasse.*

Secundarum.) Subintellige, *partium*, Actor vel Histrio vid. s. secundarum.

Centenos æris.] *Sc.nummos*: Centenas pondo: scil *libras*. Festus: *Centenas pondo dicebant antiqui referentes ad libras*.

Exigere ad diem.) Ferè idem valet, quod, pecuniam exigere ad diem reficiendum.

Tusculanum.) scil. *Prædium*.

Suilla, bubula, ferina.) Subintel. *Caro*. Quod interdùm additur. Sallust. Iugurth. *Qui Numidæ plerumq; lacte ac ferinâ carne vescebantur*.

Civica, *scil.* Corona.) Quinctilianus. *Malo te civicâ donare*.

Tertiana.) *scil.* Febris.

Ex feminini sexûs] Vlpian. l. 36. D. de V.S. Ex feminini sexûs descendentes.

Omissum in Relativis antecedens.) Non pro quorum simularat salute, h.e. Non eorum, pro quorum. Plaut. Pers. *Omnes res relictas habere, pro quod tu velis*, h.e. *pro eo quod, &c.*

Non: *pro, non modò.*) Cic. pro Marcello: *Nam lætari omnes, non ut de unius, sed ut de communi salute sentio.* (Sic l.v.) Sallust. Jug. ferè ext. *Omnia enim modò consulta in virtutem trahebantur*, h. e. omnia non verò consulta solùm. Vide Mureti Var. lect.

Verè falsóne.) Cic. V. de Fin. de Democrito: *Qui verè falsóne quæremus, dicitur oculis se privasse.* Vbi τὸ *Quæremus* superest. Vide Victor lib. 15. Var. lect. c. 9.

Æstimare litis, *scil.* causa.) Cælius ad Cic. l. 8. *Mittit in consiliũ eosdem illos, qui litis æstimarant. judices.*

Ex omni: Ex alia, *sc.* parte.) Catul. *At pater ex aliâ florens volitabat Iacchus* (ita v. l.)

Ad eam rem: *sc.* pertinens, Idoneus. [Agel. 11. c. 18. *Sed quod sit oblatum, quod conceptum & pleraq; alia ad eam rem.*

Accipere: *pro*, aliquid accipere.] Cic. 1. ep. 16. Ad Attic. *Vt de ijs, qui ob judicandum accepissent, quæreretur.* (ita v. l.)

Quò fortunam: quò victoriam.] Valer. l. 9. c. 13. *Quò tàm latè patens imperium? quo tàm liberorum numerum?*

Ad Dianæ: Veneris.) *Scil.* Ædem.

In Catonis. *Scil* fundum, vel, domum.] Vlp. l. 1. D. de aqua & aqua. Idem ajunt in suo retinere, vel superficientem & vicini in suum derivare.

Omissum. *Homines*, aut simile) Cic. IV. Her. *Vt si quâ de re ad senatum referatur, dicam sententiam, qui velit.* Omi-

Omissum, *causa: gratiâ: ergò*.] Priscian. lib. 8. testatur Vet. hac præcisione usos. Vide Ant. Augusł. l. 2. Emend. l. ante ven. §. Imper. d. de leg. 2. Sall. Catil. Post ubi regium imperium, quod initio conservandæ libertatis atq; augendæ reip. fuerat. Ter Adel 11. Ne id adsentandi magis quam quod gratum habeam facere existimes. Cic. 2. de orat. Cùm ille se custodiæ diceret in castris remansisse.

Particula Enim vel Nam aut similes Connexionis particulæ omissa.) Lucr. 6. Vt prius hic populus semper cõsuérat humari.

Silentio dicere, id est, esse silentio.] Cic. l. 2. ep. 3. ad Q. Fr. Qui ut perorav it nam in eo sanè fortis fuit, non est deterritus, dixit omnia, atq; interd. esse silentio.

Eâdem *scil.* ratione, viâ. Plautus.] *Eâdem bibes, eâdem tibi dedere savium.*

Aliqua: pro, aliqua ex parte, aliquatenus.) Liv. l. 25. *Vnus exercitus in propinquo est, &c. nunc aggredientibus pares aliquâ estu.* Lipsius ita legit.

Manum de tabulâ: *scil.* tolle.] Cic. *Manum de tabulâ, Magister adest citius quam putaramus.*

Numus, Omissum.] Cic. *Tum verò aufer ducentos.* Sic apud Livium, aliosq; sæpè, *sexcentos æris, mille æris, scil.* numis. Sall. *Centenos æris.*

Honorem *scil.* habere.) Cic. ad Pætum. *Sed illi esse crepitus ajunt, &c. Honorem igitur Kalendis Martijs.*

In alteras *scil* partes.] Agellius libro decimo, capite nono.

Vxor, filia, filius, libertus, servus, pellex, vel simile, omissum.) Horat. *Canidia Abuti: quibus est inimica Venenum.* Subintel. *Vxor.* Plin. *Poppæa hoc Neronis principis instituit.* Subaud. *uxor.* Cic. pro Domo: *Non tam insolens, quam qui Minervam foves, esse sororem existimem.* (ita legend.

Via: Omissum.) *Non video aliam.* sc. viam. Cic. *Nunc si jam res placet, agendi tamen aliam non video.*

Lex: Omissa.] Festus præteriti.) *Donec Tribunicia inserueraт.*

In Duodecim.] pro In XII. Tabulis. Ita sæpè Cicero aliique omnes.

Rei: Omissum.) Cic. l. 16. ad Attic. *Itaq; non video sciturum me,*

quid ejus sit, nisi statim aliquid literarum. Ter. *Quicquid hujus facit, cum virginis facit.*

Proverbia, Concisè prolata.) Volgò quædam depravatè addita. Enn. *Sic fiet: Mutuum muli* Cic. 3. de Finib. *Sedulò inquam faciam: sed fortuna fert.s.* Sic pro Flacco. *Nec Hercule Cornici oculum. ut dicitur.* Subaudi: *scabunt: adjuvat: effodere*

Liber, historia, poëma, &c. Omissum.) Cic. l. 13. ad Atticum. *Eum video in Libodes pratorem L. Pepillo. P. Rupilio. Coss. annis 14. antequam Prætor factus est, legatum* Et l. 12. Ep. 22. ad Attic. *Quem esse ex Apollodori puto posse inveniri. scil.* Chronicis: de quibus loquitur.

Nisi me fallit, *sc.* animus. Cic. 2. Offic. *Nec enim fefellit* (sic v. l.) & l. 14. ad Attic. *Sed nos, nisi me fallit jacebimus.*

In quatuordecim, *scil.* gradibus,) Asinius ad Cic. de Cæsare. *Ludis, quos gradibus feci Herennium Gallum Histrionem summo ludorum decima sessum duxi.*

Finem interrogandi, *sc.* fatorum. Cic. 3 de Finib. *Tum ille, finem interrogandi si videtur, quod quidem ego à principio ita me malle dixeram, &c.*

PARTICULÆ LINGUÆ LATINÆ.

At credo.) Cic. pro Deiot. *At credo hac homo inconsultus & temerarius non videbat. Pro C. Rabirio, in fine At credo cum innumerabiles hostium copias.*

Quod. De tempore.] Plaut. *Iam diu est, quod victum non datis.*

Sane ut: pro; *ut tamen.*) Cic. in Brut. *Vox canora, Verba non horrida, sanè ut plena esset animi, & terrores omnium.*

Adversus.) Ad focum versus, ad curiam versus. Festus. *Eâ parte, in quâ plurimum erat agri Romani ad mare versus.*

Ad: pro; *usque ad.*) Juvenal. Satyr. 1. *Quanquam solida hora supersit ad quartam.* Cic. 1. de Orat. *Aut aliqua lecta ad finem, quæ memoriâ possem comprehendere.* Pro Cælio. *Quem ad finem putas custodiendam illam ætatem fuisse.*

1. Catil. *Quem ad finem sese jactabit effrenata audacia,* h. e. *quousque.*

Ad, in Comparatione: Vol; ò: *respectu.*]Nepos in Epaminonda: *Atque hac ad nostram consuetudinem sunt levia, & potiùs contemnenda.*

Ceterùm: pro; *Ceteroqui: alioqui.*) *Ita quidam: maximè Vlpianus eâ particulâ utuntur quod qui non attendunt, interpunctionibus multa Vet. loca obscurant aut corrumpunt.* Vlpian. l. 5. §. pen. d. de donat. inter virum & uxor. *Hoc ita si non per errorem feci ceterùm in debiti fide commissi etiam repetit: onem, nullum habitum est.*

Con.) *Iuncta huic artiu lo verba, multitudinem notant: Conticuere omnes. Consonat omne nemus* Cic. pro Rabir. Post. ad Equites. *Si jam nobis nunciaretur in senatu sententias dici ut his legibus teneremini, concurrendum ad cur. amputaretis; Si lex feretur, convolaretis ad rostra.*

In pro quo vulgò hod è: *Pro:* An statt.) *In creditum, in solitum, in cœnam.* Vlpian. l. 15. §. 3. D. de re jud. *pignora in creditum possidere.*

Tantum non.) Sueton. in Vitell. *Nobiles viros condiscipulos æquales suos omnibus blanditiis tantum non ad societatem imperij allicefactos vario genere fraudis occidit.*

Vel: pro; *etiam* Nonio teste.] Virg. *Carmina vel cœlo possunt deducere.* Cic. Ep. ad Brutum; *Tantum te amat, ut vel me auderet provocare.*

Videlicet; Ironicè, pro: *scil.* Cic. Catil. 1. *Neque hi solum senatores, quorum tibi autoritas est, videlicet cara, vita utilissima* Et 2 Catil. *Videlicet timidus vocem Consulis ferre non potuit.*

Vt pro quod *Non est ut.* Volgò: *non est, quod, vel, cur.*] Cic. 5. de Div. *Non est igitur, ut mirandum sit,* &c. Horat. *Non est, ut copia major ab Iove donari potuit tibi.*

Vereor ne non: cupientis est.) Cic. l. 9. ad Attic. *Sed timeo ne non imperem* l. 14. *Vereor ne nihil habuerit,* l. 10. Famil. *Vereor ne non scribendo te expleam* l. 6. *Quibus intellexi, te vereri, ne superiores mihi reddita non essent.*

Ita.) Est respondentis particula, volgò: *Ferè, Etiam. Catulus an laudat omnes? Ita*: inquit Antonius.

Ita: pro; *posteà* ἄρα) Cic. pro Cluent. *Aliquot dies ægrotasse, & ita mortuum.* l. 36. D. de cond. l. 7. D. de jure pat. l. 13. l. 28. de jud. Pauli. 5. sent. l. 18. l. 63 § si sub conditionem. D. ad SC. Treb...

Quàm: inter duos Comparativos.] Vt: *Doctior fuit, quam eloquentior*. Liv. l. 28. *Acrior impetu, atque animo, quam compositior ordine* Quintilian. *Salubrior studiis, quam dulcior.*

Tanquam: pro; *quemadmodum.*) Vt: *Tanquam Cicero locutus est, ita & tu loqui debes.* Cic. 2. ep. 5. ad Q. Fratrem.

Non quin: pro; non quod non:] Cic. l. 4. Ep. 7. *Non quin ab ea ipsa dissentiam, sed quòd ea te sapientiâ esse iudicem.* l. 8. Epist. 15. ad Attic. 7. Philipp. *Non quin pari virtute & voluntate alij fuerint, sed tantum causam non habuerunt* (ita opt v.c.)

Que: pro; *sed.*) Cic. *Non solùm nobis nati sumus, partemque nostri partem patriæ.*

Prius & *ante* ἀνακολούθως, h. e. sine, *quàm.*] Cic. 12. Ep. *Hujus rei timore percitus injurias perpetiar cum contumelia esse nostra omniū prius experiri malui.* Cæsar. 2. bell. civil. *Atq; omnia prius experienda arbitrer.*

Vt: pro; *simul atq;*.] Cic. sæpè utitur. l. 2. Ep. 18. *Quod initio Aristoni, ut ad me venit, ostendi.*

Peræquè.) Volgò vix nota particula: quâ Cicero sæpè utitur: pro; *æqualiter, vel; eodem modò*: ut vulgò loquuntur.

Omninò: Volgò: *Vt, ut uno verbo dicam.*] Solet initio sententiæ poni, quæ tum pendeat à priore aliqua. Cic. lib. 6. Ep. 21. *Omninò de totâ re ut mihi videris, sapientius faceres, si non curares.* Et l. 11. Ep. 12. l. 8. Ep. 22. Ad Attic. l. 16. Fam. Ep. 15. l. 13. ep. 60.

Omninò: Volgò; *generaliter.*) Cic. 5. de Finib. *De hominum genere aut omnino de animalium loquor.*

Etiam.] Est temporis continui, valet idem, quod *Etiamnum*. Ejus loco multi non rectè hodiè utuntur particulâ *Adhuc*. Sallust. Catil. *Catilina verò longè à suis inter hostium cadavera repertus est paulùm etiam sperans.* (ita leg. Carrio.)

Prætereà.) Interdum idem valet, quod, *quoad alia*. Cic. l. 3. ad Fr. Ep. ult. *Illum, inquit, neq; ut si, neque testis vehemens fui: prætereà quod vi.*

Plenè, h. e. omninò: per omnia: perfectè.) Cic. ad Fr. Ep. 1. l. 6. *Vt si hoc plenè vitare non potes.*

Si fortè.) Cic. 3. Orat. *Ex quo vereor, ne nihil sim tui. &c. & aliquem si fortè motum.*

Quamobrem; non initio est ponendum.] Terent. Adelph. *Ego*

Ego in hâc re nihil reperio quamobrem lauder tantopere. Eunuchus: *Multæ ſunt rationes, quamobrem cupio adducere.*

Vt: poſtpoſitum.]Cic.ad Pætum, *Facilè ut intelligerem, te eſſe commotum, id vix ut illigantur.*

Quaſi ſi.) Labeo IC. perindè eſſe ait, quaſi ſi per emptorem ſolùm ſtetiſſet.

Ne: pro, *ne dum*: *Tantum abeſt.*]Plautus. *Vix incedo inanis, ne ire cum onere exiſtimes.* Salluſt. *Quippe ſecundæ res ſapientium animos fatigant, ne illi corruptis moribus victoriæ temperarent.*

Nec; pro: *& non.*] Virg. *Abde domo, nec turpi ignoſce ſenectæ*, h.e. & ignoſce ſenectæ non turpi. Ovid. *Ora nec immūdâ mane lavabis aquâ*, h. e. & os lavabis aquâ non immundâ. l. pen. ff. De re milit. *quod ſi rem conſtiterim & neque deſertorem fuiſſe apparuerit*, h.e. & apparuerit fuiſſe deſertorem.

Quomodo: pro; *quomodocunq;.*)Quomodo potuiſſem te conveniſſem, ſi eò, quò conſtitueras, venire voluiſſes.

Quodammodo; novâ notione.]Id eſt certâ quâdam & artificioſâ ratione. Cic. 3. de Orat. *Ergò hæc agenda ſunt ab Oratore quæ explicavit Antonius, & dicenda quodammodo.* Et in Bruto. *Sed vereor, ne fingi videantur hæc, ne dicantur à me quodammodo.*

Tandem. Irati particula.] Cic. Paradox. ultimo. *M. Manilius patrum noſtrorum memoriâ (ne ſemper Curios & Luſcinos loquamur) pauper tandem fuit.*

Ita ut ſi.)Cic. l. 13. Ep. *Mihique ita fideliter præſtò fuit, ut ſi à me manumiſſus eſſet.*

Item: pro; *ſimiliter*)Cic. pro Cluent. *Vos quæſo, ut adhuc me attente audiſtis, item quæ reliqua ſunt audiatis.*

Vt primùm: ſtatim, ut ſtatim.] Ita ſæpè Cicero pro, *ſtatim atque*. Pro Cluent. *Nam ut primum Oppianicus quod ſibi impenderet ſe, &c.* Vide Stevvechium de particulis. L. L.

Iamprimum: pro; *Primum.*]Ita interdum loquuntur, & in narrando aliquid ab initio adhibent. Terent. *Iamprimum illum animo eſſe à nobis alieno. Iamprimum enim ubi ventum ad ædes eſt.*

Cùm: tempori additum.)Terent. *Videre videor jam illum diē, cùm hinc egens profugiet aliquò militatum.* Adelph. 3. 3. v. 30.

Atque adeò: Correctionis particula.)Cic. *Qui bonos inſequeris plerumq;*

rumque, atque adeò insectari. nam postquam isti vicerunt atque adeò victi sunt Plura vide in Schoro.

Ad: pro; *Adversus*.) Cic. 1. de Divinat. *Mirari licet, quæ sunt animadversa à Medicis herbarum genera quæ ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera.* Propertius: *Arma Deus dites meditantur ad Indos.* Plaut. Casin *Vir in suum ad mulieres obtinere haud queunt.*

Non: veluti Ironicum.) *Vt*: *non nimis*, pro; *maximè*. *Maximè* verò Ironicum videtur cum superlativis junctum: *Non promtissimus. Non stultissimus. Non probatissimus. Non studiosissimè. Non pessimè Non doctissimus.* Erst der Ge ersten keiner. Cic. 2. de Orat. *Alterum non doctissimum, alterum planè indoctum fuisse.*

PARTICULÆ idem valentes junctæ) Tale est illud frequens apud Plautum: *Næ profectò, certè, edpol. &c.* Et, *quodammodo quasi*: apud Cic. Ep. 26. l. 13. *Quodammodo quasi commendatitias scripsimus.*

Ante diem h. e. Ipso die.] *Vt*: ante diem 3. *Kal.* h. e. ipsis Kal. vel 3 Kalendar. Hinc &; *in ante diem Kalend. conferro*, h. e in ipsas Kalendas. Cic. in Catil *eadem te optimatium contulisse in ante diem. 5 Cal Novemb.*

Inter tot annos, pro; per tot annos.) Differt ab eo intra tot annos. Cic. in Procem. Accus. Verr. *Omnia non modò commemorabantur, sed etiam exposit is rebus certis agentur, quæ inter decem annos, &c.* (& ita ibi As on. ut rectè Hotom. pro Quinctio:) Liv. lib. 1. *Bina posteà inter tot annos, tot bella opima parta*, scil. spolia. (ita v. l.)

Proinde: pro, Itaque.] *Initio quoq; sententiæ collocari solet*. Cic. ult. Verr. *Proinde si qui sunt, qui in hoc Reo aut potentes.*

Tam doctissimus, h. e. doctissimus.] Cic. 2 de Finib. *Deinde dolorem tam maximum.* Et in Lucul. *Quo etiã magis vituperanda sires tam maximè, &c.* *Elegantiæ tantum causâ superlativo addi videtur.*

Statimq;: pro; simul ac.) Martianus. *Omnes Proconsules statimque urbem egressi fuerint habent Iurisdictionem.* Vide plura apud Stevvechium.

Propter quem, h. e. cujus operâ & beneficio.) Cic. pro Rosc. *Vt propter quos suavissimã hanc lucem adspexerit, eos indignissimè luce privarit.* Ibid

Ibidem: mediâ: brevi, h. e. Eodem tempore.) Ovid. 1. Fast. *Quisq; suas artes ibidem delibat agendo* (sic v. l.)

PARTICVLAE casum regentes.] *E regione hac loca. Ex adversum eam urbem.* Nepos Them st. *Ex adversum Athenas apud Salaminam classem suam constituerent.* (ita v. l.) V. de Lucr.

Posterò.) Tacit. 4. Annal. *Idemq; cùm posterò ad quæstionem trahitur.*

Verò.) Adfirmantis est. Vulgò ferè dicimus, Etiam. Cic. 1. de Divinat. *Verò tibi concedo me ut sedes:* Et in Bruto: *Orationes nobis Vet. explicat ut, verò, inquam: Brute.* (ita legend.) 1. de Legib. *Nos verò & hac quidem si placet per ripam & umbram.* 2. Tusc. *Fuisti sæpè credo, cùm Athenis esses, in scholis Philosophorum. An verò ac libenter quidem*

Contrariò.] Cic. de Vnivers. *Post iram & metum, & reliquos animi motus comites superiorum & his esse contrario dispidemus* (sic leg. vulgò: *contrarios*)

Protinus) Retrò, à tergo.] Cic. 1. de Divinat. *Præcepissetq; ne pergeret protinus: quid retrò à tergo fieret ne laboraret*

Denique) Interdum idem valere videtur, quod. Verbi causâ. *Vnum verò Vlpianum hac particula ita usum reperio: quod plerosq; fugit, etiam Tribonianum, ni fallor.* l. 6. in fin. D. de pign. *Vbi adfectionis nomine intelligit concubinam, filios naturales. Sic enim posteriores ἔστ pteres adfectus vocant: liberos sc. & propinquos.* l. 3. in fin. D. ad exhibend.

Ad: pro; *Circiter.* De tempore.) *Veteres, qui optimè Latinè sunt locuti rarò aut nūquā hac particula ita sunt usi sed semper pro usq; ad. Recentiores tamen eâ abuti solent.* Agell. l. 17. c. 8. *Ad annos maximè natus octo.* Plautus tamen utitur. Epidico Act. 1. sc. 3 *Ad 40 minas puto en ipse.*

Rursus repetere: & similia.) L. 43 damni. §. 1. D. de damno inf. *rursus reserare*. Nepos Alcibiad. *rursus rescribere*. Terent. Phorm. act. 5. sc. 8. *Rursus reticere* Lucr *rursus recurrere*. Plaut. Cistell. *rursus retradere* l. 58, solut. matrim. *Rursus me ad biberdum revocavit.* Petron. Plaut. capt. *me recipiam rursus domum.*

Vnde de Homine, pro; *à quo* Cic. 1. de Orat. *De eo mult. dicat ornatius, quam de ipso unde cognorit.*

Nimium diu) Cic... Catil. *Nimirum diu te Imperatorem desiderant.*

Nim

Non tam, quàm.) Videtur his particulis priore quidem negari aliquid, adfirmari alterâ. Vide l. 41. inf. D. mort. cauſ. donat. l. 55. Si ſtipulor. in fin. D. de V. O. Verum ſæpè utraq; aliquid adfirmatur, quaſi non tantùm ſed etiam, & quidem multò magis. Cic. pro Deiot. *Iſtam inquam dextram non tam in bellis quàm in promiſſis & fide firmiorem.*

Vſq; : pro; *uſque ad.*] Cic. *Nec verò ſapienti uſque plaudite vivendum.* Et in Verre. *Erant accepta pecunia à caco Verrutio: ſic tamen, ne uſque alterum V. litera conſtarent integra.* Terent. *Tum patris pudor, qui me tam leni paſſus eſt animo uſque huc* (ſic, ibi opt. libri, & ita alibi quoque Plautus. Et Terent. *Quæ vulgò in uſque adhuc mutata.*)

Reabſe.] Particula eſt vetus, Ciceroni etiam uſitata, quæ idem valet, quod re ipsâ. Plærique hodiè *reapsè* ſcribunt, repugnantibus libris ſcriptis. Cic. in Lælio: *Specie quidem blandâ, ſed reabſe multis locis repudiandâ* (ita v. c.) Vtitur & in de Rep. de quo Senec. de Benef. Pacuv. apud Cic. ad Heren. *quo uſus reabſe experiendo edocet.* (ita v. c.)

Sic: pro; *Ejuſmodi. Talis.*) Cic. in Orat. *Vir autem acerrimo ingenio, ſic enim fuit, & multa in ſe & in aliis deſiderans.*

Vſque eò ut: pro; *adeò ut.*) Cic. in Verr. *Quæ cùm ita ſint uſque eò de omnibus bonis malè exiſtimat, uſque eo ſenator a judicia perdita profligataq; eſſe arbitratur, ut hoc palàm dictitet, non ſine causâ ſe pecuniæ cupidum fuiſſe*

Etiam.] Cic. 2. de Finib. *Is enim qui occultus & tectus dicitur, tantum abeſt, ut ſe judicet, perficiet eſſe ut dolore alterius improbè facto videatur.* Pro Milone. *Videntur ea eſſe refutanda, quæ & in ſenatu ab inimicis ſæpè jactata ſunt, in concione ab improbis etiam paulò à me ab accuſatoribus.*

Quaſi.) Valet interdum, quod; *ut ita dicam*: adjiciturq; verbo aut novo, aut certè in eâ notione non ſatis uſitato. Exempla apud Ciceronem ſæpè occurrunt.

Et quidem.] Reſpondentis particula, cum acrimoniâ. Cic. 2. de Finib. *Aliud igitur cenſet gaudere, aliud non dolere. Et quidem, inquit, vehementer errat.*

Verò.) Reſpondentis ferè eſt. Germ. Warlich. Interdum: *Ita verò.* Ja warlich: Adfirmantis, & Adſentientis.

Sic

Sed.]Interdum eſt inceptivum & non diſcretivum,ut loquitur Donatus.Terent.*Sed Pamphilum video.* Salluſt. *Sed Metellus involvere.*

CONJUNCTIONES.

Non eoſdem ſemper gradus conjungunt,ſed interdum ſuperlativum cum poſitivo. Cic.l.1 Ep.2.ad Fratrem: *Feret enim graviter homo,& mei obſervantiſſimus, & ſui juris dignitatiq; retinens.*

Si: pro; *An.*) Eo Poetæ utuntur & interdum Hiſtorici,& poſteriores etiam in Proſâ. Vt in Legg.Impp.Liv.l. 33. *Percunctatur ſi conſilium non utile ſolùm ſed etiam ſalutare admittere auribus poteſt.* Horat *Inſpice ſi poſſum donata reponere lætus.* Tibul.3. Eleg. 1.*Illa mihi referat ſi noſtri mutua cura eſt, An minor.*

ADVERBIA ΠΑΡΕΛΚΟΝΤΑ.

Cic.in Arato: *Quorum alter paulò prælabitur ante.* Plautus Trucul. *Quaſi Volturij triduo prius prædivinat,quo die eſuri ſient.* Lucr. *Propterea quia nimirum prius æſtus ubi aris præcipit.* Plaut. Trucul. *Nunc prius præcaveo ſciens.* Lucret. *Sed vix adducor,ut ante non quierint animo præſentire atque videre.* Vide *Rurſus recipere.*

Conjunctiones interdum negant, quæ videantur adfirmare.) Cic.in Orat.*Horrida oratione neque perfecta atque concluſa.*(ſic v. l.ubi vulgò : *neque conclusa.*)

Niſi: pro; *ſed.*]Plaut.Aulular.*Niſi hæc nunc faciam, ut in puteo cœnam coquant: Coctam unde ſurſum ſubducem corbulis.* Cic. 13. Epiſt.1.*Niſi tamen multò minus,&c.* Et Epiſt.13.*De re nihil poſſum judicare,niſi tamē id mihi certò perſuadeo.* Ad Attic.5.Ep.10.&l.11. Ep.6.& 23.

Sic: Ita] Lucret.4.*Et diſpergitur ad partes ita quæq; minutas, Nec tamen illud,&c.* (ſic is locus reſtituendus inductis duobus verſibus interjectis ex ignoratione particulæ *Ita*) Cic.in Lucul. *Cùm his igitur agamus, qui hæc diſtinguunt: illos qui omnia ſic incerta dicunt quaſi deſperatos aliquos relinquamus* (ſic ibi legend.ubi vulgò.*Sic incerta dic,ut ſtellarum numerus par an impar neſciatur,quaſi deſper.*

desper. Quæ verba sunt interjecta propter ignoratum usum particul sic.) *Sic* Vlpian. ferè in l. 77. quædam. D. rei vind. *quædam mulie fundum ita non marito donavit per epistolam.*

Et si) *Initio sententiæ Indicativo jungitur: in medio Subjunctivo* Cic. 1. Offic. *Sunt enim qui quæ sentiunt, & si optimū sit, tamē invidiæ metu non audent dicere* 1. de Finib. *Genus hoc scribendi etsi sit elegans, persona tamē & dignitatis esse negant.* 1. Tusc. *Etsi enim nihil habet gloria, cur expetatur, tamen virtutem tanquam umbra sequitur.*

Quanquam.] Sallust. Jugurth. *Quæ gravia quanquam & flagitii plena erant.* Tacitus ita sæpè: l. 5. Anna. *Hæc mira quanquam fidem ex eo trahebant*

Iam elegantiæ causâ adjectum nihil ferè significat] Terent. Heaut. 4. 1. v. 22. *Tot peccata in hac re ostendis. nam jam primùm meum imperium exequi voluisses, interemptam oportuit.* Et. *Primum jam ancillas secum adduxit plus decem.*

Quod: superest, vel pro; *autem* ponitur.] Cic. 4. de Finib. *Quod etsi ingeniis magnis præditi quidam dicendi copiam sine ratione consequuntur: ars tamen est dux certior, quam natura.* Lucret. *Quod quoniam ratio reclamat recta negatq́, credere posse animum.* Idem. *quod, contrà sæpius olim, Religio peperit scelerosa atque impia facta.* Cic. Lucullo, *quid ergò est, &c.*

Quod: pro; *Quo ad*, vel, *in quantum*) Terent. Eunuch. act. 2 sc. 1. *Munus nostrum ornato verbis, quod poteris.* Agell. 17. c. 9. Tacit. 5. extremo de Tiberij morib. *Morum quoque tempora illi fuere diversa, egregium vitâ famâq́, quod privatus vel in imperijs sub Augusto fuit.*

Procul patriâ, pro; *à patriâ*) Cic. ferè addit præpositionem (ut *procul à nobis*) nisi ubi poeticè loquitur: ut in Arato: *Et procul Arcturo.* Et in epist. è Poëta quodam: *patria procul* Plin. l. 5. cap. 9. *Non procul Oceano.* Curtius. *Procul hostium conspectu.* Idem. *Haud procul Carthaginis muris locavit castra.*

Que: alteri demùm verbo alterius membri adjunctum.] Valer. l. 8. c. 7. de Themist. *Per summamq́ iniquitatem patriâ pulsu.* (ita ex v. l. Pighius.)

Priusquā: cum Indicativo.] Cic. de Orat. *Sed priusquam illa conor affingere, proponā breviter* Et in Philipp. *Cui priusquā de cæteris respon-*

respondeo de amicitiâ pauca dicamus. Sall. *Sed priusquā hujuscemodi rei principium expedio,*

Cùm : pro, *licet*, *etsi*.) Cic. in Bruto. *Itaque cum ei nec officium deesset, & flagraret studio dicendi, perpaucæ ad eum causæ deferebantur.* Horat. *Cùm benè notum Porticus Agrippæ & via te conspexerit Appi. Ire tamen restat Numa quò devênit & Ancus.*

Hactenus.] *Non est particula temporis, ut multi putant, sed rei aut loci. Hactenus tibi mando*, h. e. *hucusque nil prætereà. Hactenus si solutum.* h. e. *ad talem usq; summam. Hactenus eum sum concitatus*, h. e. *ad eum usque locum.*

Et verò : Adfirmantis.] Cic. Bruto. *Et verò maximus ille Scipio vehemens fuit.* De divinat. *Dicitur istud quidem à Cottâ, &c. verò sæpiùs.* 1. Offic. *Vt enim pictores & hi, qui signa fabricantur, & verò etiam Poëta suum quoq; opus à vulgò considerari volunt.*

Sub-posteaquam.] Balbus epistola ad Cic. l. 9. Cic. ad Attic. Ep. 9. *Sub posteaquam literas eorum cum Oppio ad te dedi, à Cæsare epistolam accepi* (ubi tamen Rivius & eum secutus Lambinus ita legunt. *S. V. B. E. E. V. posteaquā, &c.* id est. *Si valetis benè est ego valeo.*

Profectò.) *Videtur veteribus usitatum paulò aliter, quam hodiè multis.* Cic. Trebat. Epist. 11. l. 7. *Omnia tamen, quæ vi & tuâ virtute profectò & nostrorum summo erga te studio complectere* Lucretius eo sæpè usus est. *Tactus enim leti omnibus esset causa profectò.*

Enim: Redeuntis particula interdum.] Cic. pro Cæcin. *At si quis mihi hoc judex recuperatorve dicat. Potuisti enim leviore actione cōfligere: potuisti ad tuum jus faciliore & commodiore judicio pervenire.* Et pro Rosc. Comœdo: *Pactionem enim*, inquit, *mecum fecerat.* Ibid. *At enim tu tuum negocium gessisti benè: gere & tu tuum benè.* 1. de Finib. *nec mihi illud dixeris: hæc enim ipsa mihi sunt voluptati.*

Si: pro, *Etsi*, *ut maximè*, vel; *si maximè.*] Terent. Eunuch. *Nam si ego digna hac contumeliâ sum maximè. at tu indignus qui faceres tamen.*

Si futuro Indicativi junctum.] Vt in jure: *si certū putetur*, sic enim in pandect. Florentinis extat l. 1. D. de interr. act. l. 1. D. de rebus creditis, sic in legib. XII. tabul. 2. Ad Herenn. si furiosus existet.

Etenim

Etenim.]Hæc particula videtur interdum initio magnæ Disputationis convenire, ut &, *Ergò*. Cic. De senect. *Etenim cùm complector animo quatuor reperio causas, cur senectus misera videatur, &c.*

Vberiorem Particularum Linguæ Latinæ Vsum Philologiæ studiosus cognoscet ex elaboratissimis libellis Cl. virorum: HORATII TVRSELLINI: & inprimis GODESCHALCI STEVVECHII: quorum alter excusus Moguntiaci: Anno 1599. Apud Balthasarum Lippium: Sumptibus Arnoldi Mylii, hic verò Coloniæ Agrippinæ: Anno 1581. Apud hæredes Arnoldi Birckmanni.

FINIS.